W. W. BLAKE.
Avenida Balderas No. 631
MEXICO.



John Carter Brown
Library
Brown University

[illegible]

[illegible]. 0. 0

[illegible]. 0. 0 [illegible]

146. 0. 0.

[illegible]

RECOGNITIO, SVMmularum Reuerendi

PATRIS ILLDEPHONSI A VERA CRVCE AVGVSTINIANI ARTIVM ac ſacræ Theologiæ Doctoris apud indorum inclytam Mexicũm primarij in Academia Theologiæ moderatoris.

¶ Sagitaueras tu dñe cor meũ charitate tua.





MEXICI.
Excudebat Ioannes Paulus Briſſenſis.
1 5 5 4.

IOANNES PAVLVS BRISSENSIS TYPOGRAPHVS LECTORI S.

DIV EST QVOD OPTAVIMVS lector candidiſſime, vt ex noſtra hac officina, aliquid iam tandem prodiret: quo tua ſtudia iuuarentur. Votiſq; noſtris, fauſtus, ac dexter annuit nunc Iupiter. Quando doctiſſimus magiſter Illdephonſus a vera cruce, hæremitice familię, vir vndequaq; præclarus, an ſam obtulit: qua poſsim & meo deſiderio, & tuæ vtilitati tam in Dialecticis, quæ nunc ædimus: quàm in Phyſicis, & Theologicis, quę (Chriſto propitio) eiuſdem opera ædenda ſunt, ac publicanda: abunde ſatisfacere. Quod ſi noſter hic labor noſtrumq; hoc ſtudium tibi arriſerit, & placuerit: interiecto tempore ſenties, non fuiſſe fruſtra quòd noſtræ operæ alluſeris, vale. Mexici, Anno domini. 1554. Pridie kalendas Maias.

DISTICHON FRATRIS STEPHANI Salazarij Illiberienſis in laudem authoris, & magiſtri ſui.

Præclarũ magna, retulit ſi fama Criſippũ
Nempe tibi minus, non debitura fuit.
Dogmate diuino, doctorũ & numina cãtat
Mundus: at illa, ſi diſſertura forent,
Optima hæc tamẽ, ſcriptaq; mirat̃ Apollo
Arbitrium nutans, inter vtrũq; tenens.
Adiudicat tandẽ, poſt longa examina veri:
gloriam & palmã, docte Alphonſe tibi.

HEXASTICHON AD LIBRVM IN ZOYLVM eo ingenio vt ſi primam cuiuſq; carminis dictionem legeris primum quoq; carmẽ abſolues ſi ſecundam ſecundum & ſic de tertia & alijs.

Impia peſtiferi vitabis verbula cętus.
Peſtiferi mores ſonitus vitato latrãtes.
Vitabis ſonitus baſiliſcos turpis atroces
Verbula vitato turpis feruentia peſte
Cætus latrantes atroces peſte repletos.

quod eſt inte oppoſitionem, & coniunctionem ſolis, & cent picicli eiuſdē faciat in ſuo epi ciclo precisé mediam reuolutionem. Et quoniā fuit per diſpoſitionem creatoris ꝙ in prima coniunctione ſolis cum centro e icicli cuiuſlibet eorum planetarum ipſe eſſet in auge ſui epi cicli: erit in perpetuum in omni coniunctione ſolis, & centri epicicli cuiuſlibet eorum: erit ipſe planeta coniunctus augi, & in omni oppoſitione oppoſitus. Ex prędictis concluditur ꝙ ipſi per acceſſum ſolis ad eos occidunt eliace, & per receſſum ſolis ab eis eliace oriuntur. Venus autem, & Mercurius cōmunicant cum ſole in hoc ꝙ centrum epicicli ipſorum ſemper ē in eodem loco cum centro corporis ſolis. Propter quod nuſꝗ elongantur a ſole: niſi q̄ntū ē medietas epicicli eorū. Et in omni reuolutione ipſorum in epiciclo bis iunguntur ſoli, ſemel in ſuperiori parte, quando ſunt directi, & ſemel in inferiori, quando ſunt retrogradi. In omni quoꝗ reuolutione bis oriuntur eliace per receſſum eorum a ſole, & ſimiliter bis occidunt per receſſum. Cōmunicatio veró lunę cum ſole eſt ſecūdum hunc modum. Luna habet vnum circulū paruum, cuius centrum eſt centrum terrę, et in huius circuli circunferentia eſt centrum deferentis lunę, et hoc centrum ſimul cum auge deferentis ſemper mouetur in circunferentia pdicti circuli parui ad occidentem, tantum minus centrum epicicli in circunferentia deferētis ad orientem, quantum eſt duplum motus ſolis ad orientem. Propter quod oportet ꝙ ſol ſēper ſit medius inter augem deferentis, & centrum epicicli. Vnde oportet quód centrum epicicli ſit ſemper in auge ſui deferentis in omni coniunctione, & in omni oppoſitione ſolis & lunę. Et oportet ꝙ centrum epicicli bis deſcribat deferentem in omni reditione lunæ ad ſolem.

¶ De eclipſi lunę. Cap. 53.

Reſtat nobis vt dicamus de cauſis eclipſium ſolis, & lunę. Ad quorum intelligentiā ſciendum nobis eſt ꝙ corpus oppacum ſi opponit corpori luminoſo: facit diametralit vmbram ſuam, quam facit in oppoſitum corporis luminoſi. Et ſi duo illa corpora fuerit æqualia: erit vmbra colūnaris figurę. Qd' ſi oppacū fuerit maius: habebit vmbra formam pyramidis curte ſemper creſcentis in eam partem in qua protenditur. Si vero luminoſum fuerit maius: fiet vmbra pyramidalis, & baſis huius pyramidis erit in corpore oppaco. Cū igitur ſol ſit corpus luminoſum, & terra oppacū, & ſol ſit maior terra centies ſexageſies ſexties: neceſſe eſt ꝙ vmbra terræ pyramidaliter extēſa, & in conu collecta dirigatur pyramidalit in oppoſito ſolis. Et rurſus quia terra eſt quadrageſies maior luna. Itemꝗ quia luna reſpectu ſolis eſt terræ valdé propinqua, quotienſcūꝗ ipſa diametraliter ſoli opponitur: neceſſe ē ꝙ ipſa tranſea per vmbram terræ. Et quia non habet lumen niſi a ſole, paulatim priuabit ſuo lumine. quando ingreditur vmbram, et tota priuabitur lumine, quando tota erit in vmbra, & tandiu tota priuabitur, ꝗdiu tota m nebit in vmbra. Deinde ſicut paulatim e de vmbra: ita paulatim recipiet lum talis priuatio luminis in luna dicitur e ſiue deffectus lunæ. Et ſi corpus lunæ in oppoſito augis epicicli: erit tūc eclipſis maxima, pro eo ꝙ tunc tranſibit per maiorem latitudinem vmbræ. Non eſt autem poſſibile: v in omni oppoſitione ſolis, & lunę: luna cadat in vmbram terrę: quoniam (ſicut dictum eſt ſupra) deferens lunę ſecat deferētem ſolis in duas partes declinans ab eo in latitudine ſua maxima quinqué grad. Et figura illius interſecationis vocatur Draco propter latitudinem quam habet in duabus declinationibus, et pp ter nodos quos habet in duabus interſecationibus, & vocatur nodus illius interſecationis a qua fit ſeptentrionalis t, & oppoſitus ſibi vocatur Cauda. Si ig r in hora oppoſitionis ſolis & lunę ſit luna in altero duorū nodorum, aut propé, a duodecim grad, erit ſol in reliquo, aut pari ppinqtate illius, et tūc erit eclipſis lunę, maxima quidē ſi fuerit in nodo, & tanto maior, quanto vicinior erit nodo, & tanto minor quanto remotior ab eo. Quoniam ſi ipſa in hora oppoſitionis fuerit in nodo, & terra erit in diametro inter ſolem & lunam. In alijs autem locis diſtantibus a nodo ad d

decim gradus non erit proiecta vmbra terræ
in diametro prædicta, ſed declinabit ab ea in
ſeptentrione, aut meridie. Veruntamen latitu
do vmbræ, et magnitudo corporum lunę com
municabit adinuicẽ vſq; ad diſtantiam illam
vnde luna ĩ illis ſitib9 trãſit p vmbrã, nõ qdẽ
p mediũ ei9, ſed a latere. Et ex hoc accidit ſępé
particularis eclipſis lunę, maior aut minor p
ut plus aut minus accipit de vmbra. In fine au
tem prędictæ diſtantiæ luna non tranſit per
vmbram, ſed ſolúm eam contingit, & ideó nul
la eſt ibi eclipſis, nam in fine prædictæ diſtan
tię declinatio deferentis lunę a deferente ſolis
ęquatur ſemidiametro vmbrę terrę, & corpo
ris lunę. Vndé eſt illic contactus ſolum, et nul
la eclipſis. Abinde veró vſq; ad duodecĩ gra
dus propé reliquum nodum prędicta declina
tio excedit prędictos diametros. Quando igi
tur luna eclipſatur ĩ veritate eclipſatur, apud
omnes quibus eclipſatur: quia non habet lumen
niſi a ſole, et ideó in vno, et eodem inſtanti tem
poris eclipſatur apud omnes quibus eclipſat̃,
quorum neutrum verum eſt de ſole in ſua eclip
ſi. Propter quod eclipſis lunę ſũt maximę vti
litatis in conſiderationibus aſtrologorum, ſolis
autem non. Conſtat ergo q; luna non poteſt ecli
pſari: niſi quando in veritate eſt plenilunium,
et q; maxima eclipſis lunę quę eſſe poteſt, erit ĩ
hora verę oppoſitionis ipſius, et ſolis: dum cen-
trum epicicli ſui fuerit in altero duorum nodo
rum, et ipſa in oppoſito augis epicicli, et tunc
erit maior mora eius in ipſa vmbra quę eſſe po
ſſit in aliqua eclipſi. Et omnis eclipſis lunę, in q̃
tota luna obſcuratur, et per aliquod tempus
durat tota obſcurata, habet quinq; tẽpora, prĩ
cipium caſus, et ipſum eſt principium eclipſis.
Principium morę, et ipſum eſt principium obſ
curationis vniuerſalis. Mediũ morę, et ipſum
eſt medium totius eclipſis. Finem morę, et ipſe
eſt finis vniuerſalis obſcurationis, et finem ca
ſus, et ipſe eſt finis totius eclipſis.

¶ De eclipſi Solis. Capi. 54.

QVemadmodum autem eclipſis lunę fit
in oppoſitione ſui, et ſolis, cúm fuerint in
duobus nodis oppoſitis, aut propter interpoſi
tionem terrę inter ſolem, et lunam: ita eclipſis
ſolis fit quando in coniunctione eorum ambo
fuerint in alterutro duorum punctorũ, vel no-
dorum prędictorum, aut propé: quoniam luna
tũc interponitur inter aſpectũ nr̃m, & ſolẽ, &
ſol tũc ĩ veritate nõ priuat̃ lumine, ſed p s illa
terrę cui lũa ĩterponit̃ priuat̃ lumĩe ſolis. Vñ
deberet dici eclipſis terrę, et non ſolis, ſed dici
mus eam eclipſim ſolis: quia nobis videtur: q;
ſol in ſeipſo careat lumine: eo q; non videmus
tunc corpus lunę interponi inter nos, & ſolem.
Nec etiã ſol eclipſatur ęqualiter omnibus qui
bus eclipſatur, nec in eodem inſtanti, ſed aliqui
bus magis, & aliquibus minus, & aliquibus citi
us, & aliquibus tardius. Quod totum facit di
uerſitas aſpectus. Nam alicui ſitui interponit̃
inter aſpectum illius ſitus, & ſolem in vna hora
& in illa eadem non opponitur inter aſpectum
alterius ſitus, & ſolem, ſed forté fuit oppoſita
prius, vel opponetur forté póſt. Et forté nec
fuit in illa coniunctione prius oppoſita, nec op
ponetur póſt. Et propter hoc nulla eclipſis ſo
lis poteſt eſſe generalis, hoc ẽ q; omnib9 videnti
bus ſolem: ſol in illa coniũctione eclipſetur. Nec
poteſt eſſe aliq̃ oĩbus vidẽtibus vniuerſalis, ſed
erit aliquibus neceſſario particularis. Et nulla
eclipſis ſolis habet moram: quoniam corpus lu
næ in aſpectu ẽ ęquale corpori ſolis. Vndé qñ
caſus primus eſt finitus: ſecũdus incipit minui.
Si autem coniunctio ſolis & lunę non fuerit in
altero prędictorum nodorũ, aut propé ad duo
decim gradus: non eſt poſſibile q; aliqua pars
corporis lunę interponatur inter nos, & aliquã
partem ſolis: quoniam in omnibus alijs locis de
clinatio deferentium ſolis & lunę excedit ſe-
midiametrum corporis ſolis, & corporis lunę
ſicut in oppoſitione lunę & ſolis extra prędic
tos terminos prędicta declinatio excedit ſemĩ
diametrum vmbrę terræ, et corporis lunę. Ex
prę miſſis patet q; in morte Saluatoris non fu
it eclipſis ſolis, cúm ipſe fuerit crucifixus tẽ-
pore oppoſitionis ſolis & lunę, et quia tenebræ
factę ſunt ſuper vniuerſam terram. Quód nõ
poteſt eſſe ex eclipſi ſolis. Sed ipſe fons lumi-
nis corporalis veré deffecit deſſiciente omnis lu
minis vero fonte. Qui eſt benedictus in ſecula
ſeculorum. Amen.

ARTIVM AC SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORI CLARISSIMO AC MEXICAnæ Scholæ inter Theologos primario Cathedrarum moderatori, patri Illdephonſo à vera Cruce Auguſtiniano: diſcipulorum vltimus ac eiuſdem profeſsionis hæremiticæ, frater Stephanus Salazarius. Salutem.

CVM ęgregij ij tui cōmentarij, quos in peripatheticorum principis Stagiritæ Ariſtotellis, Dialecticam & Phyſicam compoſueras plus ęquo pater religioſiſsime deliteſcerent: poſt ſprętamq́ſeculi pōpam & epiſcopatū, nil tibi magis cauendū ſuaſsiſſes, q̃ inſidiatori Sathanę aliquo bibiograſſandi, ac infeſtandi, anſam offerre aut aperire (eſt namq́ alioqui ille in eos qui ſeſe totos Chriſto deuouerūt, imanis, ac infeſtus:) hinc tibi quicq̃ (vt arbitror) propallandū cenſuiſti, ſi quos in diſcipulorū emolumentū libros, ſumma arte ac ingenio cōcinaras: in cōmunē quoq́ diſcentium vſum, iam tandē bene cohercitos publicares. Dum glorię (nec immeritę profecto) inde procellā inuaſſurā formidas. Pręcibus tamen à me exoratus, poſt quotidianum conuitium, & aſsiduam efflagitationē: dubito impetrarim, an extorſſerim aſſenſum? ea demum lege conuentum inter nos eſt, vt recognoſcendi difficultatem & induſtriam, meo quidē ingenio ſaxo ſyſipheo, aut bellydum aquis, haud multo inferiorem: ipſe ſubirem. (Negratis ſcilicet, tanti mihi certaminis victoria conſtaret.) Cum vero exploratum haberem, q̃ ſit conſentaneum, doctori de ſe bene meritiſſimo, morigerum ſe pręſtare diſcipulū: quàmq́ dedecorum, tuis altiſsimis ſtudijs Summularū, Dialecticę, ac Phyſicę recognitionibus obſtrepere: (nam quid hæc licet per ſe magna ſint, ſi paulo, ſi Theologię ſcrutinio, ac elucidationi conferas?) Deuolutum ad me lapidem, ſexcentis ex titulis: lubens ſuffulſi. Cumq́ in eo opere non parum inſudarim, non (inquam) parum ſomni: oleiq́ (vt paręmia fertur) conſumpſerim, pro ingenij noſtri tenuitate atq́ pauperie: cui aptius id quicquid eſt muneris dicarem, q̃ tibi magiſter colēdiſsime, à quo etiam & poſſe habui? Cumq́ dijs parentibus & magiſtris, par pari rependi nequeat: animi promptitudine & reuerentia, gratiam ſaltim referendā, quando vires ad nitentē deſtituunt: humillime teſtabor. Accipe igitur vir integerrime, id quicquid eſt operę: ac Catonico conſilio ad memoriam reuocato, accipito placide. Parua namq́ ex materia, animi propenſiomē ſi penſaueris: ex ſterili hoc noſtro ęrario, ſanctiſſimū iſtud tuum totius ſanctimonię pectus, ac bonarum literarum refertiſsimū penu, archiuūq́ reconditiſsimum: (ſat ſcio) nil vltra requiret. Accipe igitur magiſter ornatiſsime, muſarumq́ omnium ſtybijs, proprio vnius cuiusq́ penicillo, graphice picturatiſsime: quod ex tuis lucubrationibus abſolutiſsimis, dum recognoſcit, & polit: nam cur non ita dixerim, cū auocato tibi inter tot rerum munia quibus beatiſsime fungeris, id quoq́ prouintię fuerit nobis ſubeundum? Quicquid gratię, apud eos qui deinceps ſpretis ſorytarum ſophiſmatibus; q̃uis & illis poſsit reſiſti: priſtinū Phyloſophyę nitorē, proprio ex fonte vitrea doctrinę lympha, atq́ mūdiſsima, inter ſerupos aureos ſuſurranti, largè voluerint haurire: hic tuus poterat diſcipulus, multis de cauſis pro

mereri: qui ſtimulo pariter & adiumento fuit. Dum Typographorũm moleſtiam & induſtriam tua vice ipſe recępit. Vale pater optime, tuosq́; vti cępiſti: foue & amplectere. Apud Indorũ inclytã Mexicum, kalendis maij annodomini. 1554.

PATRIS ILLDEPHONSI A VERACRVCE, ARTIVM, AC SACRE Theologiæ profeſſoris, ad ſacrum heremitarum ordinem huius prouinciæ Indiarum nuncupatoria.

CVm per annos plurimos, in hac noua Hiſpania patres grauiſsimi, diſcipulos à primis Dialecticę rudimentis ſuſciperem inſtituendos, fuit mihi curæ quam maximę, ſic eis viam ad ſacram Theologiam veluti digito demonſtrare: vt non ſolùm nõ conſeneſcerent ad ſcopulos Syreneos, verum vt nec difficultatis magnitudine perterriti retro cęderent. Conſiderabam enim, animoq́; creberrimè verſabam, quantùm olim olei, ſomni, operęq́; conſumpſerim (imo perdiderim) dum addiſcerem caudatos illos ſylogiſmos, oppoſitiones nulli pervias, ac id genus plurima: quæ nimirum intellectum magis occupant, & grauant: q̃ poliunt, acuunt, & ornant. Plus nocent, q̃ iuuant, atq́; conducunt. Et è equibus (vt tandem concludam) id ſolum frugis reportatur, quod poſsimus obliuiſci. Rem igitur habens exploratiſsimam, atq́; compertam, in votis habui ea omnia quæ ad Dialecticam ſpectant ſic tradere: vt ſuperuacaneis ſucciſsis, atq́; vitatis: vtilium & neceſſariorum, nullum vnq́; cuicunq́; ſtudioſo ſubiret deſiderium. Nõ quo noua adducamus, ſed quo antiqua omnia ita in ordinẽ redigerimus, vt breuiſsimo temporis curriculo iuuenes poſsint ad maturam frugem peruenire. Cui autem noſtras has *lucubrationes* ęquius dicabimus, q̃ tibi augusta, ſacraq́; religio Auguſtiniana: cui (poſt Deum) quicquid ſumus debemus? Accipe igitur lubenti animo, hæremitica familia hoc quale quale eſt, tibi debitum obſequium: quod ſi hęc (vt ſperamus) grata fuerint & accepta, calcar addes vt in phyſicis quoq́; pariter & Theologicis: modum inſtituendi faciliorem tradamus, ſimul & vtiliorem. Kalendis Maii. M. D. L. IIII.

INCIPIT PROEMIVM
fratris Alphonſi à vera cruce in tractatum Summularum

INPRIMIS DIVI-
num auxilium implorantes,
operęprętium erit, neceſſita
tem & vtilitatem, ſimul &
excellentiam: ipſius Dialecti
cę oſtēdere. Vt ſic loco proe
mii, qui in albo Logicorum volunt aſcribi:
reddantur dociles, beneboli, & attenti. A
noſtris exordiũ ſummentes. Primo occur-
rit beatus pater Auguſtinus, qui Dialecticã
tantum laudat: vt ipſam dicat ſapientiam,
& ſine ea contingat eſſe ſapientem nemi-
nem. In medium adducens, Platonem phi
loſophorum principem. Plato inquit, vir
ſapiens ſummus, & eruditiſſimus tempo-
rum ſuorum, qui & ita loquutus eſt, vt quę-
cunq; diceret magna fierent, & ea loquu-
tus eſt, vt quomōcunq; diceret parua non
fierent. Dicitur poſt mortem Socratis ma-
giſtri ſui, quem ſingulariter dilexerat: à Py
thogoricis etiam multa didiciſſe. Et poſt
multa ad propoſitum ſubiungens quaſi for
matricem illarum partium (naturalium,
ſcilicet, diuinarumq; rerum) peritiam iudi
cemq; Dialecticam. Quę aut ipſa eſſet: aut
ſine ea ſapientia eſſe non poſſet. Hæc ex
patre Auguſtino lib. 3. contra academicos
cap. 18. Dialectica enim ipſa vnica eſt ſcien
tiarum ſcientia diſciplinarum omnium via
De qua idem pater Auguſtinus in libro de
ordine (poſt multa alia.) Dialectica diſcipli
narum diſciplina, docet docere, docet diſ-
cere, in hac ſe ipſam ratio ſibi demonſtrat:
quæ ſcit quid velit, quid valeat, ſcit autem
ſcire, vult ſola ſcientes facere, nec ſolũ vult
ſed etiam poteſt. Hęc illę.

¶ Hæc vna de qua eſt ſermo Dialectica, ſic
ad ſacras literas viam oſtēdit: vt ad omnia
penetranda, & dubia diſoluenda valeat, et
enim lib. 2. de Rethorica diuina, ſeu doctrĩ
na Chriſtiana capi 31. Diſputationis diſci-
plina, ad omnia genera quęſtionum quę in
ſacris literis ſunt penetranda & diſoluen-
da: plurimum valet tantum cauenda eſt ri-
xandi libido, & puerilis quædam oſtenta-
tio decipiendi aduerſarium. Et inferius in
eodem libro, licet alio capite. Sciencia con
cluſionum, & diffinitionum, & diſtributio
num: plurimum lectorem ſcripturarum ad
iuuat. Hęc illę. Quis non pluris faciat hanc
ſermotionalem ſcientiam, ex liberalibus
vnã, qua ignota manifeſta redduntur, dif-
finitione: diuiſione, & argumentatione?
Hac homo circum ornatus, & velut armis
quibuſdam indutus, verum à falſo diſtin-
guit: ſine qua, hominem hac lucinari neceſ
ſe eſt. Vnde idem pater Auguſtinus. lib. 1.
contra Creſconium grammaticum. Hanc
artem quam Dialecticam vocant, quæ ni-
hil aliud docet, quam conſequentia demon
ſtrare, ſeu vera veris, vel falſa falſis: nunq;
doctrina chriſtiana formidat.

¶ Et quidem Dialecticam tellum eſſe ad re
tundendũ aduerſariorũ, & fidei hoſtium ia
cula. Teſtatur beatus Hieronimus ſuper E-
zechielem: vere quicquid in ſeculo peruer-
ſorum dogmatum eſt, quicquid ad terrenã
ſcientiam pertinet, & putatur robuſtum:
hoc Dialectica arte ſubuertitur, & inſtar in
cendij, in cineres fauillasq; diſſoluitur: vt
probetur nichili, quod putabatur eſſe for-
tiſſimũ. Hęc Hieronymus: cui & ſubſcribit
fere eiſdem verbis pater Auguſtinus in li-
bro de cognitione verę vitę dicens: ad om-
nia quidem humana potentem eſſe Diale-
cticam. Dialectica (inquit) differendi po-
tens, potenter dubia quęq; diffiniens cun-
ctas ſcripturas euibrãs, atq; euiſcerans: cun
ctam humanam ſapientiam anihilans.

¶ Accedat & beatus Seuerinus Boetius:
Chriſtianorum philoſophus ſingularis ſu-
per Ciceronis topica, de Dialectica loquẽs:
quam ſit operęprętium in omni actione pa
riter & ſpeculatione: tam ad humana quã
ad diuiua. Ait ſic: erit igitur neceſſarium
vel in naturali ſpeculatione: vel in moraliũ
actionum cogitatione: vt certa ratio: nil
quod in rebus ſpeculãdis eſt nõ inueniat vł
quod in actu viuendi dici oporteat per
pendat. Hæc autem ratio niſi vna quædam
pręceſſerit: ſępe in multos ne ceſſe eſt laba
tur errores. Quod ne paſsim fieret atq; vt
certis regulis tractatus inſiſteret viſum eſt
antiquę filoſophię ducibus, vt ipſorũ ratio
cinationũ quibus aliquid in querendũ eſſet
naturam penitus ante diſcuterent, vt his

 purgatis

purgatis atque compoſitis : vel in ſpeculatione veritatis, vel exercendis virtutibus, vteremur. Hæc eſt igitur diſciplina, quaſi differendi quędam magiſtra, quam Logicē veteres peripatetici appellauerunt. Quam Cicero diffiniens, differendi diligentem rationem vocauit. Stoici vero, Dialecticam. Hæc ex Boetio. Ecce quām eleganter, & ſapienter Boetius vſum Dialecticæ, ſimul & vtilitatem, ob oculos ponit: vt ſic eius intellecta energia, animos alliciat, & in amorē conuertat, illorum: qui cum fructu, philoſophari in Chriſto, vnica philoſophia volunt nō enim de vmbra aſini agitur, (vt aiunt) nec ergo eſt de lana caprina. ſed de Dialectica. que magiſtra vocatur.

¶ Hanc eandem ſententiā Boetij, & probat, & ſequitur, in humanis & diuinis literis doctiſsimus vir Vgo de ſancto victore: in lib. 1. Didaſcalicę eruditionis. Ait enim Neceſſarium fuit alijs inuentis artibus, & Logicam inueniri. Quoniam nemo de rebus cōuenienter differere poteſt: niſi prius recte loquendi rationem cognouerit. Non tamen lateat, aut nos ſubterfugiat, tanq̄ à natura homini inditum: & argumentari, & aduerſantibus ſententiæ ſuæ, reſpondere. Qui vſus Dialecticæ, ante artem ipſam, apud homines fuit. Verum ars inuenta & ſuis numeris conſtans, certior natura effecta eſt: (ſi Ciceroni fidem adhibeamus) qui Philoſophicè loquens, lib. 4. de finibus bonorum & malorum: hæc ait. Et ſi ingenijs magnis prædití quidam, dicendi copiam ſine ratione conſequuntur: ars tamē eſt dux certior, quā natura. Aliud eſt enim poetarum more, verba fundere, aliud ea quæ dicas: ratione & arte diſtinguere. Aſtipulatur & Ciceroni, eloquentiſſimus Quintilianus lib. 2. inſtitutionum Oratoriarum. Conſummatos inquiens in arte, plus doctrinæ debere: quàm naturæ putabo. Sicut in ſolo fęcundo, plus cultor, quàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Ex noſtris: Vgo de ſancto Victore: vbi ſuperuenerunt artes: quæ licet ab vſu principium ſumpſerint: vſu tamen meliores ſunt. Nec tacitus præteribo: Platonem in dialogo qui Phedrus inſcribitur. dicentem: Quippe ſi tibi natura: vt ſis orator tribuerit : accedente doctrina & exercitatione, excellens eris. Si quid vero horum defuerit, mancus eris. Hęc Plato: non nobis ſuccenſeant ignari & ſtupidi homines, qui eam nec alimine ſalutauerunt, putantes, nos tempus in per diſcenda, & tradenda perdere Dialectica eo quod natura conſtet: Rodolphum doctiſsimum, & antiquis comparandum, in ſuo ſecundo libro de inuentione quid afferat audiamus Quid ergo? dicet aliquis: none: & ante inuentam Dialecticem, fuerunt artes & diſputatum eſt, & inuentum eſt verum? & nunc quoq̧, quotus quiſque eorum qui diſputat. Dialecticem tenet? (Deinde queſtionem abſoluens ait.) Non eſt quod negem eam eſſe: illi tamen, quod Dialectica docet, & faciunt, & multo comodius ſi hāc didiciſſent, fortaſſe facturi: quēadmodum ante traditam Rethoricem, diſerti viri fuerunt &c. (Et tandem infert.) quanto rectius tamen, quanto melius expedirent illa ſi certa artium ratione ducerentur. Duratura enim ſeculis ingenia, & quibus nō pręſentes ſolum plaudant. ſed quæ omnis poſteritas miretur, ea tamē demum fiunt: quoties cum optima natura, ars perfecta coniungitur. Sicde Dialectica &c.

¶ Tanti prætii Dialectica eſt, vt concors fuerit Philoſophorum ſententia. (Vt ex Diogene laertio conſtat.) Stoicorumque fuiſſe placitum, abſq̧ Dialecticę ſpeculatione ſapientem in oratione, ſine lapſu nō futurum. Sic Cato cum ſuis ſtoicis (Vt tradit Ciccro lib. 4. De finibus malorum) inter virtutes eam collocabat, atq̧ ad inuicem Ethicam, Phiſicam, Dialecticam comparans: partem non infimam, ſed potiſſimam ei aſſignabat. Sic, ſolum Dialecticum ſapientem Stoici vocabànt: & ipſam Dialecticam, (quę pars totius Pbiloſophiæ) animanti aſſimillatam, neruos & oſſa vocabant: dicentes carnes eſſe phyſicam, Ethicam animam. Et ouo comparantes, hanc Dialecticam teſtam, & ſequentia Ethicem, abſtruſam tamen Phyſicē, nuncupabant. & interdū, ciuitatem quandā totam Philoſophiam cōtemplantes, murum; Dialecticam affirmabant. Meliora diſcant, atq̧ loquantur, q̄ ſine dialectica ſe putāt, aut vane ſe ipſos oſtētāt ſapiētes. Nā neq̧ iuris, neq̧ artiū, aliquā (vt decet) quis poterit peritiā retinere: ſi hac fuerit deſtitutus: in tantū, vt

Rethoricam

Rhetoricam ipſam, quę huic proxima, & nimium affinis eſt, ita: (vt referat Cicero, libro de perfecto oratore) Zenonem manu ſolitum oſtendere, quid inter has interſit: digitos comprimens in pugnum, Dialecticam vocabat: & manum dilatando, digitos extendendo, Rethoricam. Verum auſerim affirmare, neq; Rethoricum poſſe eſſe, abſq; dialectica: Cicerone in libro de perfecto oratore, id affirmante. (Ait enim) eſſe igitur perfecte eloquentis puto, non eam ſolùm facultatem habere, quæ ſit eius propria, fuſe lateq; dicendi, ſed etiam eius vicinam, atq; finitimam, Dialecticorum ſcientiam aſſumere. Et inferius ego enim cenſeo, qui eloquentiæ laude ducatur, non eſſe earum rerum omnium rudem, ſed vel illa antiqua, vel hac Criſippi diſciplina: inſtitutus: Nouerit primum vim, naturam, genera verborum, & ſimplicium, & copulatorum. Deinde quot modis quidq; dicatur, qua ratione verum falſum ve ſit, iudicet quod cuiq; conſequens ſit, quidque contrarium, cunq; ambigue multa dicantur, quoquidque eorũ diuidi, explanariq; oporteat. (Hæc ex Cicerone) ſed hæc omnia diffinire, diuidere, ratiocinari, officia ſunt Dialectici: & multa alia, quæ ad hanc ſcientiam Dialecticam expectant, Rethor & Orator oportet ſit Dialecticus: teſtimonium etiam perhibebat Quintilianus poſt iceronẽ præcipuus, libro. 12. ſuarum inſtitutionum. Cuius verba, breuitatis cauſa omittimus. Ad hanc ergo Dialecticam, non ſolum alimine ſalutãdam, ſed exacte & adamuſim calendam: occurrant omnes, qui cum fructu philoſophari contendunt. Non ſucũbant non defficiant, vires reſumant, labor improbus omnia vincit. Non tam ſpinoſa, & in ſublimi poſita, vt additus conãti, & humeros apponẽti: denegetur Adſit modo perſeuerantia, quæ ſola: coronã, & brabeũ conſeqtur. Deterruerunt, (fateor) q̃plurimos, ab hac tã vtili, & neceſſaria diſciplina: qui eã adulternis impleuerunt dogmatibus, & ſophiſmatibus, intricatis, caudatiſq; ſilogiſmis: qbus igenia iuuenũ tenella, onerata: ſarcina ſupra vires impoſita, defecerũt, & retroceſerunt. Nec ſolum id conſequutum: ſed eam velut adulteram, & noſciuã fugientes abominati ſunt.

Et quidẽ, cum omnia Deus in pondere, numero, & mẽſura fecerit: ſi ipi fimbrias ſuas dilatantes, modũ obſeruare animo cõciperent, à Dedali laberintho, eſſemus liberi. Quis poterit abſq; bili. Enzinã ſine glandibus, ceteroſq; huius claſsis viros: legere: vt in arte Dialectica, eis [redacted] vti quos ad menſes multos, imo ad annos, ſi audias, & diligenter ~~potiſſimus recipiat~~ dicere poteris, pręceptor per totam noctẽ laborantes, nihil cepimus. Quid ad artẽ (obſecro) in materia cõtra dictoriarum, in numeros formare ſilogiſmos, impoſitiones, ſuppoſitiones adducere, nouas, ſimplices, mixtas, de ly c, de li d, & confuſas: quorſum conſequentias de li vterq; fingere? & ſi de exponibilibus fiat ſermo, nullus tribulos & ſpinas, quos talis germinat terra: poterit ſine pedis leſione, pertranſire. (Expertus loquor) & doleo ãnos cõſumptos, in iſtis: ſine fructu. Poſt exantlatos labores, poſt iuuentutis conatus, extendens manum, nihil potui inuenire: niſi tempus irremediabile, deperditum. Venerunt vero Saturnia regna, iam aureum ſeculum, reuertũtur ad ſanam mentem, qui aliquando inſanuerunt: conuerſi ſunt, & qui obcęcati tunc temporis erant, ſi adeſſent nobiſcum, recta ſaperent. Sic ſentit, grauiſsimus, ac doctiſsimus chriſtianitatis exemplar ſingulare, Doctor Ciruelo in breui, & caſta, quam ędidit, Dialectica. Sic etiam Ludouicus Caruajal, in ſuo primo ſen. de reſtituta Theologia, ſic et alij graues, pariter & docti iudicant. Inter quos Titelmanus iudicio meo, palmam obtinet: qui in Dialectica, & Phiſica, vnicum totius eruditionis, & ſanæ mentis: præbuit exemplum. Ex ipſo principe Ariſtotile, (tanquàm è fonte) hauriens quicquid extrahendum erat, grana colligens omnia: & ſi quid palearum nomine, in Ariſtoti. foret ſub ſilẽtio pertranſiens. Fuit & ante Titilmanum, Rodolphus agricola, qui promeritis, vix laudari queat: qui in ſua de inuentione Dialectica, quàm procul à tergo, ſunt ſophiſmata relinqueda: docet. Floruit & Ioannes Cæſareus, & hanc tradidit, caſte: ſimul & compendioſe. Et cæteri nonnulli, hac noſtra ętate: in pretio ſunt. Qui omnes: ex ipſo proprio puteo Ariſtotelico, non ſine dexteritate: ad profectũ noſtrum

 aquam:

aquam:coram poſuerunt. Hæc omnia nos inſtruunt,fidem eis adhibēdam: verum vnum quod maxime nos mouere debeat, experientia. Periculum enim fecimus,& ſemel atque iterum, tradentes diſcipulis noſtris,in breui conſumentes tempora multa ſcientiam ipſam attingētes Theologiam: ſic profecerunt:vt hominum vincant expectationē. Quippequi per latos campos ſpaciati,in doctrina ſancti Thomæ,nil iſtarum nęniarum, & ſophiſmatum offendentes: euaſſerunt ſingulariter docti, & in aperto eſt,illa nouiter adinuenta dogmata, non ſolùm neceſſaria non fore ad veram ſapientiam:ſed potius ſi nō noſciua.ſaltim nullius momenti. Quapropter rationem habentes temporis, & profectus diſcipulorum: ſolū Dei gloriam in hoc negotio expectantes, mediam tenendo viam, regiamq́, neque ad dextram,neq́ ad ſiniſtram declinabimus.

deutero 71.

¶ Hęc diſciplina,vna ex ſeptem liberalibus tertium ſeruans locum:in tribus ſermocionalibus:ſcientia rationis, merito dicta eſt. Quam in duas diuidemus partes ,in prima quicquid expectat ad tractatum Summularum ponemus,cui & addemus,locorum,& elenchorum,tractatum:& in ſecunda parte erit de dialectica(quam vocant magnam) conſideratio.

IN PRIMIS DE TERMINIS agamus oportet:eo quod prima ſint rudimenta.

SED quia omne ignotum ſi in complexū eſt,& ſimplex vox diffinitione,ſeu diuiſione,cognoſci habet: antequàm terminum diffiniamus ,quid ſit diffinitio, declaremus. Groſſa Minerua,id tradentes.

quid diffinitio

¶ Diffinitio eſt oratio,naturam rei, aut termini ſignificationem exponēs. (Vel vt ab alijs) ſic, diffinitio eſt oratio breuis, manifeſtatiua diffiniti:cum quo conuertitur: vel ſic, diffinitio eſt oratio, explicans modum ſignificandi,vel ſignificatum termini Quocunq́ modo, diffinitionis detur diffinitio: conſtat per eam declarari ignotum. Nam ſi ignotum non faciat cognoſcere,& manifeſtet:nomen non retinet diffinitionis. Hęc homo: eſt animal rationale. Hoc complexum, animal rationale: diffinitio eſt,quia id quod erat ignotum in termino homo, explicatur:cum efficitur manifeſtum, eſſe animal & rationale. Nā hominis explicatur nā & per hanc breuem orationem,manifeſtatur diffinitum,& ſic declaratur, termini ſignificatio. Similiter in hac. Album: eſt corpus,habens albedinem. Modus ſignificandi de ly album, per hanc breuē orationem declaratur, & quod erat in illo termino album incluſum,& ignotum:manifeſtum efficitur.

ſignificatū

¶ Anteq́ cōditiones requiſitas,ad bonam diffinitionem explicemus,oportet:diuiſionem diffinitionis aſſignare. Duplex enim eſt,quędam vocatur quid rei, & alia quid nominis. Primum exemplum propoſitum eſt, diffinitionis quid rei,nam per illam natura rei explicatur,ſcilicet,hominis, & hęc rurſus ſubdiuiditur.

diuiſio diffinitionis

¶ Diffinitio quid rei triplex ,qui ditatiua, deſcriptiua ,& cauſalis,qui ditatiua:eſt metaphiſica ,& phiſica. Prima eſt, quę per genus,& differentiam datur,vt hominis diffinitio. Nam animal, eſt genus, in quo communicat cum brutis, rationale tamen differentia:per quam a bruto diſtinguitur. Si tamen,ſic homo diffiniretur eſt quodam cōpoſitum ,ex corpore, & anima rationali:diceretur phiſica diffinitio,quia per partes ipſum hominem componentes,& integrantes, datur.

q͛d rei triplex

¶ Deſcriptiua ea eſt, per quam diffinitum deſcribitur,& declaratur.non per eſſentialia eius,ſed per accidētia. Vt ſi hominis naturam explices ſic:eſt animal riſibile, maximi cerebri,peſſimi odoratus, & prę excellentis tactus.

¶ Cauſalis,eſt quę per cauſam. Et quia quadruplex cauſa;efficiens,finalis,formalis,& materialis: quomodolibet res ipſa manifeſta reddatur,per aliquam cauſarum, diffinitio quid rei cauſalis , dicetur. Vt ſi domus vellis, diffinitionem ſignare, ſic. Domus: eſt, quid conſtans, ex lapidibus, & lignis, quadrati formam retinens,à domificatore conſtructa:ad nos à frigore , & tempeſtate,protegendum in hac omne genus cauſę tactum eſt:& ipſa diffinitio,cauſalis erit.

cauſalis

¶ Diffinitio

¶Diffinitio quid nominis, illa eſt: que ſignificationem termini declarat. Vt album, eſt res albedinē habens. Et ſic in diffinitione diffinitionis, propoſita particula illa, naturam rei: propter diffinitionem quid rei poſita eſt, et illa, vel termini ſignificationem: propter diffinitionem quid nominis.

¶Bone diffinitionis, tres ſolēt aſsignari cōditiones. Prima, vt conſtet ex genere, et differentia diffiniti, vt ſupra declaratum eſt.

¶Secūda, vt clarius diſtinctiusq́ſignificet, quam diffinitū. Ex qua infertur, quod dicūt cōmuniter: diffinitum, nō debere intrare diffinitionem: ſi enim intraret, nō clarius ſignificaret, diffinito.

¶Tertia eſt, vt diffinitio nec diminuta, neq́ ſuper abundans ſit: ob id, iſta nō eſt adequata hominis diffinitio: homo, eſt animal: defficit enim et hec eſt mala diffinitio. Homo, eſt: animal rationale, et mortale: quia ſuper abundat, mortale, cum alia ab homine mortalia ſint: et ſic loco differentiæ: nō poſſit poni. Et hoc eſt quod dicitur, diffinitionem orationem eſſe breuē. Iam opus eſſet (ſi omnia exacte in principio eſſent traddēda) declarare, quid genus, quid differentia, quid accidens, de quibus infra, ſpecialis erit conſideratio: ſuo loco, in ſecunda parte. Sed tamen pro nūc, genus dicitur: quia eſt terminus ad alium quidditatiue ſuperior: vt animal reſpectu hominis, nā de homine, animal dicitur. Si enim homo eſt, et animal erit: et eſſentialiter de homine dicitur, quod ſit animal, ad eſſentiam eius pertinet & nō per accidens.

¶Differentia eſt, per quod id quod diffinitur: differt ab aliis contentis ſub eodem genere. Vt ly rationale, in hominis diffinitione eſt, per quod homo licet ſit animal ſicut leo eſt animal: differt tamē a leone, rationalitate, et ab elephanto, & ſic ab omnibus aliis, contentis ſub illo genere animal.

¶Accidens id eſt, quod ad eſſe, & ab eſſe intelligitur: ſine eſſentiæ rei corruptione. Vt albedo vel muſica, ſeu ſcientia in homine: non enim de eſſentia, & rei natura eſt, quod ſit albus, vel muſicus, cum homo ſit: qui iſtis caret.

¶Diffinitio licet ſit oratio, non tamen vera vel falſa dicenda, ſed bona vel mala. Si per que diffinitio eſt? interrogatio fiat, eſſe quid rei, vel quid nominis: reſpondendū erit. Si tamen qualis? bona vel mala, dicendum: nō vera vel falſa. (Sic enim habet, vſus dialecticorum). Et ſic interrogatio quid? diffinitionem quiditatiuam petit: quale? deſcriptiuā a quo? per cauſam efficientē: ex quo? materialem: per quid? formalem: propter quid? finalem.

¶Diffinitū eſt, res que diffinitur (ſeu) quod per diffinitionē explicari contingit, & hoc.

¶Duplex: propinquum, ſcilicet, & remotū. (Iuxta neothericorum ſentenciam) propinquū eſt, cuius rei ſignificate natura, vt ab ipſo ſignificata explicatur per diffinitionem. Vt homo, in hac diffinitione, animal rationale. Nam hec oratio, eius rei ſignificate naturam, explicat. Addidimus, vt ab ipſo ſignificata: quia riſibile, non dicetur propinquum diffinitum: nam licet, natura riſibilis ſit explicata, per hanc orationem, animal rationale: nō tamē in quantū, per illū terminū riſibile importatur, ſed vt per ly homo.

¶Diffinitum remotū eſt, res ipſa, ſeu natura, vel proprietas: per diffinitionem explicata. Vt in propoſita diffinitione, Petri natura, declarata eſt. Ob id in hac, homo eſt animal rationale: homo erit, diffinitū propinquum & Petrus erit, diffinitum remotum. Et nomina congruētiſſime impoſita videntur, vt homo propinquum: quia magis proprie, & primo, per diffinitionē explicatur, ſingulare tamen, incluſum, in illo cōmunia remotis: ob id, diffinitū remotum. Aliquādo tamen contingit, idem eſſe, diffinitum propinquum, & remotum. Vt hic, diffinitū remotū eſt, res, ſeu natura: explicata per diffinitionem, verum intelligas, iſta vocabula, ſic impoſita: nam cum omnis diſciplina, forſam immediate nō principaliter verſetur primo circa terminos, quia ad ſcholas ducere non poſſumus (vt ait Ariſto.) res: vtimur terminis, prebus. Ob id, terminus ipſe dicitur diffinitum propinquum: quia primo de eo mentio, remotū tamen Iohanes, vel Petrus, quia ſecundario. 2. Elench.

¶Et addere ſolent, ad bonam diffinitionē neceſſario requiſitū, diffinitum conuertibilē eſſe: cum diffinitione. (Vt ſic) eſt homo: ergo animal rationale, eſt animal rationale ergo & homo. Et ſic de quocunq́ de quo vere dicitur diffinitio de eodem & diffinitum

& de quocunq; negatur vnũ: & reliquũ. Sicut ſi homo non eſt, nec animal rationale erit: & ſi de Iohane vere dicitur quod homo ſit, & animal rationale erit.

¶ Ad vertendum tamen eſt: verba in diffinitionibus non dicere actum: ſed aptitudinem Nam etiam ſi homo in mũdo nõ eſſet, diffinitio hęc eſſet bona eſt animal rationale poteſt enim res q̃ non eſt: diffiniri vere: neq; in hoc eſt falſitas, quia verba illa, ſolũ in actu ſignato ponũtur: & nõ in actu exercito

¶ Modi diffiniendi: quam plurimi ſignãtur a Boetio ex patre Auguſtino: ſed tamẽ omnes cõtinentur in ſupra dictis.

eadem diffinitio q̄d rei et quid nominis.

¶ Conſideratione tamẽ dignum eſt: illam ſupra in exemplo poſitam diffinitionẽ quid nominis: album (eſt corpus habens albedinem) ſic eſſe diffinitionẽ quid nominis: vt etiam ſit quid rei: ſecundũ tamen diuerſas conſiderationes Nam ſi hęc ſeorſum ſumatur: dum nil actu explicat: eſt quid nominis diffinio quia per plures terminos, & plures ſignificationes, vnã in volutam & obſcurã explicat. & ideo, termini ſignificationem. Sed quatenus explicatiua eſt proprietatis: quod eſt habere albedinẽ, in ordine ad principale ſignificatum diffiniti: [redacted]cunq; ſit illud: diffinitio quid rei eſt. Proprietas enim accidentalis eſt: corporis habere albedinẽ, ſicut in deſcriptiua diffinitione quid rei, cõtingit, Et ſic ſecundũ diuerſam conſiderationẽ. eadem eſt quid nominis: & quid rei diffinitio. Et ſi volumus aſignare ſignũ, per quod notũ erit quãdo quid nominis, & quãdo quid rei: dicit, (olim magiſter meus in dialectica, Cõpluti doctor Iacobus de naueros, in ſuis ad dialecticã conſiderationibus: conſideratione quarta) quum diffinitio eſt predicatũ, reſpectu ſui ſubiecti, in propoſitione cuius copula primę impoſitionis eſt: tunc diffinitio eſt quid rei. (Vt ibi) albũ eſt, corpus habens albedinem. Vocatur copula talis, quia nõ importat proprietatem Logicam, Gramaticam, vel Rethoricã: vt iſte eſt, currit, laborat. &c. Et ſecundę impoſitionis [redacted]: ſi illam importet, vt ſignificat, ſupponit, ampliat. &c. Et quidem huius ratio eſt quia tunc, [redacted] proprietas, licet accidẽtalis: declaratur ſubiecti illius, in quo albedo eſt.

quod.

Nauerros

¶ Quando vero eſt pars prędicati, reſpectu ſui diffiniti, cuius copula eſt ſecundę impoſitionis: & a parte prędicati ponitur ad verbium ſimilitudinis: inter diffinitum & diffinitionem: tunc. quid nominis cenſenda eſt diffinitio. Vt in hac, ly album ſignificat, ſicut ly corpus habens albedinem.

¶ Ex quo infertur cõmuniter, terminos in diffinitione quid rei: ſumi perſonaliter: hoc eſt, rebus ſignificatis. Et in diffinitiõe quid nominis: materialiter: quia pro dictionibus

¶ Hic obiter notandum: dialecticorum eſſe conſuetudinem: vti illo termino (ly) ad demoſtrandũ. vel loquendum (Vt ly homo) & valet, ſicut ille terminus homo.

CAPITVLVM SECUNDUM DE DIUIſIONE.

CAPITVLVM SEcundum de diuiſione.

Diuiſio enim eſt oratio · totã cõmunitatẽ: ſeu generalitatem termini: explicans: per terminos oppoſitos, & minus cõmunes. Vt animaliũ: aliud rationale, aliud irrationale. Hac oratione declaratur, ſignificatio cõmunis & generalis, de ly animal, q̃ eſt ſe extendens ad plura: per terminos inferiores & minus cõmunes ſcilicet rationale, & irrationale · tanq; ſi in veritate res quãta, in partes diuidatur: & totum appareat, in partes ſectum, & diſtinctum, ſic in diuiſione Logica apparet. Nam animal, tanq;: quodam totum, rationale, & irrationale continẽs: in partes ſuas diuiſum apparet. Et illi termini ſunt oppoſiti, rationale, & irrationale. Quodlibet iſtorum ſcilicet rationale, & irrationale: dicitur membrũ diuidens, & mẽbra ſimul ſumpta diuiſio dicũtur, per q̃ explicata redditur cõmunitas ipſa diuiſi.

quid diuiſio confuſi x

¶ Diuiſum eſt ille terminus, cuius confuſſa & generalis ſignificatio: explicatur per diuiſionem, ſeu per mẽbra diuidentia. Siue dicas: animaliũ: aliud rationale, aliud irrationale, ſiue ſic in ſingulari, animal: aliud rationale, aliud irrationale: ſemper eſt verũ diuiſum eſſe animal, qa eius ſignificatio partita & explicata eſt: per illa mẽbra diuidentia.

¶ Sicut de diffinitione dictũ eſt, ſ. quod licet ſit orõ nõ tamẽ vocãda vera vel falſa, ſed bona vel mala, ſic & de diuiſione bona quidem dicenda ſi conditiones obſeruet, mala tamen: ſi eis careat.

¶ Requiſita ad bonam rei diuiſionem ſunt primum, quod ſingula membra diuiſionis ſint inferiora ad diuiſum. Hoc patet, quia cum per terminos minus communes, debeat fieri explicatio termini communioris: oportet vt inferior ſit membrum diuidens, quam ſit diuiſum. Sicut pars non tantum debet continere: ſicut totum. Sic in exemplo propoſito, rationale minus commune eſt, & inferius ad animal: nam in animali, brutum continetur. Et ad id extenditur, cum vere, brutum ſit animal. Tamen ſub rationali, non continetur niſi ſolum homo, & non brutum. Similiter de alio membro, irrationale dicendum

¶ Requiritur. 2 ꝙ diuiſio tota, cõuertatur cum diuiſo. (Hoc eſt) de quocunq; dicitur diuiſum, dicatur & diuiſio: & econtra. Sicut, de quocunq; eſt verũ dicere quod eſt animal: de eodem & verum erit, quod rationale, vel irrationale & econtra, de quocunq; de quo verificatur hoc totũ diſiunctum, rationale vel irrationale: & verificabitur diuiſum animal. Ob id hæc non eſſet bona diuiſio, animaliũ: aliud album, aliud nigrum, nam dato animali alterius coloris verum eſſet animal & tamen diuiſio ei nõ conueniret, licet, ſi ſic: eſſet ſufficiens, animalium: quodam album, quodam nigrum, aliud neq; album neq; nigrum.

¶ Requiritur. 3. ꝙ mẽbra diuidẽtia ſint oppoſita ſaltim formal'r. Illa ſunt oppoſita realiter, quum de ſe inuicem non poſſunt verificari, vt rationale, & irrationale. Nõ enim fieri poteſt, vt idem ſit rationale, & irrationale. Et realiter quidem oppoſita, ſiue contrarie, aut contradictorie, aut priuatiue aut relatiue, vt album & nigrum: homo, & non homo: cęcus, & videns: pater, & filius.

¶ Formaliter ſunt mẽbra oppoſita, quum licet poſsint de eodem verificari: eorũ tamen rationes formales: ſnnt diuerſę. Hæc enim bona eſt diuiſio, bonorum: aliud honeſtum, aliud vtile: aliud delectabile. Et quidem omnia tria bona, in bono honeſto virtutis concurrunt: & de virtute verificantur. Et ſic realiter non ſunt membra oppoſita, ſed tamen formaliter ſic. Si enim bonum honeſtum diffiniatur, non eandem habebit quid rei diffinitionem, quam habebit bonum vtile, ſeu delectabile. Non enim vnum bonum, includit neceſſario aliud, cum detur vtile: quod minime ſit honeſtum. Licet in honeſto: accidat omnia bona conuenire. Nec ſufficit, membra diuidentia ſint aliquo modo formaliter diuerſa: nam (vt ait Boetius.) Hæc non eſt bona diuiſio, animaliũ: aliud rationale, aliud bipes. Quia licet ratio diuerſa ſit aliquo modo, vt aliquid ſit bipes, quod non rationale: tamen cuicunq; conuenit ratio primi & ei conuenit ratio ſecundi, cum omne rationale ſit bipes. Nec hęc, hominum: alius riſibilis, alius aptus natus ridere. Quia mẽbra nec realiter, nec formaliter ſunt oppoſita.

¶ Addi cõmuniter ſolet, vna alia bonę diuiſionis cõditio, vt omnis bimembris ſit: vel ſaltim reducibilis ad duo membra. Quod verum eſt, per terminos contradictorię oppoſitos: ſed tamen non videtur aliquid addere, ad bonitatem. Eque bona eſt hæc, coloratorũ: aliud album, aliud nigrũ, aliud mediũ: ſicut hęc, aliud albũ: aliud non albũ.

¶ Verum eſt tamen (vt inquit Boetius) ex quo, iſta conditio videtur originẽ trahere: ſi non eſſet penuria nominum, omnis diuiſio per duo membra ſolũ deberet fieri: vt ſi eſſet vnum nomen abſolutum, omnium brutorum: ſic fieret optime diuiſio, Animalium: aliud homo, aliud, a, &, a, eſſet nomen omniũ ſpecierum. Verum quia tale nomen non datur. Vt explicetur tota communitas diuiſi: oportet vel omnes numerare ſpecies, vel per membra oppoſita diuidere.

¶ Ex hoc tñ infertur ſemper diuiſionẽ debere fieri per membra quã paucíſsima. Et ſic diuiſio illa q̃ cõmuniter dat̃ termini: in mẽtalẽ, vocalẽ & ſcriptũ, poſſet ſic aſsignari terminorũ: alius mentalis: alius ſenſualis, & rurſus, ſẽſualis: alius ſcriptus: alius vocal'.

¶ Hæ enim cõditiones requiſitæ dicuntur ad diuiſionem rei non ad diuiſionem nominis ęquiuoci in ſua ęquiuocata. Nam hęc bona eſt diuiſio. Canis: alius latrabilis, alius cęleſtis, alius piſcis marinus. Sed tamen nullum membrorum, inferius eſt ad diuiſum. Nam non ſunt membra illa, ſpecies ſub genere: vel indiuidua ſub ſpeciebus. Similiter coniunctum ex membris diuidentibus, non conuertitur, cum diuiſo: quia diuiſum illa tria, nam vno eodẽq; conceptu

CAPITVLVM SECVNDVM.

cęptu ſignificat ſed diuerſis in cōiunctin ſū ptis. Nō enim ly canis poteſt ſūmi, ſecuudū tres concęptus iunctos. Nam ſic, non eſſet vnus terminus: ſed plures. Et ſic, vel accipitur vt ſignificat piſcē, & ſic: non conuertitur cum mēbro quod ſignificat latrabilem: [redacted] eſt diſparatus cum eo. Solū enim cum illo mēbro ſignificante ſidus conuertitur.

Tunc *ſed*

Totum in partes diuidire

¶ Cum ergo diuiſio nil aliud ſit, quā quędā partitio vt dictum eſt: multipliciter contingit, totum in partes ſic diuidi.

¶ Primo terminus vniuocus: in ſua vniuocata: vt animalium: aliud leo, aliud homo. Animal qui diuiditur, eſt vniuocus terminus: quia vnico concęptu ſua ſignificata importat. (Vt infra dicemus) vni vocata ſunt homo, & leo, quia in cluſa in vniuoco.

equiuoci in ſua in ſua equiuocata

¶ Eſt et diuiſio: ęquiuoci: in ſua ęquiuocata. Vt canis: alius latrabilis: alius marinus, alius cęleſtis. Hęc ideo ſic, quia ly canis, ęquiuocus eſt terminus, plura ſignificans: non ſub eadem ratione, Nà licet nomem ſit cōmune, ratio ſubſtantię ideſt diffinitio: diuerſa eſt. Et ipſa membra diuidentia, ęquiuocata dicta ſunt, quia in ęquiuoco in cluſa.

generis in ſpes

¶ Seqtur & diuiſio generis, in ſuas ſpecies, Vt animalium: aliud ouis, aliud Elephans, ſi quidē animal, genus eſt, ad illas ſpecies: vt latius infra, cum de prędicabilibus agemus in ſecunda parte.

generis in differentias

¶ Eſt & generis, in ſuas differentias: vt animalium: aliud rationale, aliud irrationale. Rationale enim ſic differentia generis dicitur, vt cum ipſo genere ſpetiem conſtituat. Irrationale tamē non eſt propria differentia, alicuius ſpeciei brutorū: ſed quia nō ſūt propria nomina differētiarum, in brutorū ſpeciebus: negatione ad rationale, bruta deſignamus.

¶ Speciei: in in ſua propria in diuidua contingit. Vt hominū: alius Petrus, alius Paulus.

¶ Totius in modo vt vocum. alia ſignificatiua, alia non ſignificatiua. Dicitur ſic, totū in modo: quia ſic, ſine limitatione ſumitur, & partes in diuiſione cum determinatione ſed non diminuente.

determinationis diminuens

¶ Tunc enim dicitur, determinatio non diminuēs: quū totū, đ parte: vniuerſaliter prędicatur. (Vt in exemplo propoſito, vox ſignificatiua, vox eſt: tamen in hac, animaliū: aliud viuens, aliud pictum. Ibi pars ſūmitur cum determinatione diminuēte; quia totū, non prędicatur abſolute de parte. Nō enim eſt verum: animal pictum eſt animal, nā analogum per ſe ſumptum: ſtat pro ſuo famoſiori ſignificato.

¶ Etiā cōtingit partitionē ſeu diuiſionē fieri, ſubiecti: in accidētia. Vt animaliū: aliud ſanum, aliud egrum. Hominum: alius albus alius niger, & accidentis, in ſubiecta. Vt ſanorum: aliud homo, aliud leo.

accidentis in accidentia

¶ Accidentis, in accidentia. Vt coloratorū: aliud album, aliud nigrum. Quia diuiſum accidēs dicit, & mēbra diuidētia ſimiliter.

¶ Eſt etiam diuiſio, ęqui voci a conſilio: in ſua ęqui vocata. A conſilo ſeu (alijs verbis) analogi: in ſua analogata. (Exemplum) vt hominum: alius viuus, alius pictus. A conſilio ęquivocus, eſt homo: quum vnum principaliter ſignificat, per ſimilitudinē hominem pictum. Et per analogiam ſanorum, aliud animal, aliud medicina, aliud vrina. Nā ſanitas, principaliter de animali, quia in eo eſt ſubiectiue, formaliter & prīcipaliter. De medicina tanq̄ de cauſa efficiente: de vrina tamen, [redacted] de ſigno. *ut*

¶ Eſt diuiſio, totius quāti: in ſuas partes q̄ntitatiuas. Vt hōis, in ſua mēbra. Et ſic diſcreta q̄ntitas. ſ. numerus, in binariū, & ternariū

¶ Totum potentiale diuiditur, vt animę: alia potētia intellactiua, alia volitiua, alia memoratiua.

argum

¶ Exercitij cauſa contra dicta de diuiſione formatur argumentum. Hęc optima diuiſio eſt, animalium: aliud album, aliud nigrū aliud medium. Sed tamē de aliquo dicitur diuiſio, de quo non diuiſum: patet: nam de lapide eſt verum dicere quod ſit album, & tamē non eſt verum quod ſit animal ergo.

¶ Secundo ſic, hęc eſt bona diuiſio. Quantitatum: alia diſcreta, alia continua. Et tamē ly quantitas diſcreta, nō eſt inferior terminus ad diuiſum: quia quantitas diſcreta, ſignificat omne illud, quod partes ſęparatas poteſt habere: ſed omnis q̄ntitas eſt idē, qa etiam continua poteſt partes ſęparatas habere: non ergo bene ſunt conditiones bonę diuiſionis poſitę. *2*

ad p[m]

¶ Ad primum argumētum ſolutio conſtat, quia diuiſum: nō ſumitur ſubſtātiue, ſed adiectiue Et ſic ſemp intelligitur, in quocunq̄ mēbrorum. Etſi de lapide, nullum mēbrum

diuiſionis

diuiſionis verificatur:quia in quolibet intelligitur animal. Nam ibi aliud album,ſub intelligitur animal:& aliud nigrum,etiam intelligitur animal.

¶Ad ſecũdum,patet ſolutio:negãdo quod quantitas diſcreta:nõ ſit inferior ad ly quãtitas. Nam quãtitas abſolute, ſuperior eſt & tanq̃ genus quodã:ad continuã,& diſcretam. Et quantitas diſcreta,inferior eſt,quia quantitas diſcreta in portat habere partes, ſeparatas actu: quod tamẽ quantitas abſolute non dicit.

¶Hic obiter notãdum, vt optime magiſter de Soto notat, ex illa conditione bonę diuiſiõis.ſ.quod diuiſum & diuiſio oportet ſint termini conuertibiles:ſequntur iſti modi ar
1. guendi Dialectici. Primus a cõuertibilibus ſ.a diuiſo,ad diuiſionẽ & econtra:tam affirmatiue,quã negatiue. Vt bene ſequitur, eſt animal:ergo rationale,vel irrationale. Et ecõtra. Similiter, nõ eſt animal:ergo nec rationale,neq̃ irrationale.

¶Secũdus modus,a toto diuiſo:cũ negatio
2. ne vnius mẽbri:ad poſitionẽ alterius (ſi diuiſio bimẽbris ſit) & ſi trimẽbris, ad poſitionẽ aliorũ mẽbrorũ: vt bene ſeqtur eſt animal,& nõ eſt ratiõale: ergo irrationale.

¶Similiter & iſte modus validus,appoſitio
3. ne vnius mẽbri:ad negationẽ alterius. (Si mẽbra ſint oppoſita realiter)bene valet,eſt ratiõale:ergo nõ eſt irrationale. Non tñ valet hoc,eſt honeſtũ: ergo nõ eſt delectabile. Quia mẽbra in diuiſiõe, oppoſita ſunt formaliter. Si tñ quis argumẽtũ formet, de ſcuto ꝓ medietate albo,& ꝓ medietate nigro, eſt coloratum:& tñ nec album neq̃ nigrum ergo non ſit conuerſio diuiſi & diuiſionis. Concedo ſcutum coloratum, & quũ ſequitur,non tñ albũ neq̃ nigrũ:cõcedo: & eo diuiſio nõ eſt ſufficienter poſita, deberet mẽbrum addi, & diuerſis coloribus coloratũ. Et ſic bona eſſet conſequentia.

Solutio ad argumentũ vulgare de ſcuto.

¶Sed quia memoriã fecimus conſequentię & argumentationis, neceſſariũ videtur etiam pro tyronibus nõ nulla hic tanq̃ prę ambula tradere.

CAPITVLVM TERtium de conſequentia.

ARgumeutum,ſeu conſequentia:eſt oratio compoſita, ex antecedente & conſequente; & nota illationis. Vt ſi dixero ſic, Petrus currit: ergo Petrus mouetur. Ibi antecedens eſt, Petrus currit: conſequens eſt,Petrus mouetur: ly ergo,eſt nota illationis. Ab alijs diffinitur ſic, ~~argumentum~~:eſt propoſitio, in qua alterum ex altero,denotatur in ferri. Vt ſi Petrus diſputat:Petrus loquitur. Hic alterum ſcilicet cõſequens Petrus loquitur, denotatur in ferri ex illo altero,Petrus diſputat.

¶Antecedens:eſt illud, ex quo denotatur aliquid,ſequi. Vt in exemplo dato, Petrus currit,antecedẽs eſt quia ex illo aliquid denotatur ſequi ſcilicet conſequens.

¶Conſequens: quod denotatur ex alio ſequi ſcilicet ex antecedenti,

¶Advertẽdum tamen, inter hos terminos quorũ vſus eſt apud dialecticos: mediũ: argumentum,argumentatio,ſic eſſe differentiã vt medium ſit,quicquid adducitur ad probandã aliquam concluſionẽ: ſiue effectum conſequatur ſiue non. Argumentum tamẽ: addit ſupra medium,vt probatiuum ſit cõcluſionis,& ſic argumentum quaſi arguens mentem. Et diffinitur a Boętio, eſt ratio: rei dubie faciens fidem. Argumentatio vero,eſt cõplexum ex argumento ſeu medio, & concluſione. Et hęc,alio nomine vocatur conſequentia. Quo tanq̃ vocabulo vſitatiori, vtendum erit.

Diſcrimen inter argumentũ medium & argumentationem.

¶Etiam conſiderandum, contingere pro antecedenti duas eſſe propoſitiones vt ~~ſic~~, omnis homo eſt capax beatitudinis, ~~infidelis eſt homo~~: ergo ~~infidelis capax eſt beatitudinis~~. Eo quod ſit creatura rationalis. In tali argumentatione,prima propoſitio vocatur maior,ſcilicet omnis homo capax eſt: ſecunda vocatur minor, que ſecundo loco poſita eſt: ~~infidelis eſt homo~~.

¶Illi qui dicunt,conſeqñtiã eſſe:in qua denotatur aliquid ex aliquo in ferri. Ob id dicunt,vt comprehendat, conſequentiã malam,que licet mala ſit conſequentia tamen eſt:in qua nõ ſequitur cõſeqñs ex antecedẽte: Alias bona eſſet, ſed videtur ſequi. Vt ſi quis diceret:Petrus diſputat,ergo Petrus eſt doctus:conſequens non ſequitur,ex tali antecedẽti:ſed videtur ſequi datur enim quod quis diſputet: & quod ſit indoctus. Pro quo notandum, duplicem eſſe conſequentiam.ſ.bonam,& malam. Bona illa eſt in qua non poteſt dari antecedens verum: & conſequens

Bõa & mala conſeqñtia.

& conſequens falſum. Vt ſi Petrus viuit,ha
bet animam. Non enim poteſt dari verum
eſſe, quod in antecedenti:quim ſit verum,
quod in conſequenti, & ex oppoſito.
consequentia mala
¶Conſequentia mala ea eſt, in qua poteſt
dari verū eſſe antecedens:conſequenti exi
ſtenti falſo. Vt Petrus mouetur, ergo Pe-
trus currit. Dato enim quod deambulet,
verum eſt,quod antecedens oſtendit:& fal
ſum quod per prędicatum manifeſtatur.
q2 nō uera necp falsa
¶Nunq̄ꝫ dicitur couſequentia vera vel fal
ſa,ſed bona vel mala,& eſt verū quod con-
ſequentia quæ ſemel eſt bona: ſemper erit
bona. Et quę ſemel mala,ſemper erit mala.
¶Triplex eſt conſequentia ſ. conditiona-
lis,cauſalis,& rationalis. Quando illatio ſi-
gnificatur per ly ſi:eſt cōditionalis. Quum
per ly quia:cauſalis. Rationalis: quum per
ly:ergo. Ad veritatem conditionalis ſuffi-
cit conſequentiam eſſe bonam. Vt ſi ſol lu-
cet,dies eſt. Ad veritatem rationalis,quod
antecedens & conſequens ſit verū: & cau-
ſalis quod ſit verum,& antecedens ſit cau
ſa conſequētis. Vt q̄a auis habet alas volat.
¶In conditionali,& cauſali:propoſitio quę
ponitur immediate poſt li:ſi,vel q̄a antece
dens eſt. Et quod ſequitur:coñs. in rationa
li tamen:quę copulam prędicit, ſeu notam
ipſam:vt ſic,homo currit:ergo hō mouetur
¶A[redacted] Summuliſtis ponūtur nōnullę re
gulæ, in dignoſcendis conſequentijs, vel
modum modū arguendi in ipſis.
1. regule consequentiarum ¶Ex vero,nō niſi verū:ex falſo, quandoq̄ꝫ
verū qñq̄ꝫ falſum,[redacted],iſte modus arguen
di,eſt infalibilis. Hęc conſequētia eſt bona
& aṅs eſt verū:ergo & conſequēs. Nā dato
oppoſito,ſi aṅs eſſet verū,& conſequēs fal
ſum:eſſet mala Nā illa mala eſt,vt ſupra di
ximus:in qua datur aṅs, verū & conſequēs
falſum, Tū nō ſeq̄tur,aṅs eſt falſum:ergo &
conſequēs. Nā hæc valet,homo eſt irratio-
nalis ergo Deus eſt. Sicut hęc homo eſt irra
tionalis:ergo homo eſt lapis.
2. ¶Ex poſsibili,nunq̄ꝫ ſequitur: impoſsibile
Quia ſic,daretur in bona cōſeq̄ntia,aṅs ve-
rū:& conſequēs falſum. Patet,homo currit
ergo homo eſt lapis:cū antecedens ſit poſ-
ſibile,detur ꝙ ſit verum,& conſequens eſt
impoſsibile iā eſſet in bona cōſeq̄ntia, aṅs
verum,& conſequēs falſum qđ repugnat.
3. ¶Ex neceſſario nunq̄ꝫ ſeq̄tur contingens:
neq̄ꝫ impoſsibile. Et ſicut neceſſariū ex quo
libet:ſic ex impoſsibili,quolibet. Exempla
ſint,Deus eſt:ergo homo currit: non valet,
q̄a ſic,dari poſſet antecedens verum:& cō
ſequens falſum oportet ergo,ſit etiā conſe
quēs neceſſarium. ſ. Deus eſt:ergo Deus im
mortalis eſt. Etiā non poteſt,ex neceſſario
ſequi impoſsibile. quia ſic eſſet falſum Ne-
ceſſarium ex quolibet,q̄a nō poteſt eſſe fal
ſum:& ſic nunq̄ꝫ mala conſequētia ſicut ſi
dicas,homo currit:ergo Deus eſt. Siue quo
modolibet ſumas in aṅe,ſemper ſi conſe-
quēs eſt neceſſarium,conſeq̄ntia erit bona
¶Si conſequens bonę cōſequentię,eſt fal 4.
ſum:neceſſario & antecedens erit. Alias da
retur aṅs verum & conſequens falſum.
¶In om̄i bona cōſequentia,oppoſitum cō 5.
ſequētis:infert oppoſitum antecedētis. Vt
ſic,hō currit: ergo hō mouetur ſed nullus
homo mouetur:ergo nullus homo currit.
¶In om̄i bona cōſeq̄ntia,oppoſitum conſe
q̄ntis:repugnat antecedēti. Vt ſic:hō currit
ergo homo mouetur. Hæc duo non ſtant ſi
mul,nullus homo mouetur:& homo currit
Non tamen eſt neceſſarium, ꝙ oppoſitum
antecedentis,repugnet conſequenti. Nam
in exemplo hæc ſtant:nullus homo currit
& homo mouetur.
¶Quicq̄d ſequitur ad conſequens bonę cō
ſequentię:ſeq̄tur ad antecedens. Vt ſic,ho-
mo currit:ergo homo mouetur. Sequitur,
homo mouetur, ergo homo non quieſcit.
Hoc idem,ex antecedenti homo currit er-
go homo non quieſcit. & ſimiliter verum
eſt,quicq̄d antecedit,ad aṅs bonæ conſeq̄n
tię:antecedit ad conſeq̄ns. Et quicq̄d repu
gnat conſeq̄nti,& antecedenti repugnabit
Exemplum,homo diſputat:ergo homo lo
quitur:ad antecedens antecedit, homo ar-
gumentatur:ergo homo diſputat: ſic ſequi
tur,homo argumentatur . ergo hō loq̄tur.
¶Quia ergo iuuenem Tyronē formamus, Modus arguendi.
& de argumentatiōe ſermo eſt: opꝫ ſeruet
modū debitum inter arguendum,vł reſpō
dendum. Cōuenit.n. totū ꝓpoſitum ab ar-
guente:ſemel reſumi à reſpōdente,(qđ eſt
cathegoricè reſpōdere.) Rurſus ſemel re-
ſūpto argumēto,à principio incipiendo:&
[redacted],ſi aṅs ſit verū,cōcedat ſi falſum neget:
ſi dubiū,dubitet:ſi ęquocū:diſtinguat :& ſi
impertinens dicat tranſeat. [redacted] iſtis q̄nq̄ꝫ ver
bis,

biſ,poterit vti reſpondens. Si tamen conſequentia neganda ſit,ſecundo reſumat,& dicat:nego conſequentiā :ſi vero in antecedēti due fuerint propoſitiões,maior,& minor & vna ſit vera,alia falſa : poterit cōcedere, antecedens pro illa parte pro qua verum:& negare pro alia. Vt ſi diceret, homo currit, & homo eſt irrationalis: ergo homo mouetur. Suppoſito quod currat, poteſt dicere, concedo antecedens pro maiori : ſed nego pro minori. Nunꝙ tamen dialecticus, cōcedat,vel neget conſequēs: licet ſi diſtinguendum eſt,poſſit facere. Ratio eſt,quia ſi antecedens eſt concedendum, quia verū : prius deberet dicere,concedo conſequētiā. Et ſi conſequens negandum quia falſum, & antecedens erat conceſſum : oporteret negare conſequentiā. Demus exemplū,[illegible]. Contra diffinitionem conſequentie ſic argumentor:in hac propoſitione, in hac: denotatur aliqd ex aliquo ſequi,eſt propoſitio,in qua denotatur aliquid ſequi,& tamē nō eſt conſequentia:ergo diffinitio mala. Dicat reſpondens,quando ſic argumētaris:in hac propoſitione,in hac: denotatur alterum ex altero ſequi,q̄ ſe ipſam demōſtrat,eſt propoſitio,in qua denotatur alterū ex altero ſequi & tamē nō eſt cōſequentia :ergo mala diffinitio Quando ſic argumētaris hæc ex hac: denotatur alterū,ex altero ſequi , eſt propoſitio : in qua denotatur alterū ex altero ſequi. Nego maiorē:dicit arguens:probo ſic in ea ſignificatur, alterum ex altero ſequi: ergo,hic nego conſequentiā. Quia licet id ſignificet,tamen non ſic eſt. Eo quod in diffitione,notari alterum ex altero ſequi: eſt, in diuerſis propoſitionibus , quū vna ex alia infertur. Hoc eſt dicere, quod ly denotatur,non dicit actum ſignatum : ſed actum exercitum.

¶ Arguens vtetur iſtis verbis: probo, in ꝓbo,replico,arguo argumentor, ſequeretur, nunꝙ tamē arguēs, vtatur verbis reſpōdētis:neꝙ ecōtra reſpōdens,verbis arguētis.

¶ Si forte dicat arguēs,ex hoc ſequitur hoc tunc reſpondens poterit dicere, cōcedo ſequelā:vel nego ſequelam.

CAPITVLVM QVARtum de propoſitione.

QVandoquidem, de propoſitione hic mentio facta eſt, & de oratione: conſentaneum eſt, aliq̄ præludia traddere: & primo de oratione.

¶ Oratio:eſt vox ſignificatiua cuius pars ſeparata, aliquid ſignificat. Vel, (vt dicit alius) eſt, dictiones congrue ſe habentes, Vt hæc,homo albus,eſt oratio: quia pars albus:ſeparata, & homo : aliquid ſignificat:& hec,homo eſt creatus, ad beatitudinē,eſt oratio quia partes ſeparate, aliquid ſignificāt. Et ſunt ibi dictiones,congrue ſe habentes.

¶ Oratio duplex,perfecta:& imꝑfecta. Illa ſola ꝑfecta eſt,q̄ generat perfectū ſenſum & propoſitio vocatur. Vt, homo eſt,ad imaginē dei factus. Hæc eſt propoſitio , & oratio perfecta:& ideo perfecta,quia perfectū ſenſum generat:in animo audiētis. Hæc tamē, Petrus curreret: oratio vocatur. Homo albus etiam oratio dicitur : ſed non propoſitio.

¶ Propoſitio:eſt oratio,vere, vel falſe ſignificās, Vere,vt iſta:homo eſt a dō rectus creatus. Falſa,vt adulter ſine meritis , premiabitur. Ob id dicitur: quod duplex ſit propoſitio,vera,& falſa:illa vera,que ſignificat ,ita eſſe:ſicut eſt. Vt,homo eſt, rationalis, Falſa, que ſignificat,aliter eſſe:quā eſt. Vt ,homo eſt,brutū. Solet anōnullis,addi in diffinitione propoſitionis:q̄ ſignificat,vere vel falſe: in dicando. In ſinuātes,ſolā in dicatiui orationē,eſſe,ꝓpoſitionē:quia illa ꝑfecta eſt orō

¶ Propoſitio duplex,cathegorica : & hipotetica. Illa dicitur cathegorica .q̄ habet ſubiectum:copulā & predicatū:tanꝙ partes ſui principales. Vt :Deus eſt:infinitus. Vbi ly deus:eſt ſubiectū:& eſt:eſt copula:infinitus eſt predicatū. Ideo eſt:copula dicitur:quia copulat.ſeu vnit:predicatum ſcilicet ly infinitus:cū ſubiecto ſcilicet cum ly Deus. Dicitur tanꝙ partes principales ſui: nā licet habeat literas & ſilabas velut partes non tamē ſunt partes principales:ſed minus principales. Solū dictiones:ſunt partes principales. Scilicet:ly Deus:ly eſt:& ly infinitus.

¶ Subiectū quod ſubiicitur alteri ſ.ꝑdicato vel:de quo aliud dicitur,ſ.ꝑdicatū. Vt in ꝓpoſitione ꝓpoſita ly deus eſt ſubiectū:qa ſubicit:ly infinito vel:qa infinitus dr̄. de eo.

Predicatū

CAPITVLVM QVARTVM

predicati

¶ Prædicatum eſt, quod prędicatur, vel quod de alio dicitur, ſcilicet, de ſubiecto. Vt, ly infinitus, prędicatum eſt: quia prędicatur de ly Deus: hic, prędicari de alio, nil aliud eſt: quam dici de alio: vel, prędicari eſt: verè & affirmatiuè, ~~predicari~~, id eſt, in propoſitione vera, & affirmatiua: de alio dici. *ueri fieri*

notandum

¶ Eſt tamen conſiderandum, hoc quod eſt habere ſubiectum, copulam, & prędicatum dupliciter contingere. Vno modo, formaliter: alio ęquiualenter. Formaliter eſt, vt in exemplo propoſito Virtualiter, vt ſi iſta litera, a, imponeretur ad ſignificandum, tantum: ſicut illa propoſitio, in exẽplo poſita, ſimiliter in hac, Petrus legit: ibi prędicatum eſt incluſum, id eſt, legens ly legens eſt prędicatum: virtualiter ibi poſitum.

¶ Propoſitio cathegorica, rurſus diuiditur, in vniuerſalem, in diffinitam, particularem & ſingularem.

¶ Vniuerſalis illa eſt, cuius ſubiectum, eſt terminus communis: determinatus ſigno vniuerſali. Vt hæc, omnis homo eſt animal ſigna vniuerſalia hęc ſunt: omnis, quilibet, quicunq;, nullus, non, & ſimilia.

¶ Particularis eſt, cuius ſubiectum, eſt terminus communis: ſigno particulari determinatus, vt quidam homo diſputat. Signa particularia ſunt, aliquis, quidam, quędam, & ſimilia.

¶ Indiffinita eſt: quum ſubiectum eſt terminus cõmunis, & nullo ſigno determinatur. Vt hęc, homo diſputat.

¶ Singularis eſt, cuius ſubiectum, eſt terminus ſingularis: vel ſingulariter tentus. Vt Ariſto. doctiſſimus fuit, vel, hic homo eſt ſapiens: nam in hac, homo, ſingulariter tenetur, ratione illius pronominis demõſtrãtis, & reſtringentis: vt ſolum ſtet, pro demoſtrato. Ob id ſingulariter tenetur.

& p° affirmatiua

¶ Et diuiditur propoſitio, vt quędam dicatur affirmatiua: alia negatiua. Affirmatiua, cuius copula affirmatur. Vt, angelus eſt incorporeus, negatiua, cuius copula negatur. Vt, ~~homo, non eſt brutum~~. *ſola fides nõ iuſtificat*

¶ Solent & terminiſte, ſua certa habere vocabula, in ſuis diſputationibus: ob id, ad interrogationem factam, quę eſt propoſitio? reſpondendum: cathegorica, vel hipotetica. Et quanta eſt? querit, an ſit vniuerſalis, particularis, in diffinita, vel ſingularis. Qualis? interrogat, an ſit affirmatiua, vel negatiua. Ob id propoſitio iſta, omnis homo, naturaliter ſcire deſiderat. Si queratur que eſt? reſpondetur. Cathegorica, quanta eſt? reſpõdetur. Vniuerſalis: quali eſt? affirmatiua.

¶ Obiter notabis, in cathegorica propoſitione: nullum obliquũ, oblique tentum: poſſe eſſe ſubietum, vel predicatum totaliter. Ob id, ibi Petrus vidit leonem: ibi leonem non eſt predicatũ: ſed ly videns leonẽ: poteſt tamen eſſe, pars extremi.

¶ Similiter eſt verum, nullũ ſignum variãs, veritatem vel falſitatem propoſitionis prę cedens copulam efficitur pars ſubiecti. Et ſic, in hac, omnis homo eſt ſapiens: ſolum ly homo, eſt ſubiectum. Si tamen copulam ſequitur, efficitur pars extremi. Et ſic poteſt eſſe documẽtum, omnes illi termini, qui poſſunt eſſe ſubietum: vt nomina ſubſtantiua & adiectiua, in recto, ſubſtantiuata, vt, bonus eſt homo.

¶ Propoſitio hipotentica eſt, in qua coniunguntur plures ꝓpoſitiones cathegoricę, vel plura complexa propoſitionalia: per aliquã coniuntionem. Vt, homo eſt ſubſtantia animata, & diſcurrit in ſuis operationibus. Hic coniunguntur plures cathegoricę, quia duę per capulam. Et exemplum ſecundi: vt leo, intelligeret ſi haberet rationem. Hec duo, ſunt complexa propoſitionalia.

¶ Complexum propoſitionale, eſt oratio, imperfecta, cuius copula, ſi in copulam indicatiui mutatur: fiet propoſitio. Vt ſi leo intelligeret. Illa copula, mutata in indicatiuũ ſcilicet intelligit fit ꝓpoſitio. Leo intelligit.

¶ Hipoteticarũ: plures ſunt ſpecies, ſecundũ diuerſitatem copularum, ſeu coniunctionum: eſt copulatiua, diſiunctiua, conditionalis, cauſalis, rationalis. De quibus omnibus, poſtea ſuo loco dicendum. Hæc ſolùm dicta ſunt, tanq; quędam documenta: ad ea quæ dicenda ſunt.

CAPITVLVM quintum de terminis.

Quia

ning est vox significatiua placitu exqua sim efficitur ppositio,

QVia ſæpe incidit mentio de termino, conſequenter tractandum erit de termino ipſo & diuiſione ipſius: multipliciter enim contingit.

Quid ſit terminus. ¶ Terminus: eſt, in quem reſoluitur propoſitio. Sic Ariſt. 1 priorum, vt hic homo eſt diſputans, ly homo terminus, & ly diſputans, & ly eſt: quia in illis reſoluitur propoſitio. Quid ſit reſoluere. Reſoluere, eſt totum in ſuas partes diuidere. Et Boetius ſic, terminos voco: nomina & verba, quibus nectitur propoſitio. Quod eſt, apud Grammaticos dictio: eſt terminus apud Dialecticos.

Alit' terminus diffinitur. ¶ Diffinitur & ſic, eſt extremum propoſitionis, vel ſic, eſt ſignũ, propoſitionis cathegoricę conſtitutiuũ. Vel ſic, eſt ſignum ponibile in propoſitione. Vt, ly homo eſt terminus, quia extremum propoſitionis. Vt in iſta, homo currit: eſt ſignum conſtitutiuum iſtius, ex eo tanq̃ ex parte: cõſtat huiuſmodi propoſitio. Eſt etiam ſignũ ponibile, quia etiã ſi homo ſolitarie ſit ſcriptus: terminus eſt, quia poni poteſt in hac, homo ẽ animal. Ex quo ramus pendens ante tabernam, vel tabella poſita præ foribus domus, termini nõ vocantur: licet. n. ſigna ſint. ſ. ꝙ ibi venditur vinũ, vel ibi declinent viatores: tñ, nõ poni poñt in propoſitione. Dicitur conſtitutiuũ propoſitionis cathegoricę, vt excludatur ipſa propoſitio cathegorica: quę non debet vocari terminus. Licet n. ſit verum, quod ipſa conſtituat propoſitionem hipoteticam ~~tamen non debet vocari terminus~~

nuz est q prep speciem quam exit sensibg a ud ase repre tat, l. aliud in cognitione e mxe

1. Argum. ¶ Contra hoc, exercitii cauſa: atramentum eſt ſignum ponibile in propoſitione, & tñ nõ eſt termin⁹: ergo diffinitio ẽ inſufficiẽs. Patet maior, qa poteſt ex atramento ſcribi iſte termin⁹, homo, & tũc poni in hac, hõ diſputat: & ꝓbat̃, minor, ꝙ non ſit termin⁹: qa nec ſignificatiu⁹, neq̃ nõ ſignificatiu⁹: erg.

Solutio. ¶ Solutio, cũ ſic argumẽtaris: atramẽtũ eſt ſignũ ponibile. Diſtingo, vel in potẽtia propinqua: & ſic nego, vl' in remota: & ſic cõcedo. Quid eſt poni in potentia propinqua. Et ad eſſe terminmũ, eſt requiſitum, poſſit poni in propoſitione in potentia propinqua, & poſſe poni in potẽtia propinqua, eſt poſſe poni ſine acquiſitione nouę ſignificationis, & ſine hoc qd' fiat, ſimilis alicui termino Logico. Et qa per atramentũ, ex quo hõ formatur, ſit acq̃ſitio nouæ ſignificationis, & ſimilitudo ad terminũ logicum: atramentũ, nõ eſt ponibile, in potẽtia ꝓpinqua.

¶ Contra aliã diffinitionẽ. ſ. eſt ſignũ conſtitutiũ cathegoricę ꝓpoſitionis. Illa particula eſt ſuperfluè poſita: ergo mala eſt diffinitio. 2. Argu. Prabatur, ſi rectè eſſet poſita, maximè ad excludẽdã ipſam propoſitionẽ cathegoricã; quę nõ debet dici terminus, vt dictũ ẽ: ſed nõ propter hoc: Patet, nã hęc, hõ eſt animal, põt poni in hac. Homo eſt animal, beatitudinis capax: ergo, ſeq̃tur. ℞. negando eſſe diffinitionẽ malã, & concedẽdo poſitam particulam. Solutio. Et qñ infers, ſed hęc cathegorica, ponitur in hac: diſtingo, vel tanq̃ pars p̃cipua: & ſic nego. Non. n. ibi hõ eſt animal diſciplinæ capax, totũ ly homo eſt animal: ponitur tanq̃ pars pręcipua determinata, quia ſolum eſt ſubiectum ly homo, & prędicatum: hoc, animal beatitudinis capax.

¶ Tertio ſic, ly buf, eſt terminus: & tñ nõ ẽ ſignũ ponibile. 3. Argumẽ. Patet, qa nullibi põt poni, cũ nõ ſignat: maior: patet, qa hęc eſt ꝓpoſitio: buf ẽ dictio, & ſubiectũ neceſſario termin⁹ erit: ergo. ¶ Ad hoc nõnulli dixerũt, ly buf, eſſe terminũ: qa ſeipm repſentat, ſed tñ nõ videtur ꝓpria loqutio, cũ de ratione termini ſit, ſignificare. Et ſic reſpondetur, ly buf, nõ eſſe terminũ: & qñ argumẽtaris, ponitur ſubiectũ in iſta, buf eſt dictio: dico eſſe aliqd' ſignũ quod videatur terminus, & appareat ſed tñ non eſt. Solutio. Quia etiam ibi, minime proprie ſignificat, ob id quoties mentio de termino erit, intelligendũ eſt de ſignificatiuo.

¶ Quarto ſic, alicui cõuenit diffinitũ, cũ aliqua determinatione, cui nõ cõuenit diffinitio cũ eadẽ: ergo diffinitio nõ eſt bona. 4. Argu. Patet ly, leo ſeorſum in pariete ſcriptũ, eſt terminus extra ꝓpoſitionẽ: & tñ non eſt ſignũ ponibilę in ꝓpõne, extra ꝓpoſitionem: qa repugnat qd' ponatur in ꝓpoſitione, extra ꝓpoſitionẽ: ergo. ¶ Solutio, ſuppoſito verũ eſſe ad bonã diffinitionẽ req̃ſitũ, qd' ſi diffinitũ de aliquo dicitur, cum determinatiõe: de eodẽ & diffinitio, cũ eadẽ dicatur. Solutio. Vt ſi de animali dicitur, qd' ſit albũ: de eodẽ opꝫ dicatur, ſit ſubſtãtia animata ſenſibilis alba Dico, ꝙ illa determinatio, extra ꝓpoſitionẽ põt determiuare, ly ſignũ, vel ly ponibile: ſi primum, vera eſt, quia adhuc extra propoſitionem, eſt ſignũ, qd' poteſt poni, cũ tñ ſit ſignum extra ꝓpoſitionem, & ſic eſt verum

 añs.

añs. Et ſic dicitur de diffinitione: q̄a leo po
ſitus in pariete terminus extra ꝓpoſitionē.
ſignū eſt ponibile in ꝓpoſitione extra ꝓpo
ſitionem exiſtens. Quia ſemper ſignum eſt.
Si tamē ly ponibile, determinet: tunc ſi for
male intelligatur, quod eſt eſſe ponibile in
propoſitione: falſum eſt, quod ſit terminus
extra propoſitionem: ~~& ſic ſimiliter in diſ-
finitione ſumitur~~. Et ~~ſic~~ ſi ly extra propo-
ſitionem vtrobiq̧ eodem modo capiatur,
& idem determinet. Semper eſt verū, quod
diffinitio
de quo verificatur diffinitum cum deter-
minatione, de eodem & diffinitio. Ly, ter
minus: eſt terminus connotatiuus, cuius ſi-
gnificatum materiale eſt ſignum, & forma-
le: eſſe ponibile in propoſitione. Sic ſi extra
propſitionē referatur ad materiale verum
eſt quia ſignum eſt ſi tamen ad formale fal
ſum: quia tunc eſſet ſenſus extra propoſitio
nem eſſe ſignum poſitum in propoſitione.

CAPITVLVM SEXTVM

Prima diuiſio terminornm.

TErminorum. quidam men
talis, alius vocalis, alius ſcri
ptus. Omiſſa illa quam ali
qui tradunt: terminū quē-
dam increatum. ſ. ipſum
Deum, quia ipſe eſt propo
ſitio, cum repręſentet quic
Impropria quorundā loquutio.
quid poteſt per propoſitionē ſignificari. A-
lium creatum. ſ. mentalem. Verum, eſt im-
proprie loqui: Deum eſſe propoſitionem: li
cet omnia repręſentet.

¶ Terminus, ponitur in diuiſione: loco ge
neris, & in membra diuiditur.

¶ Mentalis, eſt qui mēte concipitur, & idē
apud omnes ſignificat, vel eſt terminus, po
Quid terminus mētalis.
tentię cognitiuę. Vt conceptus hominis, eſt
mentalis terminus: quia mente conceptus,
eſt idem apud omnes, ſiue Gręcus, ſiue La-
tinus concipiant: eodem modo repręſentat
licet voces ſint diuerſę. Quod tñ, non con-
tingit in voce, vel ſcripto. Et dicitur poten
tię cognitiuę, vt extendatur ad potentiam
ſenſitiuam, non ſolum hominum ſed etiam
Qua ratione pōatur ille genitiuus potentię cognitiuæ.
brutorum.

¶ Ibi, ly genitiuus potentiæ: ponitur, ad ſi-
gnificandam ipſam potentiā, vel tanq̄ ſub-
iectum, in quo talis terminus mentalis, ſeu
notitia eſt: vel ad denotandum eandem po
tentiam, tanq̄ cauſam illius notitię ab obie
cto enim & potentia, paritur notitia. (Vt
B. Auguſt.
ait beatus Auguſtinus.) Brutum animal e-
tiam poteſt formare ſenſationē, vt viſo co-
lore format illam notitiam coloris.

¶ Terminus vocalis: eſt, qui auditu percipi
poteſt, vt hęc vox homo.

¶ Sciptus qui viſu corporeo percipitur, vt
ſcriptura, homo.

¶ Sed tamen operępretium erit, licet poſt
ꝓlixius differendū: & ſępe repetēdum, ali-
q̄d de termino mētali, ſeu notitia differere

¶ Poſito aliquo ſenſibili obiecto, coram po
tentia: vt aliquo colorato circa viſum, ex ta
Modus intelligendi.
li obiecto emanant & producuntur quædā
ſpecies viſibiles, quibus oculus informatus
viſionem producit. Et ſic intellectus ſpecie
bus intelligilibus affectus, intellectionem
cauſat. Illæ tales ſpecies concurrunt effecti
ue ad talem notitiam, ſimul cum potentia.
Ipſa ſenſatio, ſeu intellectio repręſentat, &
ſignificat naturaliter proprie, idem obie-
ctum: quę eſt quædam ſimilitudo rei obie-
ctiua, & terminus mentalis.

¶ Similiter conſiderandum, notitiam eſſe
quotuplex ſit notitia.
duplicem ſ. intuitiuam, & abſtractiuam. In
tuitiua inde dicta, quia rei pręſentis ſit, vt in
tellectio, aut viſio coloris, coram, exiſten-
tis. Abſtractiua dicitur, quando eſt rei ab-
ſentis, & cauſatur notitia, non a re quę rea-
liter pręſens moueat: ſed ab ipſa re, vt inten
tionaliter pręſens eſt, in ſpeciebus de reli-
ctis, quādo habita eſt notitia intuitiua. Vt ſi
ego in abſentia, mortuo patre meo, habeo
illius notitiam, & formo terminum menta-
lem: cauſatur in me, non ex repræſenti rea
liter, ſed intentionaliter, in ſpeciebus reli-
ctis, & conſeruatis in theſauro memorię: ex
quibus tanq̄ ex quodā ſpeculo, in quo pater
Diſcrimen inter notitiā abſtractiuam & intuitiuam
meus eſt: repręſentatiue formo notitiā eius

¶ Ex iſtis, licet colligere differētiā, inter ab
ſtractiuam & intuitiuam notitiam: quā aliis
verbis antiqui doctores, (vt. S. Thomas) &
alii iſtis vocant. Notitiam viſionis: & noti-
tia ſimplicis intelligentię. Vt prima intuiti-
ua, ſecunda ſit abſtractiua. Differt (inquā,)
primo quia intuitiua notitia, ab obiecto &
potentia informata ſpeciebus producitur,
abſtractiua tñ: ſolū à potentia & ſpeciebus
2a
relictis in memoria. Secunda differentia,
quia intuitiua, poteſt eſſe in intellectu, & in
ſenſu, tam interiori, q̄ exteriori: ſed abſtra-

ctiua, non poteſt in ſenſu exteriori reperiri, etiam de accidentibus, certiores nos reddit.

¶ Tertia notitia intuitiua, clare repræſentat, ſed abſtractiua noſtra, obſcure. Dixi noſtra, quia illa quę Dei, quæ ſimplicis intelligentię vocatur, quę abſtractiua dici poteſt: apud Deum clariſsima, & diſtincta eſt.

Concæptus duplex.

¶ Quia terminus mentalis, notitia & conceptus dicitur, oportet intelligere duplicē eſſe conceptum, vltimatum, ſcilicet, & non vltimatum. Vltimatus ille eſt, qui rei conceptus dicendus, & non termini. Sed non vltimatus ille, qui termini eſt, & ideo non vltimatus: quia via ad vltimum, & finem: quando non eſt perfecta cognitio. Vt audita hac voce homo, prius formo in mente, conceptum correſpondentem illi voci: & tandem conſequenter formo conceptum hominum, qui ſignificatur per talem vocem. Primus, non vltimatus eſt tanq̃ via ad terminum, ſeu ad vltimum.

¶ Oportet ergo, conceptus non vltimatus ſit conceptus, diſtinctus termini. Nam ſi diſtinctus non ſit, vt omnium entium conceptus: non erit non vltimatus. Et quidem conſiderãdum venit, quod ſignificare non vltimate, non eſt ſignificare mediante alio, ſed terminum formaliter ſignificare. Et ſignificare vltimate, eſt rem, quę non eſt terminus: formaliter ſignificare. Et ſic ſequitur nullum & eundem, conceptum eſſe vltimatum: & non vltimatum.

Cõceptus ſubdiuiditur.

¶ Et quia de conceptibus, ad propoſitum erit determinare duplicem adhuc dici conceptum. ſ. directum, & reflexum. Reflexus ille eſt, qui cõceptus diſtinctus, alterius conceptus eiuſdem potentiæ. Et directus ille eſt, qui non eſt diſtinctus conceptus, alterius conceptus. Conceptus, quo homines, vel animalia extra cognoſcimus: eſt directus. Sed ille qui eſt, nos cognoſcere homines, & talem habere conceptum. Reflexus vocatur: quia conceptus, cõceptus: vel conceptus directi: conceptus.

Dubium.

¶ Hic poſſet eſſe dubium, vtrum: conceptus reflexus, id ſignificet quod directus.

Reſpondetur.

Reſpondetur, dupliciter poſſe formari conceptum reflexum.

Significañ.

Primo, vt ſolum directum abſolute repreſentet, ſub ratione qualitatis dumtaxat. Secundo modo poteſt, eum repreſentare, ſcilicet, ſub ratione ſimilitudinis ad extra. Si primo modo non ſignificat rem ad extra quam directus ſignificat. Secundo modo ſic, quia tunc eſt imago directi ſub ea ratione, qua: rem ad extra ſignificat: & ſic, rem ipſam repręſentabit. Quęcunq; enim ſunt eadem vni tertio. Et ſunt eadem inter ſe: cum ergo res ad extra, conueniat cum conceptu directo, & reflexus ſimiliter: erit etiam repręſentatio rei in reflexo.

¶ Adhuc circa hanc terminorum diuiſionem, ſolet notari, quid ſit terminum vocalem, & ſcriptum. ſubordinari mentali conceptui in ſignificãdo. Quod eſt, terminum vocalem, vel ſcriptum, non poſſe ſignificare: niſi mouendo intellectum, ad talem conceptum formandum, nec poteſt ſic mouere, & inmutare, quin ſignificet.

CAPITVLVM SEPTIMVM de termino ſignificatiuo. Secunda diuiſio terminorum.

Sequitur & alia diuiſio terminorum, quam aliqui putant ſuperfluam: nam cum diſputatio non ſit niſi de vocibus, ſeu ſcripturis, aut conceptibus ſignificantibus: non eſt vnde ſit neceſſarium, diuidere terminum: in ſignificatiuum & non ſignificatiuum. Verum alii exiſtimant non ſuperfluam diuiſionem.

¶ Terminus ſignificatiuus ille eſt, qui ſignificat aliquid, aliqua, vel aliqualiter. Aliquid, vt homo, leo. Aliqua, vt homines, populus, gens, aliqualiter, vt omnis, nullus, & eſt. Vt ſunt omnes termini ſincathegorematici.

¶ Vel aliter ſic, terminus ſignificatiuus ille eſt, qui ſignificat ad placitum proprie, vel naturaliter proprie. Primnm ponitur propter vocalem, & ſcriptum: vt hæc vox homo, etiam ſcriptura Leo. Secundum, poſitum eſt propter terminos mentales, qui ſignificatiui ſunt, & proprie naturaliter.

¶ Terminus nõ ſignificatiuus eſt qui nec ad placitum, nec naturaliter repręſentat. Vt, vox buf, baf. Hic loqmur de ſignificatione propria, nã materialiter: hęc vox buf. ſe ipſam repſentat, & ſignificat, ſed tñ impprie ẽ, hui9 modi ſignificatio, & q̃a de impoſitiõe

facta ẽ mẽtio, eo qđ terminus ſignificatiuus vocalis, & ſcriptus: ex ea ſignificent. Impoſitio nil aliud eſt, quam voluntas alicuius hominis, quę fertur in aliquam vocem ſeu ſcripturam, vt ſignificet, & ſi fiat ab homine authoritatis, autentica impoſitio dicitur: vt factum ab Adam narrat ſcriptura: ſi tamen ab alio non habẽte authoritatem, non autentica dicitur. (gene. 2.)

Conſideratio.

Impoſitio triplex eſt.

¶ Sed tamen eſt conſiderãdum, triplicem, eſſe impoſitionem. ſ. formalem, conſequutiuam, & conſuetudinariam illa formalis eſt, quę ex propoſito, & de directo impoſita eſt voci, vel ſcripturę. Vt, quod Ioannes in baptiſmo, Ioannes ſit vocatus. a

¶ Conſequutiua eſt, vt Petrus, ſuam imaginem repreſentat b

¶ Conſuetudinaria, vt, Nero crudeles: ex conſuetudine hoc habet/ & ſic ad placitum eſt: & non naturaliter. c

Quid ſit ſignificare.

¶ Hic ſatis ad propoſitum erit, breuiter dicere, quid ſit ſignificare. Nil aliud eſt, quam potentię cognitiuæ, aliud à ſe repreſentare. Vt, hęc vox homo, ſignificat homines. Et ſic potentię cognitiuę aliud a ſe repreſentat quia homines ad extra. Hic per cognitiuã potentiam, etiam (vt ſupra diximus) brutorum ſenſationem intelligas.

Significare dupl'r.

¶ Significare dupliciter contingit, formaliter ſ. & inſtrumentaliter, formaliter tunc contingit: quum eſt potentię formalis notitia, vt viſio qua video colorem, & conceptus ſeu notitia, qua formaliter cognoſco Petrum, hęc formaliter: quia cognitio per talem notitiam ſeu conceptum, velut per formam fit.

¶ Inſtrumentaliter eſt, quando pręexiſtente ſui cognitione, aliud a ſe repreſentat Vt, hæc ſcriptura homo, quæ ſuppoſita ſui cognitione, & ſua impoſitione: facit homines cognoſcere. Ob quod cęco non repręſentat, quia non vtitur ea tanq̃ inſtrumento. Et licet quis videat ſcripturam, ſi tamen impoſitionem ignoret: etiam ei non repræſentat. Vt, Gręco, & Hebręo, hęc ſcriptura non ſignificat. Neceſſarium enim eſt, ad hoc quod quis vtatur inſtrumento: vt eius notitiam habeat.

Inſtrumentorũ modi

¶ Multiplex eſt genus inſtrumentorum, quædam ſua natura, & conditione repræſentant, vt gemitus infernorum, repræſentat dolorem, & infirmum male habere. Alia ex quadam conſuetudine, vt canis, viſus ſæpe præcedere dominum, repræſentat ipſum dominum. Facit enim nos venire in cognitionẽ hominis. Alia ſignificant ex inſtitutione, vt voces, & ſcripturę, vt dictum eſt ſupra.

Quid interſit inter facere cognoſcere ſignificare & repręſentare.

¶ Notãdum, quod facere cognoſcere, contingit quadrupliciter ſ. effectiuè, obiectiuè, formaliter, & inſtrumentaliter. Potentia effectiuè, obiectum facit obiectiuè cognoſcere, formaliter cognitio ipſa, ſeu ſenſatio: inſtrumentaliter voces vel ſcripturę &c.

¶ Significare, ſolum contingit, vel formaliter: vel inſtrumentaliter, (vt dictum eſt.)

Repręſentare tripl'r.

¶ Repręſentare, tripliciter contingit, ſcilicet, obiectiuè, formaliter, & inſtrumentaliter. Ex quo ſequitur, quod licet magiſter proponat diſcipulis obiecta cognoſcibilia, non tamen repræſentat. Quia nec obiectiue neq; formaliter aut inſtrumentaliter.

Argumen.

¶ Contra dicta ſic, hæc propoſitio, a, eſt, b, eſt terminus, & tamen nec eſt ſignificatiuus, nec non ſignificatiuus: ergo, diffinitio mala eſt. Alicui enim conuenit diffinitum, cui non conuenit diffinitio. Probatur maior, nam eſt propoſitio: ergo, & terminus, & tamen non eſt ſignificatiuus: patet, quia vel naturaliter, vel ad placitum. non ad placitum, quia cum ſint ibi tres voces: ſolum vna ad placitũ, & aliæ duæ naturaliter communiter ſignificant ſeipſas: ergo, potius deberet naturaliter. Sed nec naturaliter, ſignificat. Patet, quia ibi eſt vox illa, eſt, quæ ad placitum ſignificat: ergo ipſa tota propoſitio non ſignificat naturaliter.

2. Argu.

¶ Secundo ſic, iſte terminus non ſignificans, eſt terminus: & tamen nec ſignificatiuus, nec non ſignificatiuus. Antecedens patet, quia vere terminus eſt, ſed patet minor. Primo non eſt ſignificatiuus, quia ſi ſic: cum ſignificet quod non ſignificat, vere non ſignificat, & ſic eſt non ſignificatiuus. Neq; eſt non ſignificatiuus, quia ſignificat quod non ſignificat, & ſic eſt: ergo, eſt ſignificatiuus.

3. Argumẽ.

¶ Tertio hęc ſcriptnra leo, ſignificat ſibi ſimiles, & tamen non ex conſuetudine, neq; ad placitum, neq; naturaliter: maior eſt manifeſta, & minor pro duabus partibus, ſed probatur pro tertia: quia illa ſcriptura leo,

non

a formalis impositio est que fit per terminos explicantes eam formalitatem hoc est qn imponit ho nomen Joannes huic puero in baptismate

b consequtiua impositio est q consequitur ad impositionem formalem qualiter hoc nomen maria significat imaginem beate Virginis maria

c consuetudinaria est qua terminus aliquis significat ex quandam similitudinem facta per primaria impositione et sic per similitudinem est obseruandum nota q si nero ut in litera dicitur significat neronem ex impositione formali et in super significat eius imaginem ex impositione consequtiua et significat homines crudeles ex impositione consuetudinaria et oes iste impositiones representant ad placitu hoc nomen nero

non eodē modo profertur à Græco, & barbaro, & Latino: ergo non ſignificat naturaliter vocem.

Solutio. ¶ Ad argumenta, ad primum: conceditur illam propoſitionem eſſe terminum ſignificatiuum, & ad placitū: ſufficit enim ad hoc quod vnus ſolus terminus, (vt eſt.) Ly eſt ſignificat ad placitum: licet alii duo, naturaliter communiter. Nam ſignificatio ad placitum, propria eſt, ob id principalius: ttahit ad ſe minus principale.

a2m ¶ Dicendum eſt, ly nō ſignificans. Eſſe terminum, & ſignificatiuū, quippequi ſignificet. Non ſignificare Et quando infert, non ſignificat: quia ſignificat, quod non ſignificet: nego conſequentiam: quia ibi nō ſignificans capitur materialiter, & non formaliter. Et hoc ſufficit ad hoc quod terminus ſignificatiuus ſit, & de hoc alibi erit ſermo.

ad3m ¶ Dicendum, quòd illa ſcriptura Leo: ſignificat vocem, quia exprimit ipſam, ſicut vox conceptum: & hoc, ad placitum. Ad placitum enim fuit, quod hæc vox homo, illis depingeretur caracteribus, & ſic ſignificaretur. (Sicut dicit Ariſto.) quod ſcripturæ ſunt ſigna eorum: quæ ſunt in voce. (1.Perih.) Et etiā videtur ſignificare ex quadam conſuetudine, velut argumentatiue: quia ad placitum ſic euenit: vt illa exprimeretur per ſcripturam.

CAPITVLVM VIII. DE termino Cathegorematico & & Sincathegorematico.

Tertia diuiſio.

RVrſus terminus diuiditur, in cathegorematicum, & ſincathegorematicum Cathegorematicus ille eſt, qui ſignificat aliquid, vel aliqua, vt homo. Homines &c. Nam homo, ſignificat aliquid: & homines aliqua. Sincathegorema dicitur, vel terminus ſincathegorematicus: qui aliqualiter ſignificat. Vt, omnis, quilibet, et cętera huiuſmodi. Dicitē cathegorematicus, id eſt, prędicatiuus, quia ſi capiatur ſignificatiuè, poteſt eſſe totale extremum. ſ. ſubiectum vel prędicatum. Vt ly homo in iſta homo currit. Sincathegorematicus dictus: quia ſimul prędicatiuus, ꝗa cum non poſsit eſſe totale extremum, coadiuuat tanq̄ modificatiuus extremorum, aut verbi. vt in iſta, omnis homo diſputat, ly omnis.

terminus chategorimaticus est q. potest esse subiectum vel predicatum impositione, terminus sinchategorimaticus est a contrario sensu.

¶ Quidā modernus Sbarroya, addit mixtū terminū: q ex vtroq; cōficitur formal'r, vel eminēter mixt⁹ termin⁹ formaliter, vt omīs homo: eminenter, vt ly currit, ambulat, & hęc aduerbia, poſsibiliter, neceſſario cras, olim. Quia in huiuſmodi, includitur & cathegoreuma, & ſincathegorema. Vt in currit, incluſum eſt, & verbum ſubſtantiuū eſt: & ly currens.

Cathegorema multipliciter.

¶ Solent etiam diuidere, cathegorematicū terminum, in cathegorematicum ſignificatione tantum, officio tantum, & officio & ſignificatione ſimul, Vt hominis, & obliqui obliquetenti, ſignificatione ſunt cathegorematici. Quia aliquid vel aliqua, ſignificant, ſed tamen non officio: quia non poſſunt eſſe totalia extrema. Vt hominis currit, eſſet inepta oratio.

ut obliqui casus sunt termini chategorimatici significatione tantum

¶ Cathegorematicus officio tantum, eſt: qui poteſt exercere officium in propoſitione, ſed tamen non ſignificant aliquid, neq; aliqua, vt eſt, ly eſt de tertio adiacente. Vt, in iſta, homo eſt animal. Cathegorema officio & ſignificatione ſimul eſt, quod, aliquid, vel aliqua ſignificat. Et poteſt eſſe totale extremum: vt homo in hac, homo currit.

chategorimatici termini officium tantum sunt q. habent exercere officium i. munus suum ut sunt verba de 3 adiacente ut patet

¶ Eadem diuiſio, dari poteſt de ſincathegorematico, nam qui eſt officio ſolùm cathegorema ſignificatione, & qui ſignificatione tantum, cathegorematicus, vt hominis: eſt officio ſincathegorema, & ly omnis eſt officio & ſignificatione.

1.Argumē. ¶ Contra hęc eſt argumētum, nullus eſt terminus ſincathegorematicus: ergo, male dictum eſt. Probatur, ſi aliquis, maximè ly omnis: ſed ille nō: ergo, eſt cathegorematicus ergo, non eſt ſincathegorematicus. Patet, ſignificat aliqualiter: ergo, aliqualiter ſignificatur per ly omnis. Ab actiua, ad paſsiuam: eſt bona conſequentia, & ly aliqualiter eſt aliquid: ergo.

Solutio. ¶ R. argumentū nō valere, & ratio eſt: quia

c qd significare aliqualiter est q. cum per se terminus sint chategorematicus aliqd non indicet alteri tn adiunctus facit ut is cui adiungit sic. l. sic accipiat. et legens l. audiens eundem aliter intelligat. ita ut significationem alq augeat l. minuat l. mutet. patet v. g. in hac propositione li homo currit dicit hominem currere absolute, si vero addatur li omnis quies termini chategorimaticus s. omnis homo currit dicit homines currere patet in illa nota qui vocatur cero algorismo, que nullius speci est verum tamen si addatur reliquis notis l. carateribus auget et precium

ibi aliqualiter,in actiua:nō ponitur tanq̃ accuſatiuus,ſed eſt tanq̃ modus verbi, explicans modum ſignificandi.Ob id non tenet ab actiua,ad paſsiuam,in iſto loco: teneret tamen,ſi vis verbi in accuſatiuum tranſiret ſic:ego amo Deū ergo Deus amatur à me.

Quando teneat arg. ab actiua ad paſsiuam.

¶Hic ſolent adducere aliam diuiſionem.ſ. cathegorematici termini,dicentes quendā eſſe collectiuum. Vt populus, alium diuiſiuum:vt homo,ſed hæc ad grammaticos.

QVARTA DIVISIO termini.

TErminus: duplex, materialiter acceptus, & formaliter. Materialiter eſt acceptus, quā ſolum pro ſe ipſo. Vt in hac, homo,eſt nomen. Homo, eſt dictio. Formaliter contingit, quando pro re ad extra capitur:vt,homo eſt animal. Ibi non poteſt capi pro dictione,quia dictio nō eſt animal:ſed oportet capiatur ſignificatiuę &c.

QVINTA DIVISIO termini.

TErminus cathegorematicus, diuiditur in finitum,& in infinitum. Finitus ille eſt,ſupra quē nulla fertur negatio. Vt homo,animal,&c. Infinitus, ſupra quem negatio fertur.

nō

non

Vt homo,ita q̃ infinitus terminus eſt, aggregatum ex termino finito:& negatione infinitanter tenta

Triplex negatio.

apto nato

¶Triplex eſt negatio, priuans, infinitans, & negans. Priuans illa eſt,quę dicit negationē,cum quadam tamen aptitudine in ſubiecto. Vt,cęcus: dicit viſus priuationem, ſed oportet ſit in ſubiecto apto nato. Nam lapis non dicitur cęcus, quia non habet aptitudinem ad videndum.

¶Negatio infinitans,illa eſt:quę non negat copulam,ſed ſolum terminum ſupra quem immediate cadit. Et efficitur pars extremi, vt,non homo currit. Si ly non capitur infinitanter:ſolum negat illum terminum mediatum,& efficitur tunc pars ſubiecti. Hoc totum eſt ſubiectum, non homo. Negatio negans eſt,quę copulam negat,& non efficitur pars extremi. Vt ly non in hac,non homo currit ibi ly non,negat copulam. Et eſt ſenſus: quòd nullus currat. Negat, curſum conuenire homini,& non efficitur pars ſubiecti. Non enim eſt ſubiectum totum illud non homo:ſed ſolum ly homo.

Negatio nominalis nunq̃ infinitat.

¶Eſt hic conſiderandum, ꝙ negatio nominalis,ſicut nullus,ſemper eſt negans:& nunq̃ capitur Infinitanter. Vt, nullus homo eſt animal,ſed aduerbialis vt ly nō: aliquādo capitur neganter,aliquando infinitanter. Sed quando cognoſcemus eam capi neganter, Et quando infinitanter, non poteſt de hoc dari regula:ſed certū eſt,magnam eſſe differentiam:cum cōtingat propoſitionem in qua ly non capitur infinitanter eſſe veram: & eandem eſſe falſam ſi capiatur neganter. Hæc, non Deus eſt ens, ſi neganter:falſa. Quia facit ſenſum, nullus Deus, eſt ens. Si tamen capiatur,infinitanter,vera,nō Deus eſt ens.i.aliquod quod non eſt Deus,eſt ens: vel omne quod non eſt Deus, eſt ens: & eſt vera. Quomodo contingat negationem afficere terminos poſt ſe ſequentes, & an ſolum habeant vim, in eadem propoſitione cathegorica,& non in ſequenti. Dicemus poſtea,quando de materia propoſitionum erit ſermo.

¶Etiam conſiderandum, terminum infinitum de qualibet re mūdi verificari, alia: ab illa,quę negatur. Ob id infinitum dicitur, quaſi non limitatum. Vt non homo,de lapide:lapis,eſt non homo.

SEQVITVR SEXTA DIuiſio termini.

TErminorum: alius vniuocus, alius æquiuocus. Vniuocus terminus ille eſt,qui vnius ſignificationis dicitur. Vt homo,vel ſic: eſt terminus, omnia ſua ſignificata eadē ratione ſignificans. Vt, ly homo. Omnia ſua ſignificata:vnica diffinitione ſignificat. Nā in hac animal rationale,quę eſt hominis diffinitio: omnes homines ſignificātur, & ſub eadem ratione. 6

¶Aequiuocus vero ille eſt: qui ſua ſignificata,diuerſis rationibus ſignificat. Vt, canis,ſignificat & marinū,& domeſticum,& cęleſtem:verū iſta plura,nō eadem ratione: Nam

qd sit significare sua significata unica eadem ratione nihil aliud est quam respondere interroganti apte et apposite. hoc est ad propositum ut si queratur cur petrus est homo respondetur apte qz est animal rationabile, et si de reliquis hominibus ~~quib signif~~

sed significare sua significata diuersis rationibus opposito modo se habet, qt in quibus nullam rationem comunem [illegible] nomem equiuocum asignare potest. ~~[illegible]~~ si queratur cur canis dicitur de cane latrabile et de pisce et de sidere celesti, respondemus per diversas rationes canis et piscis et sideris celestis, et cur [illegible]

Nam alia eſt diffinitio canis domeſtici, cũ ſit, animal domeſticum latrabile: & hęc diffinitio non eſt ſideris celeſtis. Etiam ly homo, quãdo ſignificat hominem viuum, & pictum: ſolet dici ęquiuocus, ſeu alio vocabulo: Analogus: quia non eodem modo, neque ęqualiter ſua importat ſignificata. Nã principaliter hominem viuum, minus principaliter, & per analogiam, hominẽ pictum.

notabile

Modus loqndi dialecticorum.

¶ Oportet conſiderare iſta vocabula, vniuocum, ęquiuocum, equiuocata, vniuocata: nam res ipſe ſignificatæ per terminum equiuocum, equiuocata dicuntur. Vt canis latrabilis, & ſidus celeſte. Vniuocata ſunt ſignificata termini vniuoci: vt, Petrus, Iohanes. &c. Vniuocum eſt terminus, vniuocus: ęquiuocum, terminus ęquiuocus.

¶ Equiuocorum quodam a caſu, aliud a cõſilio, ille terminus qui ſua ſignificata, ęque principaliter ſignificat. a caſu vocatur. Vt, ly canis, ſignificans latrabilem ſubſtãtiam, marinam, & celeſtem. Nam, ęque principaliter, omnia illa: & non magis vnum quam aliud. Sed tamen ęquiuocus a conſilio, qui & analogus, ille eſt: qui ſua ſignificata non ęque principaliter importat, ſed proportione quadam, ſeu attributione. Vt homo, quũ hominem viuum, & pictum ſignificat. Et ſanum, quod dicitur & de animali, & de medicina, & de vrina. Et tamen per Analogiã quandam, & non ęque principaliter de omnibus: & ly ridẽs, vt hominem ſignificat, & pratum virentem floribus.

¶ Cum enim ſit verum, quod vniuocus terminus plura vna ratione: & ęquiuocus plura diuerſis rationibus, inter hęc duo extrema, medium ponitur: ſcilicet equiuocus a conſilio, ſeu Analogus. Vt, ſcilicet & videatur ſignificare diuerſa non ęque primo, ſed per ſimilitudinem quandam, ſeu Analogiã. Et ſic Analogię gradus: quidam accedunt ad vniuocationem, alij ad equiuocationem

De gradibus analogorũ.

¶ Primus gradus, quum vnum nomen eadem ratione vnum ſignificat, que tamẽ ratio: diuerſos continet ſpecificos gradus. Vt quodlibet genus, ſuas continens ſpecies: q̃ eſt per q̃ndã Analogiã inęq̃litatis, de qua (Ariſto. 10. metha.) in genere: latent equiuocatiões. Licet ſecundũ dialecticũ pura ſit vniuocatio. cũ ſit omniũ ſpecierũ eadẽ ratio, in q̃ntum ſub eodẽ genere continetur.

10. Metha.

¶ Secundus gradus, ille eſt quũ de materiali plura ſignificat nomẽ, ſed per diuerſas atributiones, ad eandem formam, principiũ vel ſubiectum. Vt ſanum ad eãdem formã: vt ſanum de vrina, medicina, & animali. Ad idem principiũ: vt militari, de equo, veſte, & enſe, ad idem ſubiectum: ens de ſubſtãtia, & accidẽte Nam licet verum eſt, quod qualitas ſeu accidens, ſit ens: tamẽ eſt de ratione eius, eſſe in ſubſtantia, ſeu in ſubiecto Ob id principaliter dicitur de ſubſtantia.

¶ Tertius gradus, eſt ad ęquiuocationẽ accedẽs: quũ nomẽ vnum, plures formas, ſed ſimiles pluribus rationibus, ſed ſimilibus: ſignificat Vt, ridere, de homine, & prato virente. Ridere enim in homine aliam formã & aliam rationẽ importat quam florere in prato: ſed tamẽ eſt ſimilitudo quedam. 3.

¶ Quando loquimur in termino ęquiuoco, & vniuoco, quod ſignificat eadẽ ratiõe, vel alia ratione: ibi per rationẽ intellige, vel formam ſignificatam: vel conceptũ formalem vel rei diffinitionẽ. Secundũ talẽ conceptũ & ad omni modam vniuocationem: requiſita eſt omnimoda identitas. Et ad omnimodã ęquocationẽ omni moda diuerſitas.

Quid requiratur ad equocationẽ et ad vniuocationẽ qd

¶ Habes etiam, vniuocũ eſſe ęquiuocum a conſilio, vt homo: cum ſit terminus vniuocus, repreſentans eadem ratione, atq; ſignificans oẽs homines: & eſt equocus a cõſilio ſignificãdo hominẽ pictũ. Equiuocus a caſu nõ poteſt eſſe vniuocus, vt ly Petrus, ſignificãs multos: qui hoc nomine vocantur.

¶ Equiuocus a caſu eo dictus, qa nõ ex intẽtione primi impoſitoris fuit, quod canis imponerentur, ad ſignificandũ domeſticum: et marinum, ſed factum eſt, a caſu: propter vocabulorum penuriam.

¶ Equocus a cõſilio, eo dictus: qa ex cõſilio & volũtate primi impoſitoris fuit: vt homo primo hõies viuos, impoſitiõe formali ſignificaret: deinde hõies pictos, ex cõſeq̃nti.

¶ Magiſter [redacted] Soto, in ſuis ſumulis. cap̃. 7. lec. 1. putat iſtũ terminũ canis, nõ eſſe ęquocũ a caſu, ſed vniuocũ: ſaltin, in ſignificãdo domeſticũ, & ſidus. Quia fabula eſt poetarũ, canẽ quedã in ſtellã canẽ trãsformatũ Hoc nomẽ, ſecũdũ ꝙ ſignificat illũ canẽ: accipitur ꝓ ſidere, ſed tñ cõis modus loq̃ndi, habet oppoſitũ in vſu, vt dicat eſſe ęquocũ proprie a caſu: & nullomodo eſſe vniuocũ.

Opoſitio ɖ cane an ſit equiuocus.

 ¶ Quia

Regulę Analogorũ.

¶Quia de analogis eſt ſermo, dantur duæ regulæ, quæ ſolent ab aliis in materia ſuppoſitionum apponi.

¶Prima, Analogum per ſe ſumptum, ſtat pro famoſiori ſuo ſignificato. Vt, ly homo in hac: homo eſt animal, ſtat pro homine viuo vero: & non pro picto.

¶Secunda, Talia ſunt ſubiecta: qualia permituntur ab eorum prædicatis. Nam ſi analogum ponatur à parte ſubiecti, & à parte prædicati reſtringatur, à membro minus principali: ſtabit ſecundum exigentiam talis membri. Vt in hac homo eſt pictus: ly homo, non pro viuo: ſed pro picto ſtat, ratione illius prædicati, pictus.

1. Argumẽ.

¶Contra deffinitionem termini vniuoci ſic, hoc copulatum Petrus & Paulus: eſt terminus vniuocus, & tamẽ ſignificat mediantibus diuerſis conceptibus, quia mediante conceptu Petri, & conceptu Pauli.

Solutio.

¶Ad hoc argumentum communiter eſt ſolutio, illud copulatum eſſe terminum vniuocum: & quum arguis, ſed ſignificat ſua ſignificata, mediantibus diuerſis conceptibus: concedo, ſed non totalibus, & ſi nonomis, ſed. Sunt illi duo conceptus, partiales, licet diuerſi vnum faciunt. Vel (vt dicit magiſter ſoto) licet illi ſint diuerſi conceptus, & etiam totales in illo copulato: tamen faciunt vnũ, & ob id eſt terminus vniuocus.

2. Argu.

¶Secundo. Sic ille terminus homo, eſt vniuocus: & tamen ſignificat mediantibus diuerſis conceptibus, quia mihi mediante vno, & tibi mediante alio: ergo.

Solutio.

Reſpondetur, negando illos eſſe diuerſos conceptus: quamuis enim ſint in diuerſis hominibus, & conſequenter in diuerſis ſubiectis: non dicuntur eſſe conceptus diuerſi in præſentiarum, quia idem eſt cõceptus formatus à me & ab alio quocunq; in ſignificatione de ly homo: qui vnica ratione homines ſignificat.

Dubium.

¶Hic ſolet quæri à Neotericis, vtrũ in mente vltimata, poſsit eſſe æquiuocatio? Quod eſt dicere, vtrum? eomodo quo datur in voce, vel ſcripto, quod canis ſit ęquiuocus terminus. Detur etiam in mente vnus conceptus, qui plura ęque primo ſignificet diſtincta.

Non datur æquiuocatio in mẽte

¶Ad hoc reſpõdetur, nullo modo dari poſſe æquiuocationem, in mente vltimata. Patet ſic, quæcunq; ſunt ſimilia vni tercio, & inter ſe erunt: ſed res ſignificatę per vnum cõceptum vltimatũ, ſunt etiã eidem conceptui ſimiles: ergo & erunt inter ſe. Et ſic non poſſunt per vnum conceptum ſignificari: vel ſignificantur ſub aliqua ratione qua conueniunt. Et ſic non poteſt eſſe, quòd diuerſa ~~diuerſis conceptibus~~ uno conceptu ſignificent.

Quæcunq; ſunt ſimilia vni. 3. ſunt ſimilia inter ſe.

CAPITVLVM VNDECImum de ſeptima diuiſione termini.

TErminus ſignificatiuus, adhuc diuiditur: in communem & ſingularem, ſeu diſcretum. Communis ille eſt, qui plura diuiſim ſignificat: vel (vt alii dicunt) qui de pluribus verificatur, vniuoce, & diuiſim. Vt homo, plura ſignificat diuiſim: quia Petrum, Paulum, Ioannem, &c. Et animal de pluribus verificatur, puta: de homine, leone, equo, vniuoce, quia vnico conceptu, eademq; ratione. Et diuiſim, quia Ioãnes eſt homo, & Petrus eſt homo.

¶Singularis. Ille eſt, qui tantum de vno dicitur: vt Petrus, Paulus &c. non de pluribus vniuoce & diuiſim: ob quod ly Petrus, non eſt terminus communis, quia licet prędicetur de pluribus, qui vocantur hoc nomine non tamen vniuoce & diuiſim, ſed ęquiuoce. Quia non eadem ratione, iſte Petrus eſt & ille: ſed diuerſis rationibus omnino.

Indiuidua equoce de pluribus ꝑdicãtur.

¶Solent hic moderni, diſtinguere terminum communem, dicẽtes alterum eſſe terminum communem in ſignificando: alterum terminum communem, in ſupponendo. In ſignificando, vt homo. In ſupponendo ille eſt, cui ex vi ſuæ ſignificationis, non repugnat ſupponere pro pluribus diuiſim vt ly Deus, ly ſol, & ly mundus. Veruntamen non eſt neceſſarium, talem ponere diuiſionem: quia etiam communis terminus abſolute dicetur, quia iſtis terminis virtute ſuæ ſignificationis non repugnat: ſi eſſent plures ſoles, vel plures mundi: ſupponere pro illis: quia ille terminus ſol, quum fuit impoſitus: non fuit ad ſignificandum illum ſolem ſingularem, ſed ſolem abſolute

Nõ eſt ſingulare in ſupponendo.

¶Terminus ſingularis duplex eſt, ſcilicet, ſingulare vagum: & ſingulare determinatum

tum. Determinatum dicitur, quod Grammatici nomen proprium: & Logici indiuiduum. Vt ly Ioannes, ly Petrus. Vagum, eſt nomen cõmune, cum pronomine demonſtratiuo. Vt iſte homo, hic leo &c. De iſtis in libris prędicabilium. vbi de ſpecie, & genere, & indiuiduo: fiet ſpecialis ſermo.

Argumen.

¶Contra diffinitionem termini communis, in gratiam exercitii: fiat argumentum propoſitum ab Enzinas in ſuis terminis. Hic terminus Alphonſus, ſignificat plura, & tñ eſt terminus ſingularis: ergo mala eſt diffinitio. Probatur antecedens pro maiori, nam ſignificat Alfonſum qui fuit puer, & Alfonſum qui modo eſt, &c. Et iſta ſunt plura: patet, quia non eſt idem Alfonſus puer, & Alfonſus iuuenis, nam alias habet partes iam ſenex, quas de nouo accquiſiuit: & perdidit alias, quas habebat quando iuuenis.

Idem dicitur tripliciter.

¶Pro ſolutione argumẽti, ſolent diſtinguere, aliquid alicui dicitur eſſe idem tripliciter. Primo modo, quãdo quicquid habet, & habebit: habuit. Itaq; nihil accquiſiuit, nec deperdidit. Et ſic Gabriel Archangelus, idem qui fuit, eſt, & erit. Secundo modo dicitur eſſe idem, quãdo pars principalis manet inuariata, & reliquæ quę variantur: in ſimili ſitu & figura ſuccedũt. Et hoc modo, Alfonſus iuuenis, eſt idem qui puer: quia principalis pars, ſcilicet, anima: inuariata manet, & alię quæ perduntur, & acquiruntur: in eodem ſitu & figura ſuccedunt. Tertio modo eſt, quãdo partes ſuccedunt in ſimili ſitu & figura: quanuis nõ maneat aliqua pars, quæ prius erat. Et ſic idem eſt fluuius &c.

Solutio.

¶Ad argumentum, nego quod dicatur de pluribus, qui nullo modo identitatis ſunt idem. Nam licet verum ſit, quod verificetur de Alfonſo puero, & eo iuuene: tñ ſunt idem ſecundo modo identitatis. Ob id eſt terminus ſingularis, & non communis. Sed hęc ſolutio, non ſatisfacit Ferdinando Enzinas: & dat aliam.

2. Solutio.

Concedendo, q̃ Alfonſus qui fuit puer: non eſt idem qui & ſenex, & ſic verificatur Alfonſus de pluribus, ſed hoc non ſufficit ad terminum communem quia hæc ſignificat mediãte, pluribus conceptibus. Et ad hoc quod eſſet terminus cõmunis, eſt requiſitũ: quod illa plura mediãte, vno conceptu ſignificaret. Alius enim eſt conceptus Alfonſi pueri, & alius ipſius iuuenis &c. Neq; ex hoc inferas, ait ipſe, hanc negandam: Alfonſus fuit baptizatus, quia hęc eſt vera, ad hunc ſenſum: Alfonſus ſucceſsit illi, q baptizabatur. Hęc tamẽ ſunt nullius momenti: nec adducerem niſi coactus, deſeruiens opinioni pluſquam rationi.

CAPIT. DVODECImum de diuiſione termini.

Res ens aliqd ſunt abſoluti.

TErminorum, quidam tranſcendens: quidã non tranſcendens. Ille dicitur trãſcẽdens, qui de qualibet re mundi, poteſt verificari. Et iſti ſunt 6 intellecti per hanc dictionem reu bau, ſcilicet, res, verum, bonũ, ens, vnum, aliqd, tres ſunt abſoluti termini: alij tres, ſunt conotatiui. Tranſcendentia dicta ſunt, hæc 6: quia tranſcendunt limites aliorum terminorum. Nam cum alii termini, de aliqua, vel aliquibus rebus mundi, verificentur. iſti 6 termini, de qualibet re mundi. Nam quacunq; data, eſt de ea verum dicere, quod eſt ens, & res, & aliquid, & bona entitatiue, & vera, & vna, &c. Bonum enim connotat, quod ſit voluntatis actratiuuum, verum quod immutare poſsit intellectum, vnum quod in ſe indiuiſum, & diuiſum a quolibet alio.

Male dicitur chymeram de materiali pro quolibet ſupponere

¶Non tranſcẽdentes termini vocãtur, omnes alii ab iſtis 6, neq; hic eſt opus diſtinctionem adducere, termini tranſcendentis in ſignificando, & ſupponendo & tranſcendentis in ſignificando tantum. Putantes q̃ ly chymera, omne ens de materiali ſignificat: pro quo non poteſt ſupponere. Sed cũ cum ly chymera, vera entia non ſignificet: non eſt opus id dicere.

¶Etiã ponuntur aliqui termini, ſupra tranſcendentes, qui non ſolũm pro veris vt 6, trancendentia numerata: ſed etiã pro imaginabilibus, & poſsibilibus ſupponunt: vt, ly poſsibile, & ly intelligibile.

¶Tranſcendentia incomplexa, ſolum aſsignantur 6 propoſita: ſed tamen complexa ſunt innumera alia. Nam omne diſiunctũ ex terminis cõtradictoriis, vt eſt vel nõ eſt, Petrus vel non Petrus: album vel non albũ, homo vel non homo: &c. Omnia iſta complexa,

plexa,de qualibet re mundi poſſunt verificari. Qua ratione,conſequenter & de termino complexo,& incomplexo: diſerendum erit. Quia non ſolum hic, ſed etiam in ſupra dictis,mentio facta eſt. Ob id ſequitur.

CAPIT. XIII. de nona diuiſione termini.

TErminorum ſignificatiuorum: &c quidam incomplexus,alius complexus. Incomplexus, vt homo:complexus,vt homo albus,homo eſt animal &c

¶ Terminus complexus ille eſt, qui plures habet partes ſignificantes, iuxta ſignificationem totius,vt Petrus & Paulus,homo eſt animal,homo albus,hominis equus.

¶ Incomplexus eſt,qui nō habet plures partes ſignificantes iuxta ſignificationem totius. Vt Petrus album,nigrum, &c.

Quid ſit ſignificare iuxta ſignificationem totius.

¶ Terminum habere plus partes ſignifican tes,iuxta ſignificationem totius: eſt, quod eius ſignificatio, conſtat ex partium ſignificatione. Vt hic,homo albus. Significatio totius,ex partium ſignificatione conſtat. Nā quia ly homo,homines: & ly album, alba: hinc,homo albus:hominem album ſignificat. Quod quis poterit cognoſcere, ſi depoſita vna parte,a ſua ſignificatione,totū deſinat ſignificare: tunc conſtat, ſignificationē dependere à ſignificatione partium. Vt ſi ly homo,nō ſignificaret hominem album.

¶ Complexorum, quodā eſt complexum diſtans:aliud indiſtans. Diſtans eſt,quando partes principales cōiunguntur aliqua coniunctione. Vt hic,Ioannes & Paulus Dixi principales, quia hoc complexum. Petrus amans Deum,& proximum eſt complexū complexione indiſtanti, & non diſtanti. Indiſtans eſt,vt homo albus, animal homo &c. Solet ab aliqui: us, terminus complexus ſic diffiniri. Eſt,qui habet plures partes ſe habentes,ſicut determinatiō,& determinabile:vel ſicut coniunctio,& coniungibile &c.

¶ Exemplum primi,vt homo albus: hominis equus,& exemplum ſecundi,Petrus, & Ioannes.

Argumen. ¶ Sed contra prædicta ſic: eſt aliquis terminus incomplexus,& tamē habet plures partes ſignificantes, vt dominus: [redacted], vox complexa eſt:& tamē partes habet,ſcilicet, do & minus ſignificantes &c.

Solutio. Reſpondetur, id nō eſſe iuxta ſignificationem totius. Non enim ex ſignificationibus partium,reſultat totius ſignificatio.

Replicatur. Sed ſi quis inſtet, ly pater familias,& equiferus, armiger &c. ſunt termini incomplexi, & tamen plures habēt partes (vt conſtat) & ſignificantes iuxta totius ſignificationem, ſic. Vt totius ſignificatio,ex partiū ſignificatione videatur originem trahere. Solutio eſt,terminos propoſitos compoſitæ figuræ: eſſe incomplexos. Vt tradit Ariſtoti. 1. Periherme. Et ratio quia non ſignificant illæ partes, iuxta totius ſignificationem:nam licet pater, nō ſignificet patrē:neq; familia,familiam: hoc totū pater familias,gubernatorem domus ſignificat. (1. Perih.)

2. Argu. ¶ Si aliquis argumentetur ſic,ly.a.imponatur ad ſignificandum,ſicut ly homo albus: tunc eſſet terminus complexus apud Logicos,quia tantum valet, quantum illud complexum:& tamen non habet plures partes, &c.

Solutio. Diſtinguendum eſt, vel formaliter:& ſic concedendum. Vel virtualiter: & ſic negandum. Et quia ad terminum cōplexum, ſufficit quod habeat plures partes, ſiue formaliter,ſiue virtualiter,& ibi habet virtualiter plures:ſufficit.

3. Argumē. ¶ Etiam argumentum poſſet fieri ſic:hęc,b eſt b,eſt terminus complexus, & tamē non habet plures partes ſignificantes,&c. Nam b,&,b,non ſignificant, Non enim ſunt nomina literarum,ſcilicet,hęc,b,eſt,b. Ad hoc reſpondetur,eſſe propoſitionem & terminum complexum,& habet plures partes ſignificantes, licet non formaliter: virtualiter tamen. Nam illa ſubordinatur, naturalibus ſimilitudinibus illarum literarum: & actui verbali,& hoc ſufficit.

CAPITVLVM DECIMUM quartum de diuiſione decima termini.

Terminus

TErminus rurſus diuiditur, in abſolutum: et cõnotatiuum. Cõnotatiuus ille eſt, qui vltra ſuum materiale ſignificatum: aliquid aliud importat. Vel (vt alij dicunt) aliud adiacere, vel nõ adiacere ſignificat. Vt album, vltra hoc quod dicit corpus: importat albedinem ad iacere corpori.

¶ Abſolutus eſt, q̃ præter ſuum materiale: nil aliud importat. Vt homo, leo, & ſimilia.

¶ Hic nota, ſolum terminum cathegorematicum dici abſolotum vel cõnatatium: nam ſin cathegorematicus, minime ſic vocatur. Niſi forſam conceptus nõ vltimatus, de ly omnes, quo ſe repreſentat obiectiue: adeq̃te: dicatur terminus abſolutus, & quo ſe, & ſua ſimilia: cõnotatiuus.

Quid importet connotatiuum

¶ Notandum, in cõnotatiuo termino duo de notari: alterum velut id quod adiacet alteri, & hoc formale dicitur. Alterum, velut cui aliquid adiacet: & hoc materiale. Vt in albo hic deſignatur aliquid cui adiacet albedo: & illud materiale. Et id, quod adiacet illi: quod formale eſt. Interdum de formali non ſignificant aliquam rem adiacere, ſed aliqualem modum ſe habendi. Vt ſedens, vigilans, dormiens, & huius modi.

Regule cõnotatiuorũ

¶ Solent due regule poni, quibus cognoſci debeat terminus cõnotatiuus. Prima: quando modus ſignificandi termini exponitur per ly habens, aut quodam modo ſe habẽs: vt album, & ſedens. Secunda, quãdo terminus re eadem manẽte, poteſt ſupponere, & non ſupponere pro illa. Vt cẽnãs eſt terminus cõnotatiuus, vltra enim ipſum qui cenat, & comeſtionem, & tempus ſerotinum importat. Et poſſet eadem remanẽte, ideſt ſubiecto, & tẽpore: non ſupponre pro illo. Vt ſi non cẽnaret talis.

¶ Terminorũ cõnotatiuorum: quidam cõnotat eſſentialiter, alius accidẽtaliter. Eſſentialiter quum partem eſſentialem, ſuo materiali adiacere denotat. Vt ly rationale: & ly ſpirituale. Accidentaliter: vt ly album, ly vigilans. Et accidẽtaliter, dupliciter poteſt cõnotare: & intrinſice, vt accidẽs propriũ; vt riſibile extrinſice, quum accidens eſt commune vt album.

¶ Rurſus cõnotatiuorum: alius poſitiuus, alius negatiuus, alius priuatiuus. Poſitiuus, qui ponit. Vt ly videns, ly illuminatum. Negatiuus: vt, non videns, non illuminatũ. Priuatiuus: q careat iam formę, in ſubiecto apto nato importat, Vt tenebroſum, cecus.

¶ Quare dicatur in termino cõnotatiuo, ſignificatum materiale, ſecundum nominales quod principale: & aliud formale. Quia pro materiali ſignificato huius modi termini poſſunt ſupponere: & non pro formali. Nam hęc eſt impoſibilis, hoc: poreſt eſſe album, demoſtrata albedine: & tamen ſubiecto demoſtrato, eſt vera.

¶ Contra dicta, ly album eſt terminus cõnotatiuus (Vt dictum eſt) & tamen non ſignificat materiale, & formale ergo mala diffinitio patet minor autore Ariſtot. in predicamentis dicentis: album ſolum qualitatem ſignificat ſcilicet quod & ſancto Tho. in. 3. confirmat dicens, nomem adiectiuũ ſolam formam ſignificat. 1. Argumẽ. 1. Prædi. Sen. dis. 3.

¶ Secundo ſic, chimera eſt terminus cõnotatiuus, & tamẽ nichil ſignificat ergo. quod ſit cõnotatiuus, eſt certum. Minor patet, quia chimera ſignificat chimeram, & chimera nichil eſt ergo. 2 Argumẽtum.

¶ Ad primum, oportet conſiderare, terminum cõnotatiuum dupliciter poſſe cõſiderari aut ſubſtantiue, vel adiectiue. Cum ſubſtantiue, tunc materiale, & formale dicit. Vt ly album, importat albedinem concernendo ſubiectum: vnde videtur habitudo inter accidens & ſubiectum, importari in illo termino. Et ſi tamen adiectiue ſumatur vt in iſta homo albus: ly albus, ſolum dicit albedinem, in ordine ad Petrum: nihil de materiali cõnotando: ad ſenſum gramaticorum, qui dicunt: adiectiuum adiectiue tẽtum, ſignificat aliquod accidens adiacere ſubſtantiuo. Et ſic, in iſto ſenſu eſſet verum dictum Ariſto. & quum nos diximus, ly album eſſe terminum conotatiuum, & importare materiale, & formale: loquuti ſumus, de eo ſubſtantiue ſumpto. 1. Solutio.

¶ Verum conſiderandum, (vt notat magiſter Dominicus de Soto) Ariſto, in loco citato (ſecundum tranſlationem Argiropili) dicere: album ſolum quale ſignificat. Et nõ dicit, (vt alij allegãt) ſolũ qualitatẽ ſignificat. Et ſic in Grȩco, ſolũ eſt piõ ſignificat, ideſt quale. & nõ Piotita: quod eſt qualitas. Cõſiderae.

Et ſic

Et ſicargumentum non probat.

Solutio.

¶ Ad ſecundum, dicendum quod, eo quod chimera ſit mons in Lycia, qui in vertice abundat leonibus, & in pede ſerpentibus, & in medio caprarum paſcuis: fingunt poete (Vt Ouidius refert) mõſtrum quodam, ex capite leonis, cauda ſerpentis, et dorſo capre: que eſt chimere diffinitio. Et Dialectici vtuntur eo, ac ſi eſſet nomen cõnotatiuũ: vt de materiali importet monſtrum: connotando membra ſint taliter diſpoſita. (Que tamen compoſitio poſſibilis non eſt). Verũ quidam neotericus Sbaroya, in ſuis paruis Logicalibus in. 2. parte. queſ. 1. Credit ly chimerã, eſſe terminum abſolutum: & non connotatiuum Et ſic, dicit eſſe terminum abſolutum: ſignificantẽ ex equo totum hoc, ens compoſitũ ex his: que nõ poſſunt cõponi.

Fictio poætarum de Chimera.

Ad formã

¶ Ad formam argumenti reſpondetur, concedendo maiorem, & negando minorẽ & adprobationem, negatur conſequentia: nam arguitur, a non amplo, ad amplum negatiue. Sic dicẽdo chimera chimeram ſignificat, & chimera nichil eſt: ergo nihil ſignificat. Nam ly ens, in cluſum in ly chimera. ratione de ly ſignificat, ampliat ad imaginabilia. Ob id non concludit argumentũ, nam aliquid ſignificat ſcilicet ens imaginabile, ad ſenſum ſupra dictum.

CAPITV. XV.

ſequitur. 11. diuiſio.

TErminorum: quidam inmediatus, alius mediatus. Mediatus ille, cuius cauſa, propoſitio in qua ponitur, per alia vel alias: probanda eſt, vel improbanda. Vt ſunt omnes termini cõmunes, & ſingulares: rem partibilẽ ſignificantes. Vt homo, gratia cuius hec ꝓpoſitio homo eſt animal: venit probanda ꝑ has ſingulares Hic homo eſt animal, vel hic homo eſt animal. &c. Exemplum ſecundi, vt ly Petrus, in iſta. Petrus eſt plura entia, nam probatur per alias, ſic arguendo. Iſte binarius, (demoſtrata anima & corpore) ſunt plura entia, & iſte binarius eſt Petrus: ergo Petrus eſt plura entia.

¶ Inmediatus terminus eſt, cuius gratia: ꝓpoſitio. Non venit probanda per alias. Vt ſunt termini ſingulares, rem impartibilem ſignificantes: vt Michael, & Gabriel.

¶ Terminorum mediatorum: quidam dicuntur officiabiles, alij reſolubiles, alij exponibiles.

¶ Officialis ille eſt, cuius cauſa, propoſitio in qua ponitur: efficitur modalis compoſita. Vt ſunt, verum, falſum, poſſibile, impoſſibile, contingens, neceſſarium. Modalis cõpoſita, in propoſito dicitur: propoſitio in q̃ aliquot iſtorum modorum, eſt predicatum vel ſubiectum: & aliud extremum, eſt agregatum ex infinitiuo, cum ſuppoſito. Vt Socratem currere, eſt contingens.

¶ Terminus reſolubilis eſt, qui in duos vel plures partibilis eſt terminos vt homo Qui in iſtos, iſte homo, & iſte homo.

¶ Terminus exponibilis eſt, virtutem ſin Cathegorematici habens, cuius gratia propoſitio in qua ponitur· per alias exponẽtes probanda eſt. Vt ſunt iſti, tantum, quãtum, præter, differt, incipit, deſinit. Sicut in hac: tantum homo eſt animal rationale: exponitur per has, homo eſt animal rationale: & nichil non homo, eſt rationale, &c. De quo inferius.

CAPITVLVM XVI.

12. Diuiſio.

RVrſus diuiditur terminus, in terminũ primæ intẽtionis: et ſecunde intentionis Primæ intentionis ille eſt: qui ſignificat aliquam rẽ, non ſecundum proprietatem Gramaticam, Logicã vel Rethoricam. Vt Iohanes, quando ſignificat Iohanem. & homo homines, vel ſic, eſt terminus, ſignificans aliquid ſecundũ quod in ſe habet.

¶ Terminus ſecundę intentionis eſt, ſignificans cum aliqua proprietate, Gramatica, Logica, vel Rethorica. Vel alijs verbis: eſt terminus, ſignificans aliquid, ſecundũ quod mentis intentioni ſubiicitur. Vt homo, q̃ ſpeciem hominis ſignificat. Interiectio, coniũctio, diffinitio, diuiſio, propoſitio, ſpecies genus, diſpoſitio, inuentio, eloqutio. Iſta

vocabula

vocabula ſic dicta: ſunt ſecũdę intentionis,
ſeu ſecundę impoſitionis. Secundę inten-
tionis, tanꝗ̃ ſecunda intellectus attentio: vt
ſit prima attentio, eius primum ſignificatũ.
Vt homo quũ Petrum, vel Iohanem: & ſit
ſecunda atentio, quũ propter ſcientiam dia
lecticam tradendam: ille idem terminus fa-
bricatus eſt, (vt ſic loquar) ab intellectu: vt
ſtet pro ſpecie humana. Tanꝗ̃ ſecundæ in-
tentionis dicatur terminus, qui eſt conſtitu
tus, ex ſecunda intellectus attentione.

Nota. ¶ Hic notat (& bene) magiſter Soto: ſecun
de intentionis terminos, non eo dici: quia
præſupponãt primã intentionem, ſed dicta
eſt ſecunda intentio: quia eſt proprietas rei
habens eſſe ex ſolo ordine ad intellectum.
Et prima intentio, eſt proprietas cõueniens
rei: ſine tali ordine. Licet Ethimologia data
ſit, quod ſecunda intentio dicatur tanꝗ̃ ſe-
cunda intellectus attẽtio: non tamen ſemp
eſt requiſitum, quod ſecunda pręſupponat
primam.

1. Argumẽ. ¶ Contra diffinitionem termini ſecundę in
tentionis ſic: hoc complexum terminus pri
me intentionis, ſignificat aliquid, vt ſubici-
tur intellectus intentioni, et tamen nõ eſt
terminus ſecũde intentionis, quod patet, qa
eſt terminus primæ intentionis: ergo non
eſt ſecunde intentionis.

¶ Ad hoc, concedo maiorem, & nego mi-
norem. Et ad probationem. ſ eſt terminus
primæ intentionis, quia terminus primæ in
tentionis eſt terminus primæ intentionis:
diſtinguendum enim erit, nam vel ambo
extrema capiuntur materialiter, vel perſo-
naliter: ſi perſonaliter, cõcedo. Et ſic eſt bo-
na cõſeq̃ntia, & nichil ad intentionem argu
menti. Si ambo materialiter, tunc antece-
dẽs conceditur: & negatur cõſeq̃ntia. Quia
in conſequenti, ſubiectum capitur materia-
liter: & predicatum perſonaliter, quũ dicis:
ergo terminus primæ intentionis, non eſt
terminus ſecunde intentionis. Vel indicto
antecedente, dicendo terminus primæ in-
tentionis, eſt terminus primæ intentionis:
ſubiectum capitur materialiter: & predica-
tum perſonaliter, et tunc, neganda eſt illa
propoſitio. Nam hæc eſt falſa, terminus pri
me intentionis, eſt terminus primæ inten-
tionis. *hec dictio terminus prime intentionis est
terminus prime intentionis significatiue*

CAPITV. XVII.

13. Diuiſio.

TErminorum: alij pertinentes,
alij impertinentes: Pertinẽtes
ſunt illi, quorum alter alterũ
infert aut ei repugnat. Vt ho-
mo riſibile: homo equus.

¶ Impertinẽtes ſunt, quorum
neuter alterum infert. aut alteri repugnat.
Iuſtus & albus.

¶ Pertinentes: quidam conuertibiles, vt ho
mo, & rationale: alij non conuertibiles, vt
homo, & animal. Nam licet ſequatur, eſt ho
mo: ergo eſt animal non tamen ſequitur, eſt
animal: ergo homo.

¶ Cõuertibiles: quidam ſinonomi, alij nõ ſi
nonomi. Sinonomi ſunt, qui ſignificant idẽ Conuerti-
& eodem modo, & adæquate. Vt mucro, bilis termi-
enſis, gladius. Dicitur eodem modo, quia li ni qui ſint.
cet reſibilis idem quod homo: non tamẽ eo
dem modo. Quia homo abſolute, reſibile cõ
notatiue. Dicitur adæquate, quia licet ly
homo, & ly animal idem ſignificẽt: non ta-
men ſunt ſinonomi, quia non adequatæ.

¶ Hic aduertendum, ad ſinonomitatem: re Ad ſinono
quiſitam eſſe vocum diuerſitatem. Sunt e- mitatem re
nim ſinononima ideſt nomina eiuſdem rei. quiritur vo
Cum termini ſunt eiuſdem ſignificationis cum diuer-
Logicalis, & Gramaticalis: dicuntur ſino- ſitas.
nomi eſſentialiter, & accidentaliter. Vt en-
ſis, & gladius. Si tamen deſit gramaticalis:
ſunt ſinonomi, eſſentialiter ſolum. Vt ho-
mo & hominis.

¶ Terminorum repugnatium diſparatorũ
alij repugnantes non oppoſiti, alij oppoſiti.
Primi exemplum, homo, & equus oppoſiti:
quidam contrarij, vt ſunt termini, incõpa- Quĩ termi-
ratibiles qualitates importantes. Vt album ni repugnã
& nigrum: contradictorij, quorum alter, cõ tes.
notat explicite: negationem alterius. Sicut
album, & non album. Priuatiui vt cæcus: &
videns. Relatiue, ſicut pater, & filius. Do-
minus: & ſeruus. Creator: & creatura.

¶ Hic eſt finis, tractatus terminorum: ſeq̃n
tes ordinem neotericorũ: apponemus tra-
ctatum ſuppoſitionum.

CAPITV.XVIII. Sequitur de ſuppoſitionibus.

LOquendo ſicut multi loquūtur, licet ſentiamus vt pauci: poſt terminorum traditionē, ſequitur & de ſuppoſitionibus non nulla tradere. Et quidē de ſuppoſitionibus, ampliationibus, & appellationibus, ab Ariſto. non eſt editus libellus peculiaris: ſed a Petro Hiſpano, quem omnes ſequnti ſunt: qui de hac materia loquuntur.

Quid ſit ſuppoſitio. ¶ Suppoſitio: eſt terminus in propoſitione exiſtens, verificabilis de re quam ſignificat Vel ſic, ſuppoſitio: eſt acceptio termini pro aliquo, reſpondēte illi, ſecundum eandem acceptionem. Verbi gratia, homo in iſta. homo eſt animal, ſupponit: quia poteſt verificari, de re quam ſignificat Sic, demoſtrato homine Petro, vel Iohane: hic eſt homo Et quū dicitur, eſt acceptio, vere ſic eſt, nam ly homo, accipitur in illa propoſitione: pro aliquo reſpondente illi, ſecundum eandem acceptionem. Hoc eſt pro Petro, vel Paulo. Et ſic ad cognoſcendum vtrum aliquis terminus ſupponat, pro re quam ſignificat: oportet vnam Propoſitionem affirmatiuam formare, & a parte ſubiecti ponere rem quam ſignificat, terminus ſupponēs, cum pronomine demoſtratiuo, & a parte predicati: terminum ſupponētem, & ſi illa eſt vera, terminus ſupponit. Vt in hac, homo eſt animal: ly homo ſupponit, quia hęc eſt vera: hic eſt homo, demōſtrando Petrum. Ob id, ly homo ſupponit pro Petro: ſed non ſupponit pro leone, quia hæc eſt falſa: hic eſt homo, demōſtrando leonem.

Quomodo ſe habēt ſuppoſito acceptio ſignificatio. ¶ Notandum, quod iſti termini, ſuppoſitio accēptio, ſignificatio: ſe habent, ſicut ſuperius, & inferius Nam quicquid ſupponit, accipitur: & nō econuerſo. Nam ad hoc quod terminus ſupponat, requiritur ſit in propoſione. Et tamen ad hoc quod accipiatur, ſufficit vniatur, in ordine ad copulam verbalem. Vt in hac, homo curreret, ly homo, licet accipiatur: non tamen ſupponit. Et etiā requiritur, ad hoc quod ſupponat: quod verificetur, de re quam ſignificat. Ob id ly Chimera, in iſta: Chimera eſt, licet ſit in propoſione, non ſupponit: quia non verificatur de re quam ſignificat. Cum hæc non ſit vera. hoc: eſt Chimera, & homo ſolitarie poſitus ſignificat, ſed neq̃ ſupponit: neq̃ accipitur. Itaq̃, hoc eſt verum, hic terminus ſupponit: ergo accipitur. Et ſignificat. Et ſimiliter hic terminus accipitur: ergo ſignificat. Sed non valet, ſignificat: ergo accipitur, & ſupponit. Nam terminus ille ſolitarie poſitus, ſignificat: & non accipitur, neq̃ ſupponit. Nec valet accipitur: ergo ſupponit. Nā in hac, homo curreret: ly homo accipitur, & tamen non ſupponit. Vt dictum eſt.

¶ Eſt conſiderandum, terminū ſic ſupponere in propoſitionibus veris: ſicut in falſis Nam in hac, homo eſt lapis: & ly homo ſupponit, & ly lapis. Quia verificari poſſunt iſti termini de re quam ſignificant, demonſtrando hominem, & demōſtrando lapidē.

¶ Solent hic poni quatuor regulæ, ad cognoſcendum veritatem, & falſitatem propoſitionis: ratione ſuppoſitionis terminorū.

¶ Propoſitio affirmatiua, cuius alterum extremum non ſupponit: eſt falſa. Extremum vocamus, ſubiectum, vel predicatum. Vt Chimera eſt ens, non ſubiectum ſupponit, ſimiliter in iſta, Antichriſtus eſt homo, quia non poteſt demoſtrari: non ſupponit. 1. Regula.

¶ Omnis propoſitio affirmatiua. cuius ambo extrema ſupponunt, ſed non pro eodē: eſt falſa. Vt hæc homo eſt lapis. Eſt affirmatiua, & extrema ſupponunt: & eſt falſa, quia non pro eodem. 2. Regula.

¶ Omnis propoſitio negatiua, cuius alterū extremum non ſupponit, vera. Vt Chimera non eſt animal, Antichriſtus nō eſt ens. 3. Regula.

¶ Omnis propoſitio negatiua, cuius ambo extrema ſupponunt, & non pro eodem: eſt vera. Vt homo non eſt brutum, homo non eſt lapis. 4. Regula.

¶ Hic conſiderandum eſt, ad verificationē termini ſupponentis, oportere: vt ſeruētur pro proprietates oēs logicales. Vt ſimile genus ſuppoſitionis, ampliationis, appellationis, reſtrictionis, alienationis. Vt ſi velis verificare ſuppoſitionem, de ly homo: in hac. Homo eſt ſpecies, oportet dicas, hoc eſt ly homo: quia ibi ſumitur materialiter, & ſic debet

debet fieri verificatio. Exemplum de ãplia tione: [redacted]: Adam fuit homo, non debet fieri verificatio, hoc eſt homo: ſed hoc eſt vel fuit quia illa copula: ampliat ad duas differẽtias temporis. De reſtrictiõe, in hac aliquis homo currit, debet fieri verificatio · vt ſeruetur eadẽ reſtrictio [redacted]: hic eſt aliquis homo, vt ſtet pro maſculis Et appellationis, vt in hac ego cognoſco papam. Oportet fiat [redacted], hoc eſt cognoſcens Papam: & non ſic, hoc eſt Papam cognoſcens

Argumẽ.

¶Contra diffinitionem ſuppoſitionis ſic, aliquis terminus ſupponit, & tamen non verificatur de re pro qua ſupponit: ergo. Patet non demonſtratum, in hac propoſitione, non demõſtratũ eſt lapis in ꝓfundo maris ſupponit ſed nõ verificatur de lapide, quia hæc eſt falſa, demonſtrando lapidem, hoc eſt non demonſtratum, cũ ſit contradictio.

olutio.

¶Ad hoc reſpondetur, quod ille terminus non demõſtratum: ſupponit, & verificatur & quũ infers, eſt propoſitio falſa, fateor: ſed tamen [redacted] verificatur. vt ita ſit quod demonſtratur, ſed nõ verificatur, vt propoſitio ſit vera Ac ſi diceremus. ſufficit ad ſuppoſitionem quod verificetur, & demõſtretur: vbi ly non demonſtratum, ſumitur materialiter.

Argumẽ um.

¶Secundo ſic, iſte terminus hominis: in hac hominis aſinus currit, ſupponit, & tamẽ nõ verificatur: ergo maledictum eſt: namquod ſupponat patet, ſed nõ verificatur, quia ad hoc quod verificetur, oportet ſit predicatũ in propoſitione, in qua demõſtratur, ſed nõ poteſt eſſe predicatum: [redacted] reſpondetur,

olutio.

ly hominis ſupponere, & ſufficere ad verificationem. vt fiat per ſuum rectum. Et ſic, poſſet fieri: hic eſt homo, cuius eſt aſinus

¶Poteſt eſſe dubium, vtrum ſubiectum in iſtis: Adã, & Antichriſtus fuerunt vel erunt ſupponat. Aliqui dixerunt quod ſic, quia Adam fuit, & Antichriſtus erit Sed melius dicitur, ibi non ſupponere, quia Adam, & Antichriſtus, eſt vnum copulatum: & non debet reſolui, ſed ſic verificari: Adam & Antichriſtus fuerunt, & Adam & Antichriſtus erunt. Et vtraq; eſt falſa, & ſic, ſuppoſitio copulati complexiue ſumpti, non habet cognoſci per ſuppoſitionem partium.

ubium.

uplex ſup oſitio.

¶Duplex eſt ſuppoſitio, ſcilicet propria, & in propria. Propria illa eſt, quãdo terminus pro illo capitur: quod proprie ſignificat, vt ly homo in iſta, homo diſputat.

¶In propria eſt, quũ terminus capitur pro illo, quod nõ proprie: ſed metaphorice, vel trãſlatiue ſignificat: & eius ſunt ſex ſpecies. Metaphorica, cathacretica metaleptica, ſinedoctica, methonomica, anthonomatica. Exemplum primi. vt leo, quãdo ſupponit ꝓ crudeli. Cathacretica, vt ſi cõtra vſum, paricida ſumatur pro illo: qui fratrem occidit. Metaleptica, vt ariſta pro anno. Vt ibi poſt aliquot mea regna videns: mirabor ariſtas. Ibi ariſta pro anno.

Quid ſuppoſitio in ꝓpria.

Species ſuppoſitionis improprie.

¶Sinecdoches, pars pro toto.

¶Mehtonimica, vt ibi, pateras libare ioui, quando continens, pro contento.

¶Anhtonomatica, vt Philoſophus, pro Ariſto. Vtrum tamen iſtę ſuppoſitiones improprie, ſic etiam ſint in mente, an ſit correſpõdentia ad proprios conceptus? videtur dicendum. quod tales termini ſupponentes improprie: ſub ordinãtur in mente ꝓprijs cõceptibus, & non illis ꝓ quibus ſupponũt.

Dubium.

¶Rurſus ſuppoſitio propria, diuiditur in materialem, ſimplicem, & perſonalem. Materialis eſt, ſuppoſitio termini, pro illo quod terminus in proprie ſignificat. ſ. quũ eſt pro ſe, mediante conceptu ſe naturaliter cõmuniter repſentãte. Vt in hac, homo eſt nomẽ. Ly homo materialiter capitur.

Suppoſitio propria in materialẽ: ſimplicẽ & pſonalẽ diuiditur.

¶Simplex ſuppoſitio illa eſt, que eſt termini pro ſuo primario ſignificato. Vt in hac, homo eſt ſpecies. Petrus eſt in diuiduũ. Ibi ly homo, & ly Petrus: pro ſuo ſignificato primario. Et hæc ſuppotio, non ponitur ab aliquibus: tamen apud antiquos, fit mentio de ea. Poſſet ſic diffiniri, ſuppoſitio ſimplex eſt quotiens terminus ſupponit, pro natura importata in tali termino. Vt hic, homo eſt ſpecies. Li homo, nõ pro re capitur: ſed pro natura hominis.

Suppoſitio ſimplex qd ſit.

¶Suppoſitio perſonalis eſt, quando terminus ſupponit, ꝓ illo quod principaliter ſignificat. Vel ponentes ſuppoſitionem ſimplicem, & diffiniẽtes ſicut primo diffinita eſt, & diffinit magiſter Soto · poterit ſic perſonalis diffiniri. Vt illa ſit, quum terminus ſupponit, pro ſuo ſecundario ſignificato: vt in iſta, homo diſputat, ly homo ſupponit perſonaliter: quia pro ſuo ſecũdario ſignificato, ad ſenſum quẽ comuniter loquentes habẽt.

Vel

Vel ad ſenſum,magiſtri Dominici de Soto ſupo nit pro homine,Petro,vel Paulo:quod eſt ſignificatum ſecundarium,(Vt ipſe notat)licet nos primarium dicamus.

Homo eſt ſpecies, & homo diſputat,ly homo ꝑ eodē ſupponit.

¶Pro quo notādum,vt notat magiſter Soto in 2.parte Sumularum.cap.1.Lectiō.3. Quod ly homo,in iſta:homo eſt ſpecies, & in iſta:homo diſputat, pro eodem ſupponit Nam ſupponit ly homo in prima,pro concreto naturę humanæ:quod non diſtinguitur realiter a ſuppoſitis, pro quibus ſupponit ly homo. Differt tamen, quod in prima, ſupponit pro homine in quantum eſt cognitus,per eius proprium conceptum. ſ.homo,in ſecunda tamen: ſupponit pro eodē abſolute ideſt non in quantum ſic, aut ſic cognitus. Et iſto modo, vocatur primarium ſignificatum de ly homo, in hac homo eſt ſpecies quia mediāte proprio conceptu. Et in hac homo diſputat, ſupponit pro ſecundario ſignificato Si hęc non capis, ſufficiat dicere ſimplicem ſuppoſitionē eſſe:quādo terminus pro natura capitur & perſonalis quādo pro ſuppoſito illius naturę: ſicunt dicunt Scotiſtę.

Aſſignatur differentia īter tērminū ſuppoſitione ſimplici, & ſuppoſitione perſonali ſupponentem.

¶Solet aſſignari differentia inter terminū ſupponētem ſuppoſitione ſimplici: & ſupponētē ſuppoſitione perſonali,penes hoc. Sub termino ſupponēte ſimpliciter, nunꝗ licet deſcendere,neꝗ Sylogizare. Semper enim variatur appellatio,in huiuſmodi deſcenſu,ſicut non ſequitur, homo eſt ſpecies & Petrus eſt homo ergo Petrus eſt ſpecies.

¶Sed ſub termino ſupponente perſonaliter,licet deſcendere, & Sylogizare. Forte ſi ſeruaretur appellatio,liceret ſub termino ſupponēte ſimpliciter. Vt ſic, homo eſt ſpecies: ergo hic homo in quantum cognitus homo:eſt ſpecies.

¶Solent aſignari regulæ, in quibus cognoſcamus quando terminus, materialiter ſupponit.

1. Regula. ¶Prima dictio non ſignificatiua, ſi ſupponit,erit materialiter. Vt hic, blitiri eſt blitiri

2. Regula. ¶Secunda, terminus determinatus ſigno materialitatis,ſupponit materialiter. Vt ly homo in hac,ly homo eſt ens. Signa materialitatis ſunt,hic terminus,hæc dictio,& cętera huiuſmodi,& ly.

3. Regula. ¶Tertia,omnis terminus prrmæ intentionis,qui eſt ſubiectum,reſpectu predicati ſecundæ intentionis: ſupponit ſuppoſitione ſimplici,niſi aliquid obſtet. Vt hic homo eſt ſpecies, Petrus eſt indiuiduum, animal eſt genus. Et in his: verum: eſt obiectum adęquatum intellectus,color: eſt obiectum viſus.

¶Suppoſitio rurſus diuiditur,quædam eſt cōmunis alia diſcreta: communis eſt terminus communis ſupponēs. Vt homo,in hac: homo eſt animal. Diſcreta, qn̄ terminus diſcretus ſupponit. Vt ly Petrus,in hac Petrus eſt homo. — Subdiuiditur ſuppoſitio in communē & diſcretam.

¶Cōmunis ad huc duplex,determinata: & confuſa. Determinata eſt,ad quam valet aſcenſus & deſcenſus disiunctiuus:vt in hac, homo eſt animal. Sic,iſte homo eſt animal, vel iſte homo eſt animal:ergo homo eſt animal. Hæc ſuppoſitio cognoſcitur (vt placet Dialecticis) per hanc literam.b, facit enim terminum cui inmediate preponitur ſupponere determinate. — Suppoſitio communis diuiditur in cōfuſam & determinatam.

¶Suppoſitio confuſa,diuiditur, in confuſam diſtributiuam,& confuſam tantū. Rurſus,diſtributiua:in diſtributiuam completā & in completam. — Suppoſitio cōfuſa diuiditur.

¶Confuſa tantū,diuiditur,in confuſam diſiunctam, & confuſam copulatam.

¶Rurſus ſuppoſitio cōmunis in genere, diuiditur inmobilem & in inmobilē. Iſtis ſpeciebus ſuppoſitionum, ſolēt vti ſumuliſte, licet apud graues autores, & theologos antiquos.de iſtis, nulla pene fiat mentio. — Suppoſitio communis ſub diuiditur.

¶Hic oportet notare ſigna, que huiuſmodi ſuppoſitiones cauſant. Particuluria ſigna ſunt:aliquis,quidam,quiſpiam.&c. Et ly,b, iſta faciunt,ſuppoſitionem determinatam. — Signa particularia.

¶Signa vniuerſalia,quedam ſunt pure afirmatiua,alia, pure negatiua:alia mixta. (Vt ita dicam)affirmatiua:vt omnis, quilibet, cunctus,totus. — Signa vniuerſalia affirmatiua.

¶Negatiua:partin ſunt ad verbia,vt non: partin nomina,vt nullus, neuter. — Signa negatiua.

¶Signa que mixta poſſunt dici,includētia, affirmatiuam,&negatiuam,vniuerſalitatē. Poſſunt eſſe ſigna exponibilia,que per affirmatiuam, & negatiuam exponuntur. Vt tātum, præter, differ. — Signa mix

¶Ponūtur regulæ ad cognoſcendum terminum qua ſuppoſitione ſupponat.

¶Prima terminus communnis, nullo ſigno determinatus,determinate ſupponit. Vt, homo legit:& ſimiliter,ſi terminus communis,ſigno particulari determinatur,& nō ſit impeditum — 4. Regula.

impeditum tale ſignum. Vt in hac, aliquis homo eſt animal.

2. Regula.

¶Secunda, terminus communis, immediate determinatus ſigno pure vniuerſali, pureq́ʒ affirmatiuo, ſi non impediatur aliquo ſigno, ſupponit confuſe, diſtributiue. Vt in hac, omnis homo currir, ly homo ſupponit diſtributiue: ratione de ly omnis, qui habet hanc vin diſtribuendi terminum immediatum. (Dixi immediatum) quia terminum mediatum, confundit: vt ly animal, in eadem propoſitione. Dixi non impeditum, quia in hac, non omnis homo currit: ly homo, non ſupponit diſtributiue, ſed determinate. Valet enim, ſicut aliquis homo currit.

Ly omnis vniuerſale ſignũ habet vim diſtribuendi terminum immediatum & confundendi mediatũ ſi ſignum nõ ſit impeditũ.

3. Regula.

¶Tertia regula, terminus communis, determinatus mediate, vel immediate, ab aliquo ſigno vniuerſali, pureq́ʒ negatiuo: ſupponit confuſe diſtributiue. Vt in hac, nullus homo eſt lapis Ly homo, & ly lapis, ſupponũt diſtributiue. Et in hac, non homo eſt animal. &c. Si ly non, capiatur negranter. Nam ſi capiatut infinitanter, ſolum terminum immediatum diſtribuit. Et ad verbialis negatio, non ſolum diſtribuit, terminos omnes poſitos in eadem cathegorica: ſed etiam alterius cathegoricę. Vt in iſta, non homo currit: & homo diſputat. Etiam ly homo in ſecunda cathegorica, diſtributiue ſupponit: ratione de ly non. Negatio tamen nominalis, vt nullus, ſolum diſtribuit terminos poſitos in eadem cathegorica, & non in alia. Vt in hac, nullus homo eſt lapis, & Angelus eſt ſubſtantia. Solum diſtribuitur ly homo, & non ly Angelus.

¶Notandum, eſſe aliqua ſigna diſtributiua, quæ hanc cauſant termini communis diſtributionem, vt eſt, ly peior: & ſic omnia comparatiua, & ſuperlatiua: terminos a ſe rectos diſtribuunt. Hic, Petrus eſt ſapiẽtiſſimus hominum, & hic, Petrus eſt ſapientior homine, ly homine, ſtat diſtributiue.

¶Eſt & ſignum præter, & ſic conſequenter omnia ſigna exceptiua. quę diſtribuũt immediatos ſibi terminos. Vt in hac, omne animal pręter hominem eſt irrationale: ly homo diſtributiue ſtat,

¶Ly in quantum etiam, immediate ſequẽtes terminos diſtribuit. Et ly differt, terminum a ſe rectum. Et ly tantum, confundit, confuſe disiunctim terminum immediatum: & diſtribuit mediatum. Vt in hac, tantum homo eſt animal: ille terminus homo, ſupponit confuſe disiunctin: & ly animal, diſtributiue. Et ſic habet virtutem contrariam, ad ly omnis: vt ſupra dictum eſt. Etiam ly priuatus, & verbum careo, terminos rectos a ſe: diſtribuit. Et ly extra, vt ego ſum, extra domum: ly domum ſtat diſtributiue, pro omni domo.

¶Eſt notandum, nullum ſignum, quodcunq́ʒ ſit illud: habere virtutem ante ſe, ſed ſemper poſt ſe. Vt homo eſt, omne animal: ly omne non habet virtutem in illum terminum homo: ſed ſolum in ly animal.

Quodlibet ſignũ omnem ſuam vim poſt ſe exercet.

¶Duplex eſt ſuppoſitio diſtributiua, quedam pro ſingulis generum: alia pro generibus ſingulorum. Vel alijs verbis, completa: & incompleta. Quæ pro generibus ſingulorum, in completa vocatur: quæ pro ſingulis generum: completa. Illa quę eſt pro generibus ſingulorum, eſt, ad quam valet aſcenſus: vel deſcenſus copulatiuus, per ſolas ſpecies dumtaxat. In quo ſenſu iſta conceditur, omne Animal fuit in Archa Noe. Et aſcendendum eſt hoc modo, demonſtrando ſpecies: homo fuit in Archa Noe, & Leo fuit in Archa Noe, & ſic de alijs ſpeciebus: ergo omne animal fuit in Archa Noe. Et hoc eſt, in complete diſtribui.

Suppoſitio diſtributiua diuiditur.

¶Pro ſingulis generum, quæ completa eſt: ad quam valet aſcenſus, vel deſcenſus copulatiuus: per omnia indiuidua. Sicut in iſta, omnis homo eſt animal. In quo ſenſu iſta falſa, omne animal fuit in Archa Noe.

¶Suppoſitio confuſa copulatiua eſt, ad quam valet aſcenſus, vel deſcenſus copulatiuus. Et copulata, ad quam copulatus. Exemplum primi in iſta, omnis homo eſt Animal. Sic, iſte homo eſt animal, & iſte homo eſt animal. &c. Exemplum ſecundi, omnes Apoſtoli dei ſunt duodecim. Sic, iſti Apoſtoli dei, & iſti Apoſtoli Dei. &c. Et ſic, hanc ſup-

Quid ſuppoſitio cõfuſa copulatiua.

poſitione facit, ly omnes in plurali numero, Et tunc quando collectiue: facit iſtũ ſenſum, tota colletio apoſtolorum: eſt duodecim. Et quando diſtributiue: facit iſtum ſenſum, ſinguli, vel quicunq̃, &c. in quo ſenſu, iſta falſa eſt: omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim.

Quid ſuppoſitio cõfuſa diſiũcta.

¶ Suppoſitio confuſa diſiuncta eſt, ad quã valet aſcenſus, vel deſcenſus diſiunctus. Quod contingit, quando ly vel, vnit inter terminos, vt in iſta, omnis homo eſt animal ſub ly animal ſupponente confuſe tantum: ſic fit, iſte homo, eſt hoc animal, vel hoc animal, &c. Hęc ſuppoſitio cognoſcetur, q̃ndo eſt terminus communis immediate ſequẽs ly tantum, vel mediate ly omnis, in eadem cathegorica, & ly immediate, quod ſignũ: confundit terminos ſequentes. Vt in hac, immediate poſt hoc, homo erit animal. Et ſimiliter aduerbia numeralia bis, ter quater. &c. Similiter id cauſat, copulatum diuiſiue tentum: vt quando ponitur verbum numeri ſingularis. Vt in hac, Petrus & Iohãnes eſt animal. Tunc, confundit terminos ſequentes, vt in hac ſupra dicta, ly et confundit ly animal ſecus ſi compulatum, complexiue ſumatur: vt eſt, quando copula eſt numeri pluralis. Vt in hac, Petrus, & leo, ſunt animalia.

Sicut ly, b, habet vin faciẽdi ſuppoſitionen determinatam: ſic ly, a, cõfuſam tantum.

¶ Etiam additur & aliud ſignum, confundẽs a Terminiſtis, ſcilicet, ly, a, nam ſicut, b, facit ſuppoſitionem determinatam: ſic ly, a, confuſam tantum. Vt in hac, a, homo non eſt animal: quę vera eſt, quia ſua cõtradictoria falſa eſt: omnis homo eſt, b, animal. (Vt ſuo loco dicemus).

Vnica regula dialecticorum.

¶ Opereprætium erit, & hic Dialecticorum, regulam ad notare, circa materiam hanc ſuppoſitionum: quicquid mobilitat, immobilitatum: immobilitat mobilitatum. Ideſt quicquid diſtribuit, in diſtributum: in diſtribuit, diſtributum. Hoc eſt, ſi aliquod ſignum diſtributiuum, in venit terminum in diſtributum, diſtribuit eum: & ſi in venit diſtributum, in diſtribuit illum. Exẽplum primi, vt ſi huic, homo eſt animal, addatur ly non: diſtribuit omnes terminos poſt ſe. Sed ſi huic, omnis homo eſt animal, addas, non omnis homo eſt animal: ibi ly homo eſt in diſtributus, ratione de ly non: quia inuenit eum, iam diſtributum per ly omnis. Et hoc pro venit, quia ſigna diſtributiua, ſunt æqualis virtutis: & mutuo ſe impediunt.

Signa diſtributiua ſunt maioris virtutis q̃ confuſiua. Vel determinatiua, & determinatiua, quã confuſiua.

¶ Conſiderandum eſt, ſigna diſtributiua eſſe maioris virtutis, quam confuſiua, vel determinatiua, & determinatiua: maioris quam confuſiua. Et ſic prævalet, quando duo ſimul concurunt: quod eſt maioris virtutis, Vt in hac, tantum omnis homo currit: quia ly omnis habet diſtribuere, ly homo, & ly tantum confundere, diſtributiuũ prævalet.

¶ Solent poni regulæ, ad cognoſcendum quando ſub aliquo termino cadunt duo ſigna mutuo ſe impedientia, cum terminus maneat indiſtributus: qua ſuppoſitione ſupponat. determinate, vel confuſe. Quorum prima eſt, quando in aliqua contradictoriarum aliquis terminus diſtribuitur: in ordine ad terminum ſtantem confuſe: in alia contradictoria ſupponit determinate. Vt in hac, non omnis homo eſt animal, ly homo determinate ſupponit: quia in iſta, omnis homo eſt Animal, ſtabat diſtributiue, in ordine ad confuſam ſuppoſitionem. 1. Regula.

¶ Secunda regula, ſi tamen terminos diſtributus ſit, in ordine ad terminum ſupponentem determinate: in ſua contradictoria, ſupponet confuſe. Vt in hac, non omnis homo eſt, b, animal, ly homo ſupponit confuſſe, æquivalet enim huic. a, homo non eſt animal. Hæc duæ regulæ intelliguntur, quando inter venit aliqua negatio. Eo quod ſit malignãtis naturæ, vt totum quod poſt ſe inuenit deſtruat: & eius opoſitũ ponat. Tamen ſi vtrunq̃ ſignum ſit affirmatiuum, terminus ſupponet determinate. Vt in hac, homo differt ab omni homine. Ly homine, determinate ſupponit. Et intelligitur verum niſi aliunde confundatur. Vt in hac, omnis homo differt ab omni homine: ly homine confuſe ſupponit, quia alias confundebatur a primo Signo omnis. 2. Regula.

Negatio ẽ malignantis naturæ q̃ qd poſt ſe inuenit deſtruit, eiuſq̃ ponit oppoſitũ.

¶ Tertia regula, quando in aliqua contradictoriarum omnes termini ſupponunt diſtributiue: in altera ſupponunt determinate vt in hac, omnis homo omne animal eſt, in ſua 3. Regula.

ſua cõtradictoria, nõ omnis homo omne animal eſt: tam ly homo, quam ly animal: ſupponunt determinate.

ſuppoſitio naturalis & accidẽtalis

¶ Aliqui etiam ſuppoſitionem in naturalẽ, & accidentalem diuidunt. Vt naturalis ſit, quando terminus ſupponit pro omnibus, pro quibus natus eſt ſupponere ſecluſa ampliatione. Vt homo eſt animal. Accidentalis eſt, quando terminus ſupponit pro ſuis ſuppoſitis, in ordine ad tempus ſui verbi. Sicut hic, homo eſt albus quod dicitur accidentaliter.

Quia ppoſitiones neceſſariẽ ſũt ſempiterne veritatis ſine omni ãpliatiõe veniunt concedendẽ.

¶ Oportet etiam conſiderare propoſitiones neceſſarias, ſine omni ampliatione eſſe concedendas: & terminos in eis vere ſupponere, ſunt enim tales: que ſempiternæ veritatis vocantur. Ob id hæc homo eſt animal abſolute conceditur, ſine hoc quod dicamus, homo poſſibiliter eſt animal. Vel conditionaliter, ſi homo eſt: animal eſt. Nam ſiue homo ſit, ſiue non ſit ſemper verũ eſt. Et antequam homo eſſet creatus, erat verum: hominem eſſe animal, quod probatur ex patre [redacted] Auguſtino in ſecundo

Auguſti.

De libero Arbitrio ſic dicente: quicquid corporis ſenſu, veluti eſt hæc terra, & hoc cælum, & quecunqȝ in eis ſunt ſentio: quandiu futura ſunt, neſcio. Septem autem & tria, decem ſunt. Et non ſolum decem ſunt, ſolum nunc: ſed etiam ſemper. Neqȝ aliqñdo ſeptem & tria non fuerunt decem. Et quarto ſuper Geneſ. ad literam capitulo tertio. Facilius Cælum & terra tranſire, poſſunt, que ſecundum numerum ſenarium fabricata ſunt: quam effici poſſit, vt ſenarius numerus, ſuis partibus non compleatur. Et Ariſto. 7. Metaph. ait querere quare homo eſt homo: nichil eſt querere.

Ariſto.

¶ Hic ante finem capituli conſiderandum venit quod qñdo iudiciũ eſt de veritate ppoſitionis ſecũdũ extremorũ ſuppoſitionẽ cõmunis regula datur. Omnis ppoſitio affirmatiua in qua extrema ſupponunt pro eodem vera eſt. Sed tamen fallit in multis qa ſi exponibilis ſit non eſt vera vt hec tantũ homo eſt animal oportet etiam non ſit modalis qa hec falſa eſt homo cõtingenter eſt aĩal, non debet etiã ãbo extrema diſtribui quia hec non eſt vera, omnis homo omne animal eſt. Similiter requiritur ne ſit predicatio in directa, quia hec eſt falſa omne animal eſt homo, etiam in ea nulla debet eſſe ampliatio, quia iſta Petrus animal fuit eſt falſa caſu, quo inſtans preſens ſit primum inſtans Petri. Et ſimiliter pdicatum non debet ſupponere determinate in ordine ad diſtributiuam quia hec eſt falſa, omnis homo eſt, b, animal. Similiter quando eſt aliqua determinatio, nam iſta cuiuſlibet hominis equs eſt animal, rebus ſtantibus vt nunc eſt falſa. Quia non omnes homines habent equm qua propter predicta regula licet abſolute ponatur: modificãda venit.

¶ Vnum erit in fine ſuppoſitionis notandum, quia fecimus mentionem de ſuppoſitione mobili, & inmobili: non intelligas, (vt aliqui voluerunt intelligere) eo dici, immobilem: quia non liceat ſub tali termino aſcendere, vel deſcendere, ſed eo dicta eſt immobilis: quia non liceat ſub tali termino, antecȝ ſub toto complexo: aſcẽdere. Ob id ſit regula.

¶ Omnis terminus communis, cuius reſolutio dependet, ex reſolutione complexi acepti vnica acceptione, cuius ille eſt pars: dicitur immobiliter ſupponere. Vt in hac, equs hominis non currit ly hominis immobiliter dicitur ſupponere: & ly ſcientiam in hac, Petrus ſciens omnem ſcientiam, diſputat. In iſtis enim non licet ſub illis terminis, antequam ſub toto complexo. Vt ſic, iſte equs hominis, non eſt currens, vel iſte equs. &c. Non eſt currens. Sic notat magiſter Soto, contra nonullos ex ſummuliſtis dicens queſtionem eſſe parui momenti: [redacted] ſic in iſta, omnis homo eſt animal: ly animal diceretur immobiliter ſupponere: quia eius reſolutio, pendet ex reſolutione d ly homo Prius enim ſub termino ſupponente diſtributiue, aſcendendum vel deſcendendum: quã ſub ſupponẽte confuſe tantum.

1. Regula.

✠

CAPITV.

CAPITV. XIX.
Sequitur de aſcenſu & deſcenſu.

SEQVITVR conſequenter, de aſcēſu & deſcēſu agamus, quia cū ageremus de ſuppoſitione, ſæpe mētionem fecimus dicētes: ſub termino ſupponente diſtributiue, valere aſcenſum compulatiuum.

Diffinitio aſcenſus.

¶ Aſcenſus ſic diffinitur, eſt conſequentia bona & formalis. in qua fit argumentum a ſingularibus ſufficienter enumeratis, cum conſtantia ad eorum vniuerſale. Vt in hac, omnis homo appetit ſcire, hic homo appetit ſcire, & hic homo appetit ſcire, & ſic de alijs, & iſti homines ſunt omnes homines, ergo omnis homo appetit ſcire. Hic diſcurſus, fuit a ſingularibus: quia iſte homo, ſingularis eſt huius: omnis homo. Et poſita eſt conſtantia, illa propoſitio, & iſti homines ſūt omnes homines: ergo omnis homo appetit ſcire, eſt vniuerſalis illarū ſingulariū.

Diffinitio deſcenſus.

¶ Deſcenſus diffinitur oppoſito modo, q̄ndo fit argumentatio ab vniuerſali, ad ſuas ſingulares propoſitiones. Vt ſi ſic fiat, omnis homo eſt diſciplinabilis, & iſti homines ſunt omnes homines: demōſtrādo omnes, ergo iſte eſt homo diſciplinabilis, & iſte eſt homo diſciplinabilis.

¶ Aſcenſus ab Ariſto. in li. periherme. & in libris Priorū, & ab antiquis, vocatur inductio: quia ex ſingularibus tendit: & in diffinitione poſitū eſt, eſſe conſequentiā formalē. Illa vocatur formalis conſequentia, quæ ſic bona eſt: vt illa, & quælibet eiuſdem formę ſit bona. Et ita contingit, quod quomodocū q̄ ſeruetur iſte modus, quod ex ſingularibus ſufficienter enumeratis, ad vniuerſalē fiat progreſus: in quibuſcunq̄ terminis, conſequentia bona erit.

Quid requiratur (aduerte) ad hoc ꝙ aliq̄ conſeq̄ntia alteri ſit in forma ſimilis.

¶ Et licet in alio loco magis ad propoſitū, hic tamē oportet: ſcire: ad hoc quod aliqua conſequentia, alteri ſit ſimilis in forma: requiritur, quod idem numerus & terminorū ſimilitudo ſeruetur. Numerus ſeruatur, ſi tot termini in vna, ſicut in alia. Et ſic, ſi ſunt termini ſinonomi in vna: oportet tot ſint in alia in eodem ſitu. Similis habitudo tunc eſt: quādo ſunt eiuſdem qualitatis, et termini in vna, eodem modo ſupponāt, ſicut in alia, & ampliēt. Et tandem, omnis logicalis proprietas ſeruetur in vna, & in alia: & in ſimili ſitu termini ponātur. Quapropter formata hac conſequentia, Petrus diſputat: ergo animal diſputat. Non erit ſimilis formę, Iohānes diſputat, ergo aſinus eſt animal rationale, quia ſubiectum antecedentis, in prima habet ſe ad ſubiectum conſeqnentis, vt inferius, ad ſuperius: & in ſecunda, non id ſeruatur. Ob id non eſt ſimilis formæ. Neq̄ iſta conſequentia, omnis homo eſt animal: ergo Petrus eſt animal. Eſt ſimilis iſti: omnis homo eſt, b, animal: ergo Petrus eſt animal. Ratio, quia non ſupponunt termini eodem modo in vna, & in alia. Sed de hoc alias.

Queſtio.

¶ ~~Hic ſolēt noſtri Dialectici diſputare vtrū~~ ad bonum aſcenſum requiratur quod valeat e contra deſcenſus. Quæſtio eſt de nomine: licet poſſet teneri pars negatiua: quia nichil videtur obſtare ad hūc aſcenſum huius propoſitionis, Omnis homo eſt animal. Supra ly animal ſic. Omnis homo eſt hoc animal. Vel omnis homo eſt hoc animal. &c Ergo omnis homo eſt animal. Et tamen nō valet ~~econtra. Eſt enim econtra valere de~~ſcenſū quod ex eodē conſequenti cum eadē conſtantia licet inferre eaſdem ſingulares pariter disiunctiue numeratas ſub eodem termino. Sic omnis homo eſt animal & iſti homines ſunt omnes homines. Ergo omnis homo eſt hoc animal: vel omnis homo eſt hoc animal. Non enim valet: nam antecedens eſt verum: & conſequēs falſum. Et ſic poteſt dici quod non requiritur ad bonita~~tem aſcenſus bonitas deſcēſus econtrario~~.

Aſcenſus multiplex.

¶ Multiplex eſt aſcenſus. ſ. copulatiuus, copulatus, disiunctiuus, & disiunctus.

¶ Copulatiuus eſt, quādo fit per propoſitiones ſingulares coniunctas cum ly et. Vt cōtingit ſub termino ſupponēte diſtributiue. Vt in hac, omnis homo currit, ſic, iſte homo currit, & iſte homo currit. &c. Ergo omnis homo currit.

Quid ſit aſcenſus copulatus.

¶ Aſcenſus copulatus ille eſt, quando ly et, coniungit inter terminos. Vt in iſta, iſti apoſtoli Dei, & iſti apoſtoli Dei. &c, ſunt

duodecim

duodecim & iſti apoſtoli Dei ſunt omnes apoſtoli dei: ergo omnes apoſtoli dei ſunt duodecim.

Quid diſiunctiuus. ¶Aſcenſus diſiūctiuus eſt,quādo fit per propoſitiones coniunctas cum ly vel. Vt contingit, ſub termino ſupponente determinate. Vt in hac,homo currit,ſub ly homo:iſte homo currit,vel iſte homo currit,& iſti homines ſunt omnes homines : ergo homo currit.

Quid diſiunctus. ¶Aſcenſus diſiunctus eſt, quando fit per terminos coniunctos,cum ly vel. Vt in hac omnis homo eſt hoc animal, vel hoc animal:ergo omnis homo eſt animal. Et hic cō tingit, ſub termino ſupponente confuſe tantum.

¶Sed vt debitus ſeruetur ordo in aſcenſu, & deſcenſu:oportet ponere regulas,ad ſciēdum a quo primo debeat incipere probatio,per aſcenſum vel per deſcenſum.

1. Regula ¶Prima regula,quandocunq; in aliqua propoſitione,eſt ſuppoſitio determinata ab illa eſt inchoandus aſcenſus. Et ſecundo loco,a diſtributiua, & vltimo, a confuſa tantum. Vt in hac,omnis homo animal eſt,b, currens. Sunt tres ſuppoſitiones, ly homo diſtributiua, ly animal confuſa tantum : ly currens determinata,ratione de ly,b,aſcēſus fiet ſic, omnis homo animal eſt hoc currens, vel omnis homo animal eſt hoc currens, vel omnis homo animal eſt hoc currens:ergo omnis homo animal eſt,b,currēs Rurſus fiat ſub ly homo,qui ſupponit diſtributiue,ſic Iſte homo animal eſt hoc currēs, & iſte homo animal eſt hoc currens : ergo omnis homo animal eſt hoc currens. Deinde fiat ſub ly animal,ſic. Iſte homo hoc animal,vel hoc animal,vel hoc animal, eſt hoc currens:ergo iſte homo animal eſt hoc currens.Et ſic factus eſt aſcenſus,& completus ſub omnibus terminis : & iſte ordo debet ſemper ſeruari,vt primo a determinata,ſecūdo a diſtributiua, tertio a confuſa.

2. Regula. ¶Omnes ſuppoſitiones diſtributiuæ inter ſe,& omnes confuſæ inter ſe, & omnes determinatæ inter ſe, habent eundem locum probabilitatis. Ob id, per inde eſt aſcenſus inchoetur ab vno, vel ab alio termino. Vt in hac, omnis homo eſt omne animal,a ly animal, vel aly homo, poſſumus inchoare aſcenſum. Et ſemper eſt aduertendum, in omni aſcenſu, ſeu deſcenſu: vt vna ſingularis illius termini,ſub quo primo aſcenſus eſt factus ſeruetur. Et ſic conſequenter, quādo plures determinatæ ſuppoſitiones.

¶Aſcenſus eſt manifeſtatiuus veritatis, & deſcenſus falſitatis, & ſic in hac, includuntur modi arguendi dialecticorum:aſcendētes ſunt veræ,ergo & aſcenſa. Quę eſt propoſitio,quę probatur per aſcenſum. Et ſic, deſcendentes ſunt falſæ:ergo & ipſa deſcenſa falſa. 3. Regula.

¶Oportet conſiderare, quod ſi fiat aſcenſus ſub termino ſupponente determinate: cum ſit diſiūctiuus,tunc ſufficit vna ſingularis ſit vera.Nam ad veritatem diſiūctiuę, ſufficit veritas vnius partis. Si tamen fiat aſcenſus copulatiuus,requiritur veritas omnium ſingularium. Nam ad veritatem copulatiuæ,oportet omnes partes ſint veræ. Et econtra, ad falſitatem, ſufficit vna pars ſit falſa. Sicut & ad falſitatem diſiunctiuę requiritur:vt omnes partes ſint falſæ.Licet Titelmanus,dicat etiam diiunctiuam eſſe falſam. Si vtraq; pars ſit vera. 3.Li.c.20.

4.Regula. ¶Quarta regula,eſt cauendum, maxime in aſcenſu vel deſcenſu:ne fiat argumentatio a pluribus determinatis, reſpectu partium multitudinis:ad vnam determinatam reſpectu totius multitudinis. Vt hęc conſequentia non valet, aliquis homo, quilibet homo eſt,quę falſa eſt:probaretur vera,niſi obſtaret deffectus. Nam ſequeretur ſic, aliquis homo iſte homo eſt, demonſtrato Petro:& aliquis homo iſte homo eſt demōſtrato Iohāne,& ſic de ſingulis:ergo aliquis homo omnis homo eſt. Sed eſt argumentum,a pluribus determinatis reſpectu ſingularium ad vnam reſpectu totius multitudinis. Ob id propoſitio non probatur vera

5. Regula. ¶Quinta regula,eſt cauendum, ne deſcendendo fiat argumentatio,a confuſa ad determinatam. Vt non valet, omnis homo eſt animal:ergo omnis homo eſt,b,animal. Antecedens verum, & conſequens falſum. Sic ergo deſcendendo in iſta, cuiuſlibet hominis equus nō eſt equus,& iſti homines ſunt omnes homines : ergo iſtius hominis equus nō eſt equus, & iſtius hominis equus non eſt equus,arguitur a confuſa ad deter-

 minatam

minatam, reſpectu de ly equus. Nam in
antecedenti ſupponit confuſe, & in con-
ſequenti: determinate. Ob id oportet
ſic deſcendere · ergo iſtius hominis. a. equ-
us non eſt equus. &c. Vbi ly. a. facit ſuppo-
ſitionem confuſam. Vt ſic fiat deſcenſus, a
confuſa ad confuſam: & non a confuſa ad
determinatam.

¶Sexta regula, q̃ndo in aliqua ꝓpoſitione,
6. Regula. ponitur aggregatum ex determinatione
accepta non vnica, & ex ſuo determinabi-
li: quōcunq; ſupponant, determinatio & de
terminabile, a determinatione inchoandus
eſt aſcenſus, & deſcenſus. Vt in hac, cuiusli-
bet hominis quilibet equus animal eſt.
Primo ſub ly hominis. Non vnica eſt, quan-
do precedit determinatio, & ſequitur de-
terminabile. Et eſt vnica, quādo precedit
determinabile, & ſequitur determinatio.
Vt equus hominis.

¶Contra predicta fiat argumentum aſcen
1. Argumẽ. ſus non eſt conſequentia formalis ergo ma
ledictum eſt. Patet, nam ſic argumentando,
omnis homo eſt animal. &c. Et iſti homi-
nes. &c. Ergo iſte homo ẽ animal, & iſte ho
mo. Iſta conſequentia non eſt formalis, pa-
tet: quia in ſimili inſtatur. Vt ſi in vna ſingu
lari demōſtrarẽ Antichriſtum, antecedens
eſt verum: & conſequens eſt falſum.

¶Pro ſolutione eſt notandum, conſequen-
tiam quæ dicitur aſcenſus, eſſe ſic bonam:
Solutio. quod etiam ſit formalis: bona cōſeq̃ntia di
citur quādo in ea non datur antecedens ve
rum. & conſequens falſum. Sed formalis ad
dit ſupra bonam, vt non ſolum ea ſit bona:
ſed quælibet ſimilis formæ.

¶Pro quo notandum, aliqua eſſe requiſita,
Quid req- ad hoc quod ſeruetur ſimilitudo formæ.
rĩt ad hoc Primo, vt ſeruetur ſimilis qualitas, ideſt ſi
quod ſimi- vna ſit propoſitio, affirmatiua, ſi ſimilis for
litudo for- mę dari debeat: oportet etiam ſit affirmati
me ſerue- ua. Ob id iſtę duę, homo non eſt animal, et
tur. leo eſt animal, non ſunt ſimilis formę.

¶Secundo requiritur, ſimilis quantitas.
Vt ſi vna eſt vniuerſalis, ſimilis formę, etiã
ſit vniuerſalis. Et ſic oportet ſeruetur ſimi-
lis ſuppoſitio, ob id iſtę due non ſunt ſimilis
formę, omnis homo eſt ſapiens, & animal
eſt viuens, nec iſtę, omnis homo eſt animal,
& omnis homo eſt, b, animal: quia non ſer-
uatur ſimilis ſuppoſitio.

¶Tertio requiritur, ſimilitudo copula-
rum. Hoc eſt ſi vna habet copulam de præ-
terito, & alia ſimiliter. Qua propter iſte nō
ſunt ſimilis formæ Adam fuit homo, & adã
eſt homo.

¶Quarta conditio requiſita, vt ſeruetur ſi-
milis ſitus terminorum. In quo includun-
tur vt toties, quoties: numerus, ordo, ſino-
nimitas. Per toties quoties intelligitur,
quod quoties vnus terminus repetitur, in
vna: toties repetatur in alia ſimilis formæ.
Qua propter iſtæ non ſunt ſimiles, omnis
homo eſt homo, & omnis homo eſt Ani-
mal. Reqritur numerus, vt tot, quot ſunt
termini in vna ſint in alia. Obid iſtę nō ſunt
ſimilis formæ: omnis homo animal eſt cur-
rens, & omnis homo eſt currens, etiam or-
do reqniſitus eſt, vt ſi in vna conſequen-
tia, maior eſt affirmatiua, & minor nega-
ua: in ſimili oportet, etiam idem ordo ſer
uetur. Et ſi in vna propoſitione ponitur
terminus inferior pro ſubiecto, & in prędi
cato ſuperior: in ſimili forma oportet idem
ordo ſeruetur. Requiſita eſt etiam ſinoni-
mitas terminorum, vt ſi in vna ponitur
terminus in plurali: ſimiliter & in alia in ſi-
mili forma. Et ſi ponitur aliquis obliquus,
ſimiliter in alia.

¶Notandum eſt, quando quidem loquen-
dum nobis eſt, ſicut loquntur ſummuliſtæ
qui ſuis fictionibus, ingenia contundunt, &
macerant ſine fructu quod.

¶Duplex eſt ſinonimitas, quædam intrin- Duplex ſi-
ſeca: alia extrinſeca. Intrinſeca vocatur, ſub nonimitas.
iectorum inter ſe: & prędicatorum inter ſe
ſcilicet vt ſit correſpondentia ſubiecti vni-
us, ad ſubiectum alterius: & prædicati vni-
us, ad prædicatum alterius. Sinonimitas ex
trinſeca eſt: quando ſeruatur reſpectus ſub-
iecti vnius, ad prædicatum eiuſdem. Et prę
dicati ad ſubiectum. &c. Vt ſi in vna poni-
tur pro ſubiecto terminus inferior, vel con
uertibilis ad predicatum, in ſimili forma,
eodem modo ſeruetur. Ob id iſtæ non ſunt
ſimilis formæ. Omnis homo eſt ſubſtantia,
& omne animal eſt currens. Neq; ſeruatur
ſinonimitas intrinſeca, nec extrinſeca, non
intrinſeca: quia in vna ſubiectum eſt ho-
mo, qui eſt terminus ſignificans ſpeciem
& in ſecunda ponitur ly Animal, quod
eſt genus. Nec ſeruatur extrinſeca,
quia

quia in prima ſubiectum eſt terminus inferior ad pṝdicatum, & in ſecunda non eſt, ſic, nam animal, non eſt inferius ad currens.

Reſponſio ad argumẽtum. ¶Ad formã argumenti, oportet dicere illã conſequentiam in qua in vna ſingulari, demonſtratur Antichriſtus· non eſſe ſimilis formæ, cum alia Ratio, quia ad ſimilitudinem requiritur, quod omnes illæ ſingulares virtualiter poſitæ, in propoſitione, quę vocatur conſtantia: omnes illæ ſolum in ſingularibus demõſtraiẽtur. Et quia in prima cõſequentia, ſeruata fuit hæc ſinonimitas in trinſeca, ob id conſequentia erat bona. Et hæc quam dicis eſſe ſimilem, bona non eſt: quia in vna ſingulari demonſtras Antichriſtum, que ſingularis non fuit incluſa in conſtantia. Et ſic non eſt bona conſequentia nec ſimilis.

Quid ſit conſtantia ¶Conſtantia vocatur, propoſitio quę ponitur a parte antecedentis, in qua omnium ſingularium fit memoria. Vt ſic, ſi fiat aſcenſus iſto modo ſub ly homo: in iſta. Omnis homo eſt riſibilis, iſte homo eſt riſibilis, & ſic de alijs, & iſti homines ſunt omnes homines: ergo omnis homo eſt riſibilis.

¶Item, poteſt eſſe ſolutio ad argumentum non eſſe ſimilis formę illa in qua demonſtratur Antichriſtus: non enim ſeruatur ſimilis ſuppoſitio, nam in prima, ſolum ſingulares omnes ſupponunt pro homine qui eſt· qui & demonſtratur, in ſecunda tamen, nõ pro illo qui eſt: ſed qui fruturus eſt. Et non poteſt demonſtrari.

CAPITV. XX. de Relatiuis.

Quid ſit relatiuum. SEQVITVR DE RELAtiuis & ſic diffinitur, eſt rei antelatæ, recordatiuum. Vt in iſta, homo currit, qui mouetur. Ly qui, eſt relatiuum illius rei ſcilicet hominis recordatiuũ.

Relatiuum duplex. ¶Relatiuum duplex eſt, ſubſtantie. Et accidentis. Subſtantiæ eſt, quod refert ſuum antecedens ſubſtantiuum. Ideſt pro materiali. Vt in iſta, animal album currit, quod mouetur: ly quod, eſt relatiuum ſubſtantiæ, & refert ly album, ſuum antecedens. Et licet ſit nomen adiectiuum, tamen quia pro materiali refert: hinc dicitur referre ſuum antecedens, ſubſtantiuum.

¶Relatiuum accidẽtis eſt, quod refert ſuũ antecedens, adiectiuum ideſt pro ſignificato formali. Vt ſic, qualis Petrus talis Paulus. Relatiuum accidentis.

¶Relatiua ſubſtantię ſunt ille ipſe. is. Accidentis: qualis, tantus, quantus. Quæ ad formam accidentalem referuntur. Relatiuum ſubſtantię. quod ſit.

¶Relatiuum ſubſtãtiæ, duplex: ſcilicet idẽptitatis, & non idẽptitatis. Idẽptitatis eſt, qui refert ſuum antecedẽs pro illo pro quo ſupponit. Vt ille ipſe quis, vel qui. Non idẽptitatis, ſeu diuerſitatis ſunt: vt alius alter. Relatiuum ſubſtantiæ duplex.

¶Relatiuum ſubſtantię idẽptitatis, duplex reciprocum, & non reciprocum. Reciprocum eſt, quod denotat quandam regreſſionem, in ſuum antecedens. Et eſt duplex, primitiuæ ſpeciei, vt ipſe met, & ſe, deriuatiuæ ſpeciei, vt ſuus ſua ſuum. Omnia iſta nota ſunt ex Gramatica, ob id videntur in digna Dialectico. Relatiuum idemptitatis duplex.

¶Notandum, relatiuum aliquando referre reſtricte aliquando non reſtricte. Referre, eſt ſuum antecedens referre, cum omnibus terminis: in eadem cathegorica poſitis. Vt ſic, omnis homo eſt rationalis, qui eſt riſibilis: ly qui, refert, vt ille idem ſit riſibilis: qui rationalis.

¶Relatiuum referre. Abſolute ſiue non reſtricte eſt, ſic referre: vt nõ ſit opus, cum omnibus terminis ſue cathegoricę, referre. Vt hęc, Deus non eſt, vel ipſe eſt omnipotens. Quæ vera eſt, cum ſit diſiunctiua: cuiusvna pars vera eſt. Et tamen ſi referret. Reſtricte eſſet falſa: quia eſſet ſenſus, vel ipſe Deus q non eſt, eſt omnipotens.

¶Ponuntur nonullę regulę ad cognoſcendum relatiuorum naturam.

¶Prima relatiuum in copulatiua, refert reſtricte: ſed in diſiunctiua: & conditionali: abſolute. Vt in hac, homo eſt albus, & ille diſputat: eſt ſenſus, & ille homo qui eſt albus: diſputat. Sed de diſiunctiua, iam poſitum fuit, in ſuperiori notabili. De conditionali ſic, Deus nõ eſt, ſi ipſe eſt omnipotens. Eſt falſa, quia eſt mala conſequentia. Et tamen eſſet vera, ſi referret reſtricte. Quia anteceꝺens 1. Regula.

dens eſt impoſſibile. Quia eſſet ſenſus:ipſe deus qui non eſt:eſt omnipotees.

2. Regula. ¶ Secunda regula,relatiuum ſubſtantie idẽ ptitatis non reciprocum,ſupponit ſicut ſuũ antecedens,ſi in eodem loco poneretur:verbi gratia aliquis homo diſputat, & ille vigilat.Ly ille,determinate ſupponit: quia ſi ibi eſſet ly homo, ſic ſupponeret. Si tamen ſit ſubſtantiæ reciprocum. ſupponit eodẽ modo,ſicut ſuum antecedens.Vt in hac.omnis ſapiens eſt ipſe met.Li ipſe met. Deſtributiue,ſicut ly ſapiens.Et in hac, inſipiens non eſt ipſe met.Ly ipſe met, determinate ſupponit.

Nota. ¶ Aduertendum tamen eſt, quãdo dicitur relatiuum reciprocum. ſupponere diſtributiue:intelligendũ ſigillatim:ꝓ quo notãdũ.

Suppoſitio abſoluta & ſigillata. ¶ Duplex eſt ſuppoſitio, quædam abſoluta alia ſigillata.Sigillata illa eſt, quæ conſequitur alterius reſolutionem.Vt eſt,in relatiuo reciproco.(Vt in exemplo dato).Omnis ſapiens eſt ipſe met. Singularizando antecedens,& ſingularizatur relatiuum.Sic iſte ſapiẽs eſt ipſe met,& iſte ſapiens eſt ipſe met. Nam ſi in prima demonſtras Iohanem: eſt ſenſus,iſte ſapienes Iohanes eſt ipſe met Iohanes. Abſoluta ſuppoſitio eſt, que non inſequitur alterius naturam. Vt in ſuperioribus dictũ eſt, de ſuppoſitione diſtributiua.

3. Regula. ¶ Tertia regula,relatiuum ſubſtantiæ idem ptitatis reciprocum deriuatiuæ ſpeciei,quãtum ad materiale ſignificatum, ſupponit ſecundum exigentiam ſignorum cadentium ſed quantum ad formale,ſicut ſuum antececedens.Vt in hac, omnis homo ſuum equũ videt.Ly ſuum equum, quantum ad materiale:ſupponit confuſe disiunctin, ratione de ly omnis, Sed quo ad formale:diſtributiue,ſicut ſuum antecedens. Formale poſſumus vocare:ſuitatem.(Vt ita dicam).Nam quoties cunq; fiat deſcenſus, (vt ſic)iſte homo ſuum equũ videt, & Petrus ſuum equũ videt,eſt ſenſus: Petrus , Petri equum videt. Tanq; ſi fiat ſigillatin aſcenſus ſub antecedẽti,& ſic videtur ſupponere: ſicut ſuum antecedens,ratione formalis. Et tamen q̃ntum ad materiale,illud ſignificat, quod ſubſtantiuum ſcilicet equus,& ſic ſupponit: ſicut ſubſtantiuum.

Intelligentia regularum ſupra poſitarum. ¶ Iſtę regulæ ſupra poſitę intelliguntur ſuppoſito relatiuum ſupponat.Nam contingit aliquando antecedens ſupponere: relatiuo non ſupponente. vel econtra. Vt hic, Antichriſtus erit,qui non eſt.Antecedens ſupponit,& relatiuum non.Et in iſta,Antichriſtus non eſt,qui erit relatiuum ſupponit, antecedente non ſupponente.

Argumẽtũ ¶ Contra dicta ſic,in iſta oratione, fœmina que clauſit,portam vitæ reſerauit:ly quę,eſt relatiuum ſubſtantie: tamen non ſupponit pro eo,pro quo ãtecedens: ergo maledictũ eſt ſupra,relatiuum ſubſtantie, referre ſuũ antecedens & probatur minor,quia antecedens ſupponit pro Eua,ipſa enim eſt que

Probatio minoris. clauſit portam:& tamen non ea eſt,quæ reſerauit,ſed beata virgo. Ad argumentum

Solutio. reſpondetur,verum eſſe,relatiuum ſubſtãtie non ſupponere ſicut ſuum antecedens, quando antecedens ſupponit ſuppoſitione ſimplici:hoc eſt,pro natura. (Vt ſupra diximus) ſuppoſitionem ſimplicem eſſe quando pro natura. Et quia in iſta propoſitione mulier,ibi, non ſupponit pro perſona aliq̃. Hac,vel illa,ſed pro natura feminea: ſic eſt vera propoſitio,quod illa que clauſit:apuit. Quia ſexus femineus. Si tamen ſuppoſitio, eſſet pro ſuppoſitis, relatiuum ſupponeret ſicut ſuum antecedens: & ſic eſſet falſum, quod mulier que clauſit,aperuit. Et hæc ſufficiãt de relatiuis,ex propoſito miſſa facientes:quæ Sumuliſtæ ſolent tractare, ad nauſeam vſq; (Atq; vtinam tam fructuoſe,quã labrioſe).Sed dolendum valde, quod in re nullius momenti,& quam ignorare forte eſſet opere pretium: fimbriãs ſuas dilatãt, vt ſapientes videantur Et ſic Dialecticam cõtaminauerũt,& in exilium relegarunt,

CAPITV. XXI.
de Ampliationibus.

Quid ſit ãpliatio. Ampliatio,eſt termini acceptio,in propoſiõe ad plures differentias temporis.Vt Adam fuit,antichriſtus erit,Ly Adam, eſt ampliatus, ad id quod eſt vel fuit. Sicut ly Antichriſtus, ad id quod eſt,vel erit.

Aſſignatur alia amplia tionis diffi nitio.

¶Ampliatio etiam diffinitur ſic,eſt extenſio termini:à minori ad maiorem ſuppoſitionem. Vt extēduntur extrema huius propoſitionis,omnis homo poteſt eſſe beatus: admodum quo realis extenſio fit, alicuius rei ſenſibilis. Nam ly homo,ad id quod eſt, fuit,vel erit,& poteſt eſſe:extenditur,ratione de ly poteſt eſſe.

Ampliatio duplex.

¶Duplex eſt ampliatio.ſ.temporum tantū & remporum, & ſuppoſitorum ſimul. Prima eſt,terminorum ſingularū. (Vt in hac, Antichriſtus erit. Secunda contingit,quando terminus q ampliatur,eſt terminus communis. Vt in iſta, homo poteſt eſſe ſapiens. Ibi nō ſolum ad tempora eſt ampliatio:ſed etiam ad ſuppoſita, pro cognoſcenda ampliatione,ponuntur aliquæ regulæ.

1. Regula.

¶Prima,verbū præteriti temporis,ampliat terminos ante ſe. ad illud quod eſt vel fuit, & ſequentes facit ſolum ſtare,pro illo quod fuit. Vt in iſta,Adam fuit:ly Adam,ſtat pro illo quod eſt vel fuit. Et participium præteriti, habet eandem virtutem ampliandi. Vt in iſta, Adam eſt præteritis. Quod euenit,quādo in recto ponitur,nam in obliquo non ſic,vt in hac,ego video hominem præteritum.Ly ego,non eſt ampliatum.

2. Regula.

¶Secunda regula,verba futuri temporis, ampliant ante ſe:ad id quod eſt,vel erit :vt in hac,Antichriſtus erit.Et ſic ſimiliter,participium futuri temporis,& quod poſt ſe ſolum ad futurum.

3. Regula. Verbum poteſt, & aduerbiuꝫ poſſibiliter ad qualꝫ differentiam tempis ampliant,&ly neceſſario.

¶Verbum poteſt, & aduerbium poſsibiliter:ampliam terminos ante ſe, ad quatuor differentias temporum. Vt hic, homo poſſibiliter currit.Ly homo,ampliatur,non ſolum ad id quod fuit,eſt, vel erit: ſed ad id, quod poſsibiliter eſt. Et ſimiliter ly neceſſario,licet habeat quod terminos ante ſe, ſine aliqua neceſsitate appellat: ſed poſt ſe, cum neceſsitate. Ita,vt in data propoſitione:denotetur,curſum neceſſario conuenire homini. Et ſic hęc eſt vera,creans neceſſario eſt Deus:ſed hęc falſa,Deus neceſſario eſt creans. Qnia importatur in hac vltima, creare conuenire neceſſario Deo, cum tamen per voluntatem ſuam creauerit.

Deus neceſſario eſt creans propoſitio falſa, creans aūt neceſſario eſt Deꝰ catholica.

Hoc tamen quod diximus de ly poſsibile, intelligendum venit: quando capiuntur poſsibile,& poteſt:primæ intentionaliter. Nam ſi capiatur ly poſsibile,ſecundę intentionaliter,& vt facit modalem compoſitam(vt in hac)ſortem currere,eſt poſsibile: tunc non eſt terminorum ampliatio, ſed propoſitionis. Vt ſit ſenſus eſt hęc poſsibilis:ſortes currit. De hoc,in tractātu de modalibus.

¶Etiā hic oportet intelligere,quod ly poſſibiliter,& impoſsibiliter, & contingenter, teneātur aduerbialiter: nam ſi nominaliter non ampliant. Vt in hac,Deus eſt ens neceſſarium,Petrus eſt ens contingens.

¶Verbum deſinit,ampliat ante ſe, & poſt ſe:ad id qđ eſt, vel immediate ante hoc fuit & incipit,ad id quod eſt,vł immediate poſt hoc erit, 4. Regula.

¶Quinta regula,verbum,prius,ampliat ante ſe,ad id quod eſt,vel fuit:& poſt ſe, ad illud quod eſt vel erit. Vt in hac, Adam eſt prior Antichriſto: ſic ampliatur Adā, illud quod eſt vel fuit Adam:eſt prius illo: quod eſt,vel erit Antichriſtus. Et econtra contingit,in ly poſterior. Vt ſic, Antichriſtus eſt poſterior Adam, id quod eſt vel erit Antichriſtus:eſt poſterius eo quod eſt : vel fuit Adam. aliqua 5. Regula.

¶Sexta regula,verba quæ dicunt actum animæ interiorem,ampliant ante ſe, & poſt ſe:ad quinq; temporum differentias.Vt ly, imaginarie in hac, Petrus imaginatur eſſe Paulus. Sed alii termini,ſolum ampliant terminos poſt ſe,vt ſignificat,in hac, homo ſignificat hominem. Sed ly homo a parte ante,ad quatuor ſolum. Vt homo qui eſt,fuit, vel erit,vel poteſt eſſe. Verbum importans actum cognoſcitiuum,vel appetitiuum:terminos poſt ſe,ad quatuor. Vt cognoſco Petrum,diligo Petrum. 6. Regula.

¶Septima regula,nomina verbalia terminata in bilis, vel in tiuum: ampliant ad quatuor differentias,tam de formali quàm de materiali. Vt riſibile,flebile, amabile,docibile,appetitiuum &c. 7. Regula.

¶Ex iſtis, ſequuntur nonnulla concedenda:quę videtur abſurda. Iuuenis fuit ſenex, nam eſt ſenſus: qui eſt vel fuit iuuenis, fuit ſenex. Aliquis homo in ventre matris, fuit maior matre. Demonſtrādo hominem qui grandis effectus,fuit maior matre:nam hic fuit maior matre,& eſt vł fuit in ventre matris:ergo. Candela lucens eſt extincta, hæc candela eſt extincta:quæ eſt vel fuit lucens Lancea integra eſt fracta,camiſa fortis cre

Aliqua ſequuntur ex dictis regulis.

uit in orto meo,Sāſon in ventre matris,occidit ſeipſum:&Philiſteos:carnes comedendæ,ſunt digeſtę.

¶Similiter ſequitur ,ſenex erit iuuenis,aliqua mater ſine miraculo erit virgo: iuſtus iuſtè damnabitur, Nam dato peccatore, qui moritur in peccato , qui aliquando fuit in gratia:hic iuſte damnabitur, qui eſt , vel erit iuſtus,& ſimilia.

¶Nonnulla hic formantur argumenta,ſed eſt perdere tempus:quia hæc non ſerio tradenda,& ex propoſito:ſed per tranſenam, vt aiunt.

CAPIT.XX.SEQVITVR de reſtrictionibus.

Quid ſit reſtrictio.

RESTRICTIO EST, coarctatio termini à maiori,ad minorem ſuppoſitionem. Vt in hac homo qui eſt muſicus,diſputat Ly homo, coarctatur, vt ſtet ſolum pro muſico cum tamen indifferenter ſupponeret pro hoc, vel illo.

¶Sub aliis verbis dicitur,reſtrictio eſt acceptio termini, ad ſtandum pro paucioribus.

Differētia notāda inter hos terminos. Reſtrictio. Alienatio. Remotio.

¶Eſt tamen conſiderandum,differentiam eſſe inter iſtos terminos, reſtrictio , alienatio,& remotio. Reſtrictio enim tunc eſt, quando terminus qui ſtabat pro pluribus: ratione alicuius adiuncti ,pro paucioribus ſtat. Vt in exemplo poſito,& hic,homo qui currit: velociter ambulat , ly homo , reſtringitur.

¶Alienatio eſt,diſtractio termini, à magis principali ſignificato:ad minus principale. vt in hac,homo eſt pictus. Nā ſuum principale ſignificatum de ly homo, eſt viuum ſignificare: & ratione de ly pictus , alienatur ad ſignificandum,minus principale, & quod per analogiam ſignificat. Nam eſt Dialecticorum.

Regula.

¶Regula,ſi a parte ſubiecti ponatur aliqđ Analogū,& a parte prędicati, quod eſt minus principale ſupponit pro minus principali:ſub aliis verbis dici ſolet,talia ſunt ſubiecta:qualia permittuntur ab eorum prędicatis. Et ſic intelligunt,quod dato ſit verum,ſubiectum ſupponeret pro ſuo principaliori ſignificato,ſi a parte prędicati ponatur aliquod minus principale:alienatur. Vt in ſupra dicta,homo eſt pictus. Si tamē per ſe ſummeretur ly homo ſtaret pro ſuo famoſiori ſignificato. Nam omne Analogum per ſe ſumptum, pro ſuo famoſiori ſignificato ſtat. Vt in hac, homo eſt animal , pro homine viuo.

¶Remotio tunc vocatur, quando propter repugnātiam in adiecto,ex ſupponente fit non ſupponens Vt hęc,homo eſt irrationalis. Remouetur quidem,propter ly irrationale, rationale:quod vere conuenit homini & pro quo ſupponit.

¶Eſt notandum, ꝙ ſi determinatio & determinabile ſint in eodem caſu:ſiue ſit non vnica,ſiue vnica:mutuo ſe reſtringunt. Vt hęc,homo albus,vel albus homo. Sed ſi non ſint in eodem caſu, tunc determinabile reſtringitur a determinatione. Vt in iſta,hominis equus currit. Ly hominis reſtringit determinabile equus:vt ſolum pro equo hominis:ſiue ſit non vnica. Vt patet in exemplo:ſiue vnica vt equus hominis &c. Relictis aliis,quæ adduci ſolent,ponuntur nonnullę regulę ad argumentandum,in amplis & reſtrictis.

¶Prima regula,a non amplo, ad aplum affirmatiue: ſine diſtributione magis ampli valet. Sequitur bene,homo eſt ſapiens: ergo,vel eſt,vel fuit ſapiens. Sed non valet, cum diſtributione : quia non valet , omne animal eſt homo:ergo omne animal poteſt eſſe homo. Nam caſu quod ſolum ſint homines in rerum natura, & nullū ſit animal: antecedens eſt verum,conſequens eſt falſum. 1. Regula

¶Secunda regula,a nō amplo, ad amplum negatiue,non valet. Adam non eſt homo ergo Adam non fuit homo. 2. Regula.

¶Tertia regula,ab amplo,ad non amplum affirmatiue:cum diſtributione ampli,&poſita conſtantia non ampli: valet argumentum,vt ſic. Omne animal poteſt eſſe homo, & omne animal eſt:ergo, omne animal qđ eſt,poteſt eſſe homo. 3. Regula.

¶Quarta ab amplo , ad nō amplū negatiue optime:nullum animal poteſt eſſe homo:ergo nullum animal eſt homo. 4. Regula.

¶Solent

Dubium.

¶ Solent hic ꝓponere nonnulla dubia, ſed quia ad ſolidiora tendimus: ſolum quęritur Vtrum hęc ſit vera? omne quod erit, eſt.

Reſpondetur] ſub diſtinctiōe ad dubiū.

Reſpondetur diſtinguendo, nam vel ly qđ ponitur differētialiter .i. reſtrictiue, vel participialiter: ſi primo modo, ſic eſt verum: qa ly ens, reſtricte tenetur in ordine ad vtrāq; differentiam. Facit enim iſtum ſenſum, ens quod erit, & eſt: eſt. Et ſic nulli dubium quin verum ſit. Si enim quod erit eſt, haud dubie eſt: ſi tamen participialiter ſummatur, falſum eſt. Significans quod omne futurum eſt, nam Antichriſtus futurus eſt: qui tamen nondum eſt. Et ſimiliter eſſet dicendum de iſta, omne quod fuit eſt: nam ſi differentialiter tunc vera eſſet, & faceret iſtum ſenſum: omne quod fuit, & eſt, eſt. Si tamen participialiter, eſt falſa: quia tunc facit iſtum ſenſum, omne præteritum eſt. Adam fuit tamen qui modo non eſt.

Nota in quo ſenſu vera, & in quo falſa ſit hęc ꝓpoſitio, omne qđ fuit eſt,

In iſtis enim datis propoſitionibus: omne quod fuit eſt, & omne quod erit eſt fit reſtrictio de li ens, incluſum in ly omne, & ſic differentialiter ſumptum: ſupponit ly ens, ſecundum exigentiā copulæ principalis, quæ eſt, ly eſt. Et [illegible], ſolum ſubiectum diſtribuitur pro illis, qui nunc ſunt entia, in vtraq;. Et [illegible] in tali ſenſu, vtraq; vera ē: ad ſenſum dictum, & [illegible] ſimiliter eſt verum, in eodem ſenſu: cum tali reſtrictione: omne quod poteſt eſſe, eſt. Et omne ꝓducibile, Deus produxit. Licet iſte omnes communiter negentur. Et eſt: quia communiter capiuntur participialiter. Ob quod non ſequitur, omne quod erit eſt, Antichriſtus erit: ergo, Antichriſtus eſt, & omne quod fuit ē, Adam fuit ergo Adam eſt. ſed oportet dicere in minori, & Antichriſtus eſt aliquid quod erit, & Adam eſt, aliquid quod fuit: & ſic eſſet bona conſequētia. Et antecedens eſſet falſum pro minori.

CAPITVLVM VIGESſimum tertium de Appellatione.

Quid ſit appellatio,

APpellatio eſt, applicatio formalis vnius termini ad ſignificatum alterius, vt in hac, Petrus eſt magnus muſicus. Applicatur formale de ly magnus, quod eſt magnitudo: ſignificatui de ly muſicus, Et ſic muſicus eſt, appellatio paſſiua: & ly magnus formalis, id eſt, terminus appellans.

Logici munus eſt appellationis conſideratio.

¶ Eſt conſiderandum, ad Dialecticum pertinere, huiuſmodi conſideratione: nā cum ſit muneris Logici, veritatem & falſitatem inquirere ꝓpoſitionis: & vltra ſuppoſitionum, & ampliationum, & reſtrictionū conſiderationem faciat ad veritatem propoſitionis appellatio: oportet de ipſa fiat ab eo mentio ſpecialis. Quod patet ex eo, quod ad veritatem huius, Petrus eſt magnus Logicus: nō ſolum facit notitiam habere, quomodo termini ſupponāt, vel amplient: ſed etiam, quomodo appellent. ſ. an magnitudo Petro conueniat, vel in quātum ipſe magnus eſt, ſtatura: vel ratione Logicę.

Connotatio & appellatio maxime differunt,

¶ Et cōnotatio, & appellatio differunt: nō eſt enim idē terminum eſſe connotatiuum ſeu connotare: & eſſe appellatiuum, ſeu appellare. Nam connotatio, eſt formalis vniꝰ ad materiale eiuſdem, vt ly album Sed appellatio, eſt applicatio formalis vnius, ad ſignificatum alterius materiale: aliquādo tamen, ratione formalis, aliquando ratione materialis, (vt dicemus.)

Appellatio in realem, & rationis diuiditur

¶ Duplex eſt appellatio, quędam realis, quę eſt ſignificati realis, alia rationis. Prima, vt in hac. Petrus eſt albus monachus. Ibi fit realis appellatio. Rationis contingit, in terminis importantibus actum intellectus, & voluntatis, vt in hac, Papam cognoſco, vel cognoſco Papam. Et ad cognoſcendam appellationem ſint regulę.

1, Regula.

¶ Prima, omnis appellatio fit, formalis ad materiale, ſed interdum ratione formalis: aliquando nō ratione formalis. Patet, quia ſi eſſet appellatio formalis, ad formale: hæc eſſet impoſſibilis, Petrus eſt albus muſicus quia nunq; albedo, poteſt conuenire muſicę: non eſt enim alba, vel nigra muſica. Et conſequenter hęc eſſet vera, Deus eſt creator lapideus: quia eſſet ſenſus quod creat lapides: ergo, ſemper appellatio eſt, formalis

lis ad materiale:ſed aliquando ratione formalis,& tunc,quando a parte ſubiecti ponitur ſubſtantiuum,& adiectiuũ a parte prædicati:tunc fit appellatio formalis ad materiale:ratione materialis. Vt in hac,Petrus ē Logicus magnus,tunc ly magnus,appellat ſupra materiale de ly Logicus:ratione materialis. Et ſic eſt ſenſus, quod magnitudo ei cõueniat,in quantum magnę ſtaturę eſt. Et ſic eſt vera hęc,de Chriſto:hic homo(eo demonſtrato) eſt ęternus:nam formale de ly ęternus. ſ. Aeternitas conuenit Chriſto homini,ratione materialis de ly homo ſ. ratione perſonæ ſeu ſuppoſiti, & perſona eſt ęterna,ob id vera. Et ſic in rigore,ſecundũ hanc conſiderationem,hęc eſt falſa,hic homo eſt factus,demõſtrato Chriſto: quia eſſet ſenſus ,quod factio conueniat homini Chriſto,ratione ſuppoſiti. Sed tamen cum ſuppoſitum ſit ęternum,non poteſt intelligi ſit factum,cum genitum,nõ factum· confiteatur Eccleſia. Propter hanc conſiderationem S.Tho.3.p.q.16.art.7.ad quartum ait.proprie loquendo hęc eſt vera,Deus eſt factus homo: quia factio terminatur ad formale de ly homo: & quia natura facta eſt,ſ. humana. Conceditur iſta,factus eſt homo, ſed iſta eſt falſa:homo factus eſt, quia denotatur factio conuenire ſuppoſito diuino. Hęc.S.Tho.

Quomodo ſe habeant duo termini poſiti a parte eiuſdem extremi habentes ſe tanq̃ ſubſtãtiuũ & adiectiuum.

¶ Quando ergo,a parte eiuſdem extremi, collocantur duo termini connotatiui , habentes ſe ſicut ſubſtantiuum & adiectiuum ſi adiectiuum pręcedat:appellat ſuum formale,ad materiale ſubſtantiui, ratione formalis, Vt in hac, Petrus eſt magnus Logicus. Magnitudo conuenit Logico, ratione formalis.ſ. Logicæ ob id etiam ſi ſit paruæ ſtaturę dum modo ſit magnus in Logica: eſt vera iſta, eſt magnus Logicus:licet eſſet iſta falſa,eſt logicus magnus &c. [redacted] ſecundum hoc eſſet dicendum, ꝙ iſta debet credi , factus homo de Chriſto:& hæc negari, homo factus:quia in prima,factio conuenit Chriſto homini,ratione formalis de ly homo,id eſt,ratione humanitatis. Et ſic etiam conceditur iſta,Deus ē homo ęternus,& negatur iſta,ęternus homo.

¶ Sed mirum eſt,quomodo catholicus hęc dicat,cum in ſymbolo,vbi fides noſtra ore ad ſalutem omnium profertur , dicitur. Et homo factus eſt. Et ſecundum hanc conſiderationem,eſſet ſenſus: quod ſuppoſitum diuinum,eſſet factum. Quod hereticum ē. Et beatus Ioannes ait , loquens de Chriſto. Et verbum caro factum eſt. Cum tamen in rigore iſto Dialectico,deberet dicere,& verbum factum eſt caro: vt factio conueniret, ratione carnis. Propterquod oportet affirmare incunctanter,& euangelium Ioannis verum, & Symbolum fidei eſſe infallibilis veritatis,quia Eccleſia ſic habet:quæ in illis quę fidei ſunt:non errat. [redacted] tamen Eccleſia habet, vt ſenſum catholicum retineat.licet non fuerit admodũ ſolicita,quibus verbis id proferat, ad ſeruandam Dialecticorum appellationem. Vt ſit ibi homo factus, ſenſus [redacted] catholicus. i aſſumpſit humanitatem. Sicut pater Auguſtinus,& alii antiqui ſunt intelligendi in bono & catholico ſenſu:quãdo dicunt,Deus aſſumpſit hominem. Vbi per ly hominem, intelligunt naturam humanam. Sic homo factus eſt,i.natura humana facta eſt. Vt ibi ly homo ſuppoſitione ſimplici ſupponat: & non perſonali. Hoc eſt pro natura , & non pro pſona.

Patres antiqui catholicè ſunt intelligendi.

¶ Licet hæc dicta ſint vere, & ad mentem Dialecticorum:nõ eſt ſub ſilentio tranſeundum. Quod B.pater Auguſtinus & Theologorum,& Dialecticorum Chriſtianorum vnicus, Ait, Indignum exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi:reſtringam ſub regulis Donati, Si ergo ſub regulis Donati, conſtricta nõ ſunt ſacra eloquia,multo minus ſub iſtis inuentionibus quas reiicit beatus Hieronymus.37.d.c.inuẽtionibus,&.c.Omne. Ait enim,non in Dialectica placuit Deo patri, & filio,& ſpiritui ſancto,regnũ Dei in ſimplicitate fidei eſt,non enim in contentione ſermonis. Quod intelligitur contra illos,q omnem ſuam fęlicitatem videntur ponere in iſtis:quæ non ſunt tanti momenti. Non enim ſani cęrebri eſt,in morari illis,quæ ſolum ſunt velut via, ad aliam ſcientiam pręſtantiſſimam(ob id ipſa Dialectica , potius modus ſciendi quam ſcientia vocanda eſt) Et ad propoſitum beatus Gregorius . 26. Moralium ait. Non intẽtio verbis,ſed verba intentioni debent deſeruire. 22.q.5.c. Humanę. Et beatus Hylarius lib.4.de Trinitate,intelligentia dictorum,ex cauſis eſt ſummenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed

Secũdum patrẽ Aug. verba cœleſtis oraculi nõ ſũt reſtringenda ſub Donati reglis, nec ſub iſtis ſophiſmatibus.

Dialectica potius modus ſciendi q̃ ſciẽtia venit nuncupãda,qa via ad alia.

ſed ſermo rei eſt ſubiectus. Et beatus Hieronymus ſuper epiſtolã ad Galathas, euangelium inquit, non eſt in verbis ſcripturarũ. ſed in ſenſu non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. Hæc ſint adducta, vt non dicat quis, impropriam eſſe locutionem ſcripturę: ſed capientes ſenſum verborum catholicum, id retineamus. Nam quandoquidem ſpiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei non eſt vnde maneat ſcrupulus.

2. Regula. ¶ Secunda regula, quando determinabile & determinatio diuerſorum caſuum, accipiuntur vnica acceptione: ſi alterũ, aut ambo fuerint connotatiui: denotatur, ſua formalia ſignificata ſuis materialibus conuenire, & ſimul tempore adiacere. Vt in hac, ego vidi Papam, ly videns, & Papam. Vbi ly videns determinabile, & Papã determinatio, fit: vt formalia materialibus, pro eodem tempore, & ſimul. Vt. ſ. viderim, & eo tempore: quo Papa erat. Et ſic hæc eſt vera, videntes Deum, ego vidi. Si aliquando vidi hominem, qui modo in cœlo eſt. Sed hęc eſt falſa, vidi videntes Deum, & hęc eſt vera: carnes crudas comedi, ſed hęc falſa ẽ: comedi carnes crudas quia capitur vnicè.

3. Regula. ¶ Tertia regula, modus affirmatiuus, vniuerſaliter modificans copulam propoſitionis, appellat vniuerſalitatem quam explicat: & ad vnionem extremorum, & ad materiale termini ſequentis, ratione formalis. Vt in hac, Deus neceſſario ẽ creans, eſt ſenſus: quod Deus, & creans neceſſario copulantur. Et quod neceſſarium, incumbit hoc quod eſt creare.

4. Regula. ¶ Quarta regula, nomen numerale, abſolutum, & primitiuum, adiectum termino ſubſtantiuo: appellat vnitatem, aut pluralitatẽ ad ſuppoſita ſubſtantiui ratione formalitatis ſubſtantiui. Sed adiectum connotatiuo, appellat vnitatem, vel pluralitatem, non ratione formę. Vt in hac, pater & filius, & ſpiritus ſanctus, ſunt tres Dii ille terminus numeralis tres, appellat ſupra ly Dii, tria ſuppoſita, ratione formæ: ob id illa negatur. Et in hac, tres omnipotentes, & tres ęterni ſimiliter. Ob id dicitur in ſymbolo, vnus ęternus, vnus ops. Dixi qđ ſit primitiuũ, nã ſi deriuatiuũ nõ eſſet talis appellatio. Ob id conceditur iſta, vnus Deus, trinus in perſonis, & eſt triplex Deus, poſſet concedi: quia tunc eſſet appellatio ad ſuppoſita, ſed non ratione formę Et ſic, cum ſint tres perſonę eſſet vera, etiam cum vnitate eſſentię.

CAPITVLVM. XXIIII.
De appellatione rationis.

TERMINVS IMportans actum animę interiorem, appellat proprium conceptum termini immediatæ ſequẽtis, ſupra eius ſignificatum. Vt in hac, cognoſco Imperatorem. Denotatur, quod eum cognoſcam, ſub proprio conceptu, ſ. Imperatoris. Dixi termini immediatè ſequentis, quia pręcedentis appellat, ſiue proprium: ſiue communem. Vt in hac, Papã cognoſco. Sufficit eum cognouiſſe, quando erat Cardinalis, licet poſtq̃ Papatum conſequutus eſt: non cognouerim. Dixi importantem actum animę interiorem, quia de exteriori non eſt neceſſe. Vt vidi hominem, nõ eſt neceſſarium, ſub proprio conceptu.

¶ Ponitur modus arguendi, in huiuſmodi appellationibus, ab appellante propriũ conceptum, ad non appellantem: bona conſequentia. Vt cognoſco Papam: ergo, Papam cognoſco. Sed non econtra: quia eſt virtualiter argumentari, à non amplo ad amplum & ab inferiori ad ſuum ſuperius. Modus arguendi in appellationibus.

¶ Ex quo patet in rigore Dialectico: hanc falſam. Homo ſignificat aliquid: quia non ſub proprio conceptu, ſed cõceditur, in bono ſenſu: ac ſi pręcederit.

CAPITVLVM VIGESImum quintum de Exponibilibus.

Sequitur

CAPITVLVM. XXV.

SEQVITVR PRO complemēto introductionum, ad ipſam ſolidā Dialecticā: de exponibili propoſitione aliquid adducere. Quæ ſic diffinitur, eſt propoſitio obſcurum habens ſenſum, ratione ſigni in ea poſiti. Vt hæc tantum homo eſt animal.

Quid ſit propoſitio expōibilis.

¶ Propoſitio exponibilis multiplex, ſ. excluſiua, exceptiua, reduplicatiua.

¶ Excluſiua, quę habet ſignum excluſiuum vt ſunt, tantum, tantūmodo, ſolum, ſolummodo. Quę ſi habeat ſignum excluſiuum affirmatum, ſic habet exponi, tantum homo eſt animal: homo eſt animal, & nil non homo eſt animal. Prima dicitur pręiacens & in ſecunda prima negatio capitur negan ter, & ſecunda infinitanter. Et vbi ly tantum negatur, fit expoſitio per diſiunctiuā, compoſitam ex partibus cōtradictoriis, copulatiuę datę Vt ſic, non tantum homo eſt animal, nullus homo eſt animal: vel non homo eſt animal. Et alio modo, affirmatiua poſſet exponi ſic: tantum homo eſt animal, & nichil aliud ab homine eſt animal: & ſi aliquid eſt homo, erit animal.

¶ Exceptiua omne animal pręter hominē, eſt irrationale. Sic exponitur, non homo eſt irrationale, & omnis homo eſt animal: & nullus homo eſt irrationalis.

Re duplicatiua.

¶ Re duplicatiua, homo in quantū rationalis, eſt riſibilis. Sic, homo eſt rationalis, & homo eſt riſibilis: & omne rationale eſt riſibile, & ſi aliqd eſt rationale, illud erit riſibile.

¶ Propoſitio in qua ponitur comparatiuū, vt omnis homo eſt fortior leone. Sic homo eſt fortis, & leo eſt fortis: ſed nullus leo ita fortis, ſicut homo.

¶ Propoſitio de, differt, homo differt ab angelo: ſic, homo eſt, & omnis angelus eſt: & homo non eſt angelus.

¶ Propoſitio de incipit, homo incipit eſſe currens: ſic, homo nunc non eſt currens: & mox erit currēs. Et de deſinit oppoſito modo, ſic, homo nunc eſt currens, & mox poſt hoc, non erit currens.

¶ Ly infinitum ſumptum cathegorematice, nō reddit propoſitionem exponibilem: ſed valet tantum, ſicut res infinita. Sed ſincathegorematicè, pōt exponi infinitè magnus eſt aliquis homo: ſic, aliquantum magnus eſt aliquis homo, & non tam magnus eſt aliquis homo, quin maior ſit aliquis homo: & hæ infinitę partes ſunt incōtinuo, ſic aliquæ partes ſunt incontinuo: & non tot quin plures. Quando ly infinitum, eſt prædicatum ſequens copulam: capitur cathegorematicè.

¶ Hic aduertendum, quod ſi aliquis terminus communis pręcedit ſignum exponibile: anteq̄ propoſitio exponatur, oportet aſcendere, vel deſcendere ſub eo, & poſt vnā ſingularem exponere. Vt in hac, omnis homo eſt tantum diſciplinabile, oportet primo ſub ly homo fiat aſcenſus. Nota.

¶ Hic eſt finis terminorū, & ſuppoſitionū, & ampliationum. Quæ omnia velut præludia quędam tradi ſolent iuuenibus: ante ipſam ſeriam Dialecticam. Et licet prolixius ab aliquibus, adhuc iſta quæ præābula ſunt tradātur: voluimus medium tenere, quem ſemper tenuere beati: an vero conſequuti ſimus? Aliorum ſto iudicium. Tradere enim omnia quę ab Enzinas, Coeto, Soto, Spinoſa, Naueros, Sbarroya, Coronelo, & cęteris huius claſis viris traduntur: non eſt viſum expediens. Cum ſęculum iam alio tendat, & ex decrepita ętate, in iſtis ſummulis & ſophiſmatibus, rurſus videatur iuueneſcere: & ad ſobrietatem ſapere. Circuncidentes, & pęnitus amputantes: quæ operępretium non ſunt. Ipſam Dialecticam, caſtam, purā, tradentes: vt fecit Iacobus Faber, tam in paraphraſi: quàm in ipſis introductionibus ad eandem. Et fecit Ioannes Cęſareus, idem & Titilman. Fecerunt & alii, licet iſti vltimo nominati, ſic calamum temperauerunt vt ſicut ſolent qui virgam curuam in rectū deducere volunt, in aliud cōtrarium extremum declinare: ſic vt in medio manens, rectum teneat. Nos tamen, quia eorum dexteritatem, & conſilium intelleximus: quippe qui exploratum babeamus, ex propoſito difficilia quę conducere poſſent, prudenter reliquiſſe, ne ſi eorū fieret ſermo etiam in fructuoſa & ſpinoſa traderent. In animo firmatum habemus, optima quæ tradidit Titilmanus, in medium adducere & alias quęſtiones quæ conducere poſſunt, & ali cuius momenti habentur non ſico pede pertranſire. Et ſic omnibus erit ſactisfactū. 2. Ethi. c. vI

Et

Etquam ſit neceſſarium manum temperare ab illis quę non conducunt quęſtionibus & argumentis. Non grauabor quæ quidam non pœnitendus author bonarum literarum exemplar non vulgare, cum religioſa grauitate adiunctum in ſuo ſententiarum primo de reſtituta Theologia adducit lib.1.capit.7. Sic quid de Dialectica dicam? me tempus defficeret ſi eius exilium, & iuſtiſsimas quęrelas & fontes, vnde id euenerit, in pręſentia narrarem. O ignorantiſsimos & garrulos Sophiſtas: nã vos mea petit oratio, laxos dico, Enzinas, Dullartos, Pardos, Spinoſas, Coronelos, quadrupertitos, & reliquos huius farinę mixtas cur venuſtiſsimam puellam è noſtris finibus relegaſtis? Cur ſophiſticem (quę Hebręis, Caldęis, Aegyptiis, Arabibus, Gręcis atq; Latinis ſemper ludibrio fuit,) in ſcholas ſanctiſſimas Chriſtianorum in vexiſtis? Tam vilem rem exiſtimaſtis eſſe veritatẽ pro qua aſſerenda Chriſtus mortuus eſt, qua Dialectica tanq̃ inſtrumento vtitur, vt ob vaniſſimam oſtẽtationem, popularemq; auram, quam ſophiſticę conciliat decreueritis Dialecticè bellum inferre. Quę quę ſua ſunt ſimplici filio inquirit, inuenta tueatur, errores profligat, errantes redducit cæteraq; agit, quæ decent Theologię fideliſsimam ancillam. Vos vero loco veritatis quæ ſimpliciſſima eſt, monſtra illa ſuppoſitiones, obligationes, exponibilia, inſolubilia calculationes & reliqua interminata & quaſi quodã falſitatis pelagus nobis diſcenda tradidiſtis vt obrueritis candida iuuenum ingenia, vt inter tot laqueos tenebras, & ſalebras ac ferrea vincula quaſi ad Syreneos ſcopulos hęreant ad veritatis lucem nunq̃ perueturi, &c. hęc illę.

CAPITVLVM PRIMVM DE NOMINE.

POST TRACTAtum terminorum, ſuppoſitionum, ampliationum, & appelationum: ſequitur tractatus, de oratione Qui correſpondet libro Perihermeni Ariſto. Et ſequentes textum Petri Hiſpani, primo de nomine differendum.

Diffinitio nominis.

Textus.

¶ Nomen, eſt vox ſignificatiua ad palcitum, ſine tempore: cuius nulla pars ſęparata, aliquid ſignificat, finita, & recta Vox in iſta diſtinictione, ponitur loco generis: ſignificatiua, ponitur ad differentiam vocis non ſignificatiuę, ad placitum: ponitur ad differentiam vocis ſignificantis naturaliter: ſine tempore ponitur ad differentiam verbi, quod ſignificat cum tempore: cuius nulla pars ſęparata aliquid ſignificat, ponitur ad differentiam orationis, cuius partes ſęparatę aliquid ſignificant: finita, ponitur ad differentiam nominis infiniti: quod non eſt nomen ſecundum Logicũ, ſed nomen infinitum, vt non homo, non equs. Recta, ponitur ad differentiam nominum obliquorũ, vt Catonis, Catoni, quæ non ſunt nomina, ſecundum Dialecticum: ſed nomina obliqua, vel caſus nominum: vnde ſolus rectus caſus: dicitur eſſe nomen.

diffinitio

Glosa.

¶ Quia iſte tractatus de propoſitione eſt, & propoſitio conſtat ex nomine, & verbo, tanq̃ ex partibus principalibus merito primo à nomine. Et quia ſingulę particulę diffinitionis declarantur in textu, nõ oportet repetere: ſed ꝑ ampliori declaratione fiat argumentum.

1. Argumẽ

¶ Sic, hic terminus armiger, & paterfamilias, eſt nomen: & tamen eius partes ſęparatę aliquid ſignificant: (vt conſtat) nam de li armiger, partes ſunt, & arma & gero, &c. quę partes ſignificant ſeorſum, & paterfamilias ſimiliter: ergo.

¶ Ad

Solutio. ¶Ad hoc argumentū, non eſt difficile reſpondere, prę ſuppoſitis quę diximus: quando de termino complexo. Hic enim author per illam particulam cuius nulla pars ſeparata: voluit excludere complexum terminū. à ratione nominis. Et ſic ſi equiferus, armiger, & cętera alia, quę ſunt compoſitę figurę ſunt complexa: non erunt nomina. Et ſi ſunt incomplexa habebunt rationem nominis: & quia ibi diffinitum eſt, & ita res ſe habet, illa eſſe incomplexa: eo quod licet habeant partes ſignificantes, non tamē iuxta ſignificationem totius, quia ſignificatio totius, nō reſultat ex ſignificationibus partium. Nam etiam ſi partes deponantur a ſua ſignificatione, totum nihilominus idem ſignificabit. Quia etiam ſi pater nil ſignificet, & familias non ſignificet familiam: paterfamilias ſignificabit, hominem qui præeſt in domo. Et ſic remanet ſolutum argumētum. Talia enim nomina ſunt, & incomplexa vocantur. Ob id partes ſeparatę non ſignificant, iuxta ſignificationem totius.

Nomina cōpoſitę figurę ſunt incōplexa.

2.Argumē ¶Secundo arguitur contra illam particulam finita. Nomen infinitum eſt terminus cathegorematicus. ergo, & nomen. Nam ſignificat aliquid, vel aliqua, & poteſt reddere ſuppoſitum verbo. Quod patet, quia Ariſto. 2. Perìher. ex terminis infinitis propoſitiones componit. Et patet in hac, non homo ſentit &c.

Ariſto.

Solutio. ¶Ad hoc ſuppoſito, ly non capi poſſe neganter, & infinitāter: (vt ſupradictum eſt) & quando infinitanter virtus eius nō tranſit vltram terminū cui immediate additur & infinitat ipſum, quia facit ſtare pro omni alio a re illa, quā negat. Vt non homo ſtat pro omni illo, quod non eſt homo. Et qa nomina eo ſunt inuenta, vt res ſignificēt, & oſtendant: & nomen infinitum nullā rem determinatè ſignificet: ſed potius negat, hinc eſt, quod excludi debuit à nominis ratione.

Nomina eo inuenta vt res oſtēdant.

¶Ad formam argumenti, concedo quod ſit cathegoreuma: ergo, eſt nomē, nego conſequentiam. Et ratio eſt, quia non vnā rem determinatam ſignificat, quod requiritur ad nominis rationem. Et quando infers, ex eis componitur propoſitio, concedo: ergo, eſt nomen, vt hic loquimur: nego. Quia Ariſto. ait, propoſitiones conſtare ex nomine: aut ex infinito nomine, & verbo. Vbi fecit diſtinctionem, inter nomen abſolute: & nomen infinitum.

Ariſto.

¶Tertio ſic argumentor, ly hominis eſt purum cathegoreuma: ergo, eſt nomen. Patet antecedēs, tum quia ſignificat aliquid, tum quia poteſt eſſe totale extremum. Vt hic, hoc animal eſt hominis. 3. Argu.

¶Ad hoc concedo, quod eſt categoreuma. Sed negatur conſequentia: quia requiſitum eſt, ad hoc quod ſit nomen, quod poſsit, per ſolam verbi additionem: propoſitionē conficere, i, quod perſonaliter ſumptū: poſsit reddere ſuppoſitum verbo perſonali, indicatiui. Et dato poſsit eſſe prędicatum: quia non poteſt eſſe ſubiectum, non eſt nomen. Solutio.

¶Hic ſolet quæri, vtrum nomen analogicè dicatur de mentali, vocali, & ſcripto. Sed quia ad rem nil facit: prætermitendum eſt. Nam cum nomen a nominando: videtur quod proprie vocali, & ſcripto conueniat.

CAPITVLVM SECVNdum de verbo.

Textus.

VERBVM EST vox ſignificatiua ad placitum cum tempore: cuius nulla pars ſeparata, aliquid ſignificat, finita & recta cum tempore.

Verbū diffinitur.

Ponitur ad differētiam nominis, quod ſignificat ſine tempore, finita: ponitur ad differentiam verbi infiniti, vt nō diſputat, non laborat, quę non ſunt verba ſecundum Dialecticum: ſed verba infinita. Recta: ponitur ad differentiā verborum obliquorum, vt diſputabat, diſputauit, qūę non ſunt verba: ſed verba obliqua. Vnde ſolum verbum indicatiui modi pręſentis temporis: ſecundū Dialecticum, dicitur eſſe verbuur. Reliqua vero verba, eiuſdem modi, & aliorum modorum: dicuntur verba obliqua. Alię vero particulę, ponuntur hic eadem

Eadem r̃atione,qua in diffinitione no-
minis. Et ſciendum eſt ꝙ Dialecticus: ſo
lum ponit duas partes orationis. ſ. no-
men,& verbum:alias appellat ſincathe
gorematicas.i,conſignificatiuas.

~~Glosa~~.

1. Argum. ¶Contra prędictā verbi diffinitionem, eſt
argumentū hi termini tempus, cœna pran-
dium,cras,diſputans. Significant cum tem
pore, & tamen non ſunt verba: ergo, male
poſita eſt diffinitio. Et quidem quod illa cū
tempore ſignificent,patet,quia in ſuis ſigni
ficationibus includunt tempus.
1.Notan. ¶Pro ſolutione argumenti notandum,dif-
ferentiam eſſe inter hęc ſignificare tempus
& connotare tempus,& ſignificare aliqua-
liter explicabile per tempus, & ſignificare
cum tempore Nam hi termini mēſis, dies,
annus ſignificant tempus,& certas menſu-
ras eius:pro quibus ſupponunt, ſicut homo
hominē ſignificat,& pro eo ſupponit pran-
dium cœna,&c. Significat de materiali, a-
ctiones, connotando fiat tali tempore. Sed
hęc,aduerbia heri,cras:ſignificant aliquali-
ter,ſicut ſincathegoremata, explicabile ta-
men per terminos importantes tempus.
¶Significare cum tempore, eſt ſignificare
actionem,vel paſsionem : in ordine ad ali-
quam differentiam temporis. Vt diſputat,
legit,amat.
2.Notan. ¶Secundo notandum, hos tres terminos
lectio,legens,legit,eandem actionem ſigni
ficare. Sed primus in abſtrato. Scundus in
concreto, quia eam ſignificat, vt in aliquo
connotatiue.vt.ſ.eſt in actuali fluxu, & mo
tu:& idem etiā tertius.ſ.legit. Ob id omne
aduerbiū,quod verbū modificat:etiā & mo
dificat parricipiū: ſed non nomen verbale,
quia dicimus diu legit,velociter legit,& le-
gens,ſed non dicimus,diu lectio.
¶Ex hoc ergo,qđ tā verbū q̄ participiū de
notāt illā actionē,vt in fluxu & motu ē quæ
poteſt tempore metiri,ſequitur: ꝙ tam ver
bum,q̄ participium ſignificant cum tem-
pore,non quod cōnotent tempus : ſed quia
ſignificant actionem,vt eſt in actuali fluxu,
vel erit,vel fuit,ſecundum temporis diffe-
rentiam. Et quia talis fluxus,per tempus co
gnoſcitur dicitur,quod verbum ſignificet
cum tempore.

¶~~Sed tamē~~.3. notandū, participiū a verbo 3.Notan.
differre:qa dato ita ſit,& verbū, & partici-
piū illam importet actionē in fluxu. Sed tn̄
aliter verbū,& aliter participiū. Nā verbū,
per tēpus determinatum. Vt in futuro,ſi ſit
verbum futuri,& in præterito ſi ſit verbum
pręteriti:ſed participiū, ſine tali determina
tione:qa poteſt applicari legens,& ad futu-
rum,erit legens:& ad pręteritū, fuit legens:
& ad pręſens,eſt legens. Quod tn̄ intelligas
ſane,non quod in hac. Petrus erit diſputans
ly diſputans, actionem in futuro deſignet:
quia ſic, mutaret participium ſuam ſignifi-
cationem:ſed eſt ſenſus,quod illa pręſentia
litas,ſ,diſputans:futura eſt:& ſic in p̄terito.
¶His notatis dicendū ꝙ licet,cœna,pran- Solutio.
diū,cōnotent tēpus, etiā ly tēpus. Tempus
ſignificat,& ly heri,cras,& participiū etiam
cum tempore:tamen non ſunt verba : quia
tempus non ſignificat cum tempore deter-
minate & vnitiue, ſcilicet, illam actionem.
Vt eſt in fluxu,vel in fieri.
¶Secundo ſic arguitur principaliter,aliqđ 2. Argum.
eſt verbum,& tamen non ſignificat in ordi
ne ad aliquam differentiam temporis:ergo
male dictum eſt. Probatur, ponatur caſus,
quod ſit aliquis terminus,qui imponatur ad
vniendum ſubiectum cum prędicato,vt fa
cit ly eſt,in iſta:homo eſt animal, & poſito
cum hoc, quod non ſignificet in ordine ad
aliquā tpis differentiā:tunc talis copula,ver
bū eſt,& tn̄ non ſignificat cū tēpore:ergo.
¶Pro ſolutione argumēti, oportet notare,
ꝙ verbū abſolui a tēpore, nō eſt nō ſignifi-
care tēpus phyſicū: ~~qa ſic, oē verbū eſſet ab~~
~~ſolutū~~. Sed poteſt intelligi abſolui a tpe vno Nullū ver-
modo qđ ſignificet,& non in ordine ad ali bum ſigni-
quam differentiā tpis Logici. Et hoc eſt im ficat tēpus
poſsibile:qa eſt de intrinſeca ratione verbi phyſicum.
ſignificare p modū p̄ſentialitatis,vel futuri
tionis;vel p̄teriti. Alio modo poteſt intelli-
gi abſolui a tpe,qđ.ſ.ſignificet in ordine ad
quācunq̄ tpis differētiā,diſiunctim. De quo Dubium.
dubiū eſt,vtrū? dari poſsit vnus talis conce
ptus,q ſic ſignificet:aliqui putant poſſe dari
& ſic in iſtis ꝓpoſitionibus doctrinalibus.ſ.
omnis triāgulus habet tres angulos. Homo
eſt animal rationale: copula abſolui a tpe.
Sed hoc nō eſt neceſſarium dicere, ſed illæ
copulæ ſunt de pręſenti:licet ſint de actu ſi-
gnato. Ob id ad argumentum poteſt dici. Ad argu.

Practica scientia est Logica [illegible] quid Speculativa [illegible] Sententia

Solutio. ¶ Non poſſe dari copulam, quę ſic a tempore omnino abſoluatur: quin in ordine ad aliquam differentiam temporis Logici ſignificet. Et ſic nil probat argumentum: quia caſus non eſt poſsibilis, cum ſit de intrinſeca ratione verbi, importare hoc.

3. Argumẽ. ¶ Tertio ſic arguitur, cuiuſcunqꝫ verbi partes ſęparatæ, aliquid ſignificant: ergo, male dictum eſt, ꝙ verbum eſt cuius nulla pars ſęparata aliqd ſignificat. Patet antecedens, quia omne verbum adiectiuum eſt terminus complexus. & ſimiliter ſubſtantiuum, quando eſt ſecundum adiacens. Patet: quia legit, valet, eſt, legens: currit, eſt currens. Quę ſunt verba adiectiua: ergo, ſequitur.

¶ Pro ſolutione argumenti notandum omnia alia verba a ſum, es, fui, vocari adiectiua quia ſignificant actiones, ſeu paſsiones: quę rei poſſunt conuenire. Et ſum, es, fui, vocatur verbũ ſubſtantiuũ: quia eſſe ſignificat.

¶ Moderni ſummuliſtę fere omnes opinantur nullum verbum adiectiuum, reperiri in mente, nec ly eſt de ſecundo adiacente, ſed omne tale, ſubordinari actui verbali, & participio. Et ſic legit, ſubordinatur eſt legens, vt argumentum ꝓbat, ſed tamen quia hoc contra Ariſto. ſententiam, qui in ante prędicamentis, terminos complexos diſtinguit ab incomplexis: ponit exemplũ incomplexorum, per nomen & verbum adiectiuum, dicens Vt homo, & currit. Item quia cũ de ratione verbi ſit, quod ſit ſimplex: ſicut de ratione nominis, & Ariſtot. vocet verbum adiectiuum, verbum conſequenter ponit eſſe incomplexũ. Immo qui negat eſſe incomplexum, negaret eſſe terminum. Quia ly eſt diſputans, nec eſt incomplexus terminus, neqꝫ complexus logicę loquendo: cum illæ partes non ſe habeant, ſicut determinatio, & determinabile: nec ſicut coniungens, & coniungibile. Et tandem, ſic intelligunt: comentator, Boetius, ſ. Tho ipſum Ariſtot. ꝙ verbum ſit terminus incomplexus. Et mirandum eſt, vnde moderni ſummuliſtę occaſionem huius opinionis deſumpſerint: cum tam ſit aperte contra Ariſto. & omnes antiquos peripateticos.

Ad argu. ¶ Ad argumentum: ergo, nego verbum adiectiuum eſſe complexum in mente, immo iſta oratio, Petrus diſputat: in mente ſubordinatur vni, habenti ſolum duas notitias. Quarum prima, Petrum: & ſecunda diſputationem, in ordine ad ſubiectum ſignificat. Et ſimiliter hæc, homo eſt: in mente, ſolum duabus notitiis ſubordinatur. Quarum ſecunda vnitiue ſignificat, in ordine ad ſubiectum: nam ſicut reperiuntur in voce, vel ſcripto, ſic & in mente. Sic manet ſolutum argumentum.

¶ Quarto ſic arguitur, nullum eſt verbum infinitum: ergo, male dicitur in diffinitione verbi finita. Patet, quia ſi aliquod, maxime ly eſt, in hac: Petrus non eſt &c. Sed hic nõ, quia tunc vel negatio cadit in verbum, vel in participium incluſum: ſi primum: eſt verbum negatiuum, ſi ſecundum: eſt participium infinitum: ergo, nullum eſt verbum infinitum: quia vel ſenſus eſt, non eſt, vel eſt non ens &c. 4. Argu.

¶ Ad hoc argumentum, tenentes non dari in mente verbum incomplexum, & conſequenter dicerent, non dari verbum infinitum, & ſic dato vno inconueniẽti: aliud adderent. Ob id relicta tali opinione, qa non ad mentem Ariſto.

¶ Reſpondendũ eſt, diſtinguendo verbum & nomen, in mente vltimata, dupliciter poteſt eſſe infinitum, aut complexum: aut incomplexum. Complexum, vt ly non legit, ſuppoſito ly non, ſolum ly legit infinitet, quoad cathegorematicam ſignificationem Vel poteſt eſſe incomplexum, vt ſi totum ſit vnus ſimplex conceptus, ſignificans de formali negationem diſputationis Sicut ly non homo, negationem hominis: & ſic etiã dicendum, de ly eſt de ſecundo adiacente. Vtroqꝫ modo capiendo tale verbum infinitum, reſoluitur per ly eſt, & ſuum participium infinitatum. Vt ſic, non diſputat, ęquiualeat in conſequendo: eſt non diſputans. Solutio.

Primo modo capit, S. Tho, verbum infinitum, dicens in principio ſecundi Periher, quin dicit, verbum non poſſe in propoſitione infinitari: nam cum in hac verbi gratia, Petrus diſputat: prædicatum ſignificet actionẽ, per modum vnionis ad ſubiectum, non poſſet negatio negare tale verbum quoad ſignificationem cathegorematicam quando etiam negaret, quoad vnionem. Eo quod totum ſit vna ſignificatio. Sed cum extra propoſitionem, non exerceat illam vnionẽ verbalẽ, poteſt quoad cathegorematicam S. Tho.

gorematicam ſignificationē,ſolū negari,& ſic reperiri complexum infinitanter. Sed ſecundo modo,incomplexum,non repugnat infinitum poſſe reperiri in ꝓpoſitione. Ad formam argumenti,dicendū, ꝙ negatio cadit in verbum,& cadit in participium:& licet in participium cadat,vocatur verbū infinitū. Et quidē patet ex Ariſt. eſſe verbum infinitū,nam primo poſte. Arguitur ſic:ſtellę non ſcintillantes ſunt prope nos,planetæ non ſcintillant:ergo,planetę ſunt ꝓpe nos. Si ly non ſcintillant,in maiori non ſummeretur infinitanter,non valeret ſyllogiſmus: quia ſi negatiue ſummeretur:non poſſet cōcluſio eſſe affirmatiua: quia in nulla figura, vel modo:ſyllogiſtice colligitur cōcluſio affirmatiua:altera pręmiſſarum exiſtente negatiua:ergo,ſignum eſt,ab Ariſto. capi verbum infinitanter. Et tamen neutrū dicitur verbū,neq; in maiori:neq; in minori, ſicut nomē infinitū nō dicitur abſolute nomē ſic verbū infinitū : non dicitur abſolute verbū

Ad formā argumenti

Ariſt 1 poſter.tex.co. 30.

5. Argumē.

¶ Sic argumētor. 5. contra illam particulā, recta:diſputauit,eſt verbum obliquū, & tñ eſt vere verbum. Patet, quia ſi addatur nomen,erit propoſitio.ſ. Petrus. Et tamen ex nomine & verbo conſtat propoſitio:ergo, ſequitur, ꝙ diſputauit,eſt verbum.

Solutio.

¶ Ad hoc reſpōdetur,concedēdo ꝙ cū nomine conſtituit propoſitionē:ergo, eſt verbum:nego conſequentiā. Sed ſequitur ꝙ ſit verbum obliquum. Et ratio eſt,qa ſtricte loquendo de ꝓpoſitione:ſicut Dialecticus cōſiderat,ſola propoſitio de pręſenti in aperto eſt:nam propoſitiones de extrinſeco tempore,quales ſunt oēs alię,q̄ non ſunt de pręſenti:per ꝓpoſitionē de pręſenti regulantur Verum eſt [redacted],ꝙ verba indicatiui modi,pręteriti,vel futuri:proprius accedere,ad rationem verbi quam ſint verba alterius modi. Et ob id Ariſto. loquitur de verbis indicatiui modi,[redacted]:vt abſolute appellet verba eſſe, licet ſint de extrinſeco tpe. Et hęc de verbo dixiſſe ſufficiāt Sequitur conſequenter de propoſitione, & orōne, ſequentes Petrum Hiſpanum:[redacted] de ꝓpoſitione cathegorica,& q̄ntitate eius,& de oppoſitione, & ęqualentia in eis: & de ꝓpoſitionibus modalibus:& oppoſitione, & de hypothetica ꝓpoſitione,& de exponibilibus, & ſyllogiſmis, tandem ſequemur ordinem in iſta prima parte Dialecticę:quem ſequntur omnes moderni,in tradendis ſummulis:ante quā aggrediantur ipſam Dialecticam magnam Ariſto. Et velut colophonē mapponentes de topicis & elechis erit ſermo.

Ariſt. 1. Periher. c. 3.

CAPITVLVM TERTIVM de oratione.

Textus.

ORatio,eſt vox ſignificatiua ad placitum,cuius partes ſęparatę aliquid ſignificāt. Vt homo currit, eſt oratio,partes.n.ſęparatæ aliquid ſignificant. Nam ly homo,& ly currit,ſi ſæparentur:ſignificant. Et hoc poſitum eſt,ad differētiam verbi, nam licet verbum vox ſit ſignificatiua : non tamē habet partes quę ſęparatę ſignificent,cū ſit ſimplex vox. Vt legit currit.

¶ Oratio duplex eſt, perfecta:& imperfecta. Illa dicēda perfecta, quę perfectū ſenſum generat,in animo auditoris. Vt homo diſputat,imperfecta eſt, quę imperfectū ſenſum generat, in animo auditoris. Vt homo albus.

¶ Orationum perfectarum, alia indicatiua:vt homo diſputat, alia imperatiua. Vt Petre diſputa,alia optatiua. Vt vtinam eſſem Dialecticus. Harum autem ſola indicatiua , dicitur eſſe propoſitio: hęc ex Petro Hiſpano.

Gloſa.

¶ Ariſto.in.1.Periher.ſic habent verba Enunciatiua vero non omnis,ſed in qua, verum vel falſum eſt:non autem in omnibus ineſt. Vt depręcatio,oratio quidem eſt: ſed neq; vera neq; falſa. 1.Peri.c.4.

¶ Propō ergo,vt diffinitur a Petro hiſpano eſt orō,verū vl' falſum ſignificans indicādo Vt homo diſputat. Oportet.n. vt propoſitio omnis:oratio ſit. Et ſic ponitur ly oratio,tanquam genus, & ly verum & falſum (quæ nomina, aduerbialiter ſummuntur)

Diffinitur propoſitio

vt ſignificent vere vel falſe, poſita ſunt, ad differentiam aliarũ orationũ a propoſitione: quę nec vere, nec falſe ſignificant. Vt ſi Petrus diſputaret, vtinam Petrus legeret.

Quid ſit vere ſignificare. ¶ Significare vere, eſt ſignificare ita ſicut eſt: aut non ita eſſe, ſicut non eſt. Primũ propter propoſitiones affirmatiuas. Secũdum propter negatiuas, vt in hac, homo eſt diſciplinabilis. Homo non eſt brutum.

Quid falſe. ¶ Significare falſe, eſt oppoſito modo. Vt hęc, homo eſt brutum. Homo non eſt rationalis. Poſitum eſt in diffinitione, ly in dicando. nam ſicut Ariſto. in loco citato oſtẽdit, & Boetius, & .ſ. Tho. intelligit: nulla oratio, alia ab indicatiuo: dicitur vere vel falſe ſignificare. Quod ſuaderi poteſt ſic: verum vel falſum ſignificare, eſt eſſe obiectũ adæquatum aſſenſus vel diſſenſus in intellectu: ſed intellectus ſolum aſſentit, vel diſſentit orationi indicatiui: ergo, ſolum tales orationes propoſitiones ſunt. Manifeſtũ eſt.n. ſi intellectus apręhendat hanc, Deus crearet, Petrus diſputaret: non aſſentit, neq; diſſentit. Neq; diceret qs, ſic proferentem: vel verum dicere, vel mentiri. Ob id, qa in ly vere vł falſe, intelligebatur indicatiuam eſſe propoſitionem, vel orationem ſic ſignificantem. Ariſto. non addidit indicando, ſed Petrus Hiſpanus ad maiorem declarationem. propter nouitios id appoſuit.

Ariſto. Boetius. S. Tho.

Nota. ¶ Verũ conſiderandũ eſt, non ſic dici indicando, vt ſolũ pciſe, orões indicatiui modi ſignificent verum vel falſum. Nam licet hoc teneat verũ, in cathegoricis, cũ nulla cathegorica alia ab indicatiuo, ſignificet vere uel falſe: non tñ eſt verũ in propoſitionibus hypoteticis, quę verũ vel falſum ſignificãt licet non ſint orões modi indicatiui. Vt hęc ſi Petrus curreret, Petrus moueretur: eſt ſignificans vere vel falſe: ergo, ly indicãdo, tantũ valet: ſicut enuciando, ſeu affirmando, vel negando. Sic.ſ. vt ſit obiectum aſſenſus vel diſſenſus.

Propoſitio diuiditur. ¶ Duplex eſt propõ, vera & falſa: vera illa ẽ q̃ ſignificat ita eẽ ſicut ẽ.ł. nõ ita eẽ ſicut nõ eſt. Falſa ꝓpoſitio, oppoſito mõ. Simili mõ põt diffiniri, ꝓpoſitio poſsibilis, neceſſaria, contingens, & impoſsibilis. Sed tñ oportet adere in diffinitione propoſitionis vere, eſt quę ſignificat ita eſſe ſicut eſt non ſe falſificans.

Quid ꝓpõ falſificans. ¶ Propoſitio ſe falſicans, illa eſt: q̃ ſic ſe habet, quod ex eo qđ ita eſt, ſicut per ipſam ſignificatur, aut ex hoc, cũ vero, vel verис: ſeqtur eam eſſe falſam. Exemplũ primi de hac. Hęc eſt falſa, quę ſe demõſtrat: nam ad ipſam ſignificare ſicut eſt: ſeqtur eam eſſe falſam. Exemplũ ſcdi, omnis ꝓpoſitio eſt falſa. quę cũ vero, vel veris infert ſe eſſe falſam. Nam bene ſeqtur, omnis ꝓpoſitio eſt falſa, hęc eſt propoſitio: demonſtrando eandem: ergo, hæc eſt falſa, ex vero, vel veris ſeqtur eam eſſe falſam. Ob id ad propoſitionem eſſe veram, ſufficit ſignificet ita eſſe: ſicut eſt, non ſe falſificans.

¶ Solet etiam ꝓpoſitio diſtingui, quædam enim eſt creata alia increata. Quędam item de ly eſt ſcdo adiacente, quædam de ly eſt. Tertio adiacente: item quędam de actu exercito, quędam de actu ſignato.

¶ De prima, dicunt qdam, Deum eſſe ꝓpoſitionem increatam: quia cũ ſit omniũ notitia, diſtinctius adhuc repręſentat hominem eſſe animal: quam iſta id ſignificet, homo ẽ animal. Ob id poſſet qs dicere, eſſe propoſitionem increatam: ſed tñ non videtur proprie dictũ. Propoſitio de ly eſt, ſcdo adiacẽte eſt: qñ ſummitur propoſitio ſine prędicato expreſſo. Vt in hac, homo eſt. De tertio adiacente, vt hic: homo eſt animal, de actu exercito, qñ illud qđ ſignificat: exercet, de actu ſignato, qñ ſignificat: licet nõ exerceat vt quando de diffinitione loquti ſumus, diximus verba in diffinitionibus, non dicere actũ: ſed aptitudinẽ. Nam licet homo non ſit, hęc eſt eius bona diffinitio: eſt animal rationale. Vbi ly eſt, eſſet copula de actu ſignato, & non de actu exercito.

¶ Contra prędicta ſic, propoſitio non ſignificat de totali ſignificatione, aliquid, neq; aliqua, neq; aliqualiter: ergo nec vere neq; falſe: cum vere aut falſe, oportet ſit: aliquo dictorum modorum. Probatur quia propoſitionis ſignificatum, neq; eſt aliquid, neq; aliqua, nec aliqualiter. Nam Petrus eſt homo, ſignificat Petrum eſſe hominem. Et ſic Petrum, & hominem, & hoc non eſt aliqualiter ſignificare: ergo, non eſt bene poſita diffinitio propoſitionis. 1. Argu.

¶ Ad hoc reſpondetur. propoſitionem vere ſignificare aliquid, vel aliqua. Et quando argumentaris, non ſignificat aliquam rem, neq; aliquas res: immo ſignificat. Sed illam Solutio.

rem

rem,vel illas res quas ſignificat:eſt aliqualiter.i.vnitiue,ac ſi diceremus,non ſignificat aliquid,ſicut ly homo, ſeorſum: neq̃ aliqua ſicut homines:ſed tñ qa vnitiue in propoſitione,ſignificat Petrũ eſſe hominẽ: aliquid ſignificat,& aliqua: ſed hoc eſt aliqualiter, id eſt,vnitiue in propoſitione.

2.arguitur

¶Secundo ſic,hęc oratio.Canis eſt ſubſtãtia,vere vel falſe ſignificat:(vt cõſtat) & tñ propoſitio non eſt:ergo:patet,qa eſt propoſitiones:ergo non eſt propoſitio.Nam non ſolum de cane domeſtico,ſed de ſydere cęleſti,& de piſce marino dicitur.

Notãdum.

¶Pro ſolutione notandũ,ꝙ hic, propoſitio vna:ſummitur ꝓ vniuoca.Hoc eſt,quę conſtat ex terminis vniuocis,& propoſitio plures,eſt illa:quę ęquiuoca eſt,ſiue cathegorica ſit:ſiue hypothetica.

Quid ꝓpoſitio plures

¶Eſt conſiderãdũ,ꝓpoſitionẽ ęquocã eſſe qdem vnã voce:ſed in mẽte pluribus incõiunctin ſubordinatur. Non.n.in mẽte ęquocatio eſt,ſicut in voce,vel ſcripto. Nã hæc, canis eſt ſubſtãtia,cũ ly canis ęquoce & æque primo,illa tria ſignificet: ſubordinatur illis tribus.ſ.ſydus cęleſte eſt ſubſtantia, piſcis marinus eſt ſubſtantia. Et ſcdm quamlibet ſignificationẽ,eſt propoſitio: nam quilibet terminus ęquocus,ſcdm quãlibet ſingularem ſignificationẽ,eſt vniuocus ly canis. Vt ſolum de domeſtico dicitur, tam vniuocus eſt:ſicut ly homo.

Non eſt equocatio in mente.

Dubitatur

¶Dubiũ ergo eſſet,an ſumpta illa ꝓpoſitione canis eſt ſubſtantia,ſcdm oẽs tres ſignificationes,ſit dicenda ꝓpoſitio vna,vel ꝓpoſitio plures? Et ad mentẽ Ariſto.eſſet dicendũ ꝓpoſitionẽ plures,nõ eſſe ꝓpoſitionem ſed eſſe ꝓpoſitiones.Nam inqt,1.Elen.Eadem eſt ratio ꝓpoſitionis,& vnius ꝓpoſitionis.Et,1.Periher.idem videtur ſentire. Nã cũ ꝓpoſitio a ſignificatione hẽat eſſe ꝓpoſitionẽ vbi pl'es ſigñationes,ibi ꝓpões pl'es: ſi illę ſignificationes vnã non faciant. Et ſic ad argumentũ nego ꝙ ſit orõ: qa nõ habet plures ptes,ſignificantes:iuxta ſignificationẽ totius:qa illę ꝓpoſitiones,qbus iſta vna ſubordinatur:nõ faciũt vnã. Vel,2.poſſet dici,cõcedo,ꝙ eſt orõ:& ſi infers,& nõ ſignificat vere neq̃ falſe:diſtinguendũ erit, in ſingulari verũ eſt,ſed in plurali ſigñat. Nã eo, qd' illa ꝓpoſitio virtute eſt plures,quibus in mẽte ſubordinatur: ſigñat vere pluraliter.

Adargu.

2.põt dici.

Quid ꝓpoſitio neceſſaria.

¶Hic ſolet diffiniri ꝓpoſitio neceſſaria, vt illa ſit quæ neceſſario ſignificat,ita eẽ: ſicut eſt,vel non ita eſſe,ſicut nõ eſt. Vt hęc,deus eſt omnipotens. Neceſſaria eſt, & Petrus non eſt Paulus. Vera neceſſaria eſt.

Quid propoſitio cõtingens.

¶Contingens illa eſt, quę contingenter ſignificat,ita eſſe ſicut eſt,vel non ita eſſe, ſicut non eſt. Vt Petrus currit. Et ſic de poſſibili,& impoſſibili.

Corrolariũ

¶Ex ſupra dictis,elici poteſt:non contingere in eodẽ ſenſu,eandẽ ꝓpoſitionẽ eſſe verã,& falſam:neceſſariam, & contingentem poſsibilẽ,& impoſsibilẽ nam hęc repugnãt. Verũ cũ non ſit in eodẽ ſenſu, id non repugnat.Patet:nam hęc,non Deus eſt,eſt vera, capiendo ly non,infinitanter & falſa,ſi neganter.Et eadem eſt poſsibilis infinitanter & impoſsibilis negãter.Et hęc nõ hõ eſt,capiendo infinitãter:neceſſaria:& capiẽdo negãter,cõtingens. Nã ꝑma dicit̃ de deo,q neceſſario eſt. Et ſcda de hoĩe,q põt non eſſe.

CAP.IIII.DE PROPOSITIONE Cathegorica & Hypothetica.

Textus.

PRopoſitionũ, alia cathegorica: alia hypothetica. Cathegorica illa eſt,quæ habet ſubiectũ, copulã,& prædicatũ: tanq̃ partes principales ſui. Vt homo diſputat:vbi ly homo ſubiectũ eſt,& ly diſputans eſt prędicatũ:& ly eſt,dicitur copula: quia copulat vnum cum altero.ſ.ſubiectũ cum prędicato.Cathegorica enim idem eſt, quod prędicatiua.

¶Subiectum eſt illud,de quo aliud dicitur.ſ.prędicatũ,& prędicatũ eſt,qd' de alio dicitur.ſ.de ſubiecto,in diffinitione ꝓpoſitionis cathegoricę,poſitũ eſt,qd' habeat ſubiectum,& prædicatũ, tanq̃ partes principales ſui: ad differentiam hypotheticę:quę licet habeat ſubiectũ, copulam,& prędicatum: nõ tamẽ ſunt illę partes principales, ſed cathegoricæ propoſitiones,vel cõplexa propoſitionabilia ſunt partes principales.

Glosa.

1. Argumẽ.

¶ Hic fit argumentum, hę omnes: tędet animam meam vitæ meæ, vrbem quam ſtatuo veſtra eſt, Deum amat Petrus, ſole lucente dies eſt clar⁹, ita eſt, ꝙ homo eſt animal, Petrus & Paulus eſt doctus Ly &, diuiſiue tẽto. Iſtę (inquam) ſunt propoſitiones: & tamen nulla earum habet ſubiectum, prędicatum, & copulam.

Solutio.

¶ Reſpõdetur primam eſſe cathegoricam illę .n. accuſatiuus, ſecundum conditionem illius verbi imperſonalis eſſe ſubiectum, & ſuppoſitum, & qđ ſeqtur eſt prędicatum. Ad eſſe ſubiectum, non reqritur ſit caſus rectus: ſed ſufficit det verbo ſuppoſitum. In ſecunda, vrbem quam ſtatuo, ille accuſatiuus in mente correſpondet nominatiuo, & ei ſubordinatur, & ſic eſt ſubiectum. Et in hac, Deum amat Petrus, ly Petrus, eſt ſubiectum. Et in hac, ita eſt, ꝙ homo eſt animal: ſubiectum eſt ly ita, aduerbium ſumptum pro nomine. De alia ſole lucente, dies eſt clarus, ſeu iocundus: cõmuniter tenent eſſe cathegoricã propoſitionem Vt ly dies ſit ſubiectum, ſole lucente prędicatum. Verum poteſt dici, eam eſſe hypoteticam: qa ſubordinatur, ſeu ęqualet hypothetice. Nam in mẽte ego concipio conditionalem: illa ꝓpoſitione audita. Et cum conditionalis ſit hypothetica, & ipſa ſimiliter erit, [redacted]. Habet .n. reprę ſentare, vt vna hypothetica, & ſic licet nõ habeat formalr̃ plures cathegoricas ſufficit habeat eas in genere ſigni: qa ſic dat intellectui intelligere, audita ea: ſicut ſi eſſent duę cathegoricę .ſ. ſol eſt lucens et ideo dies clarus, vel iocundus.

Vtrum ſincathegorema poſsit eſſe extremũ aut ps.

¶ Quia de extremis ꝓpoſitionis .ſ. ſubiecto & prędicato mentio facta eſt: eſt dubium, vtrum ſigna ſincathegorematica, fiant partes extremorum: vel poſsint eſſe extrema. Hoc eſt ſubiectum, vel prędicatum.

Nullum ſignum cui⁹ virtus tranſit vltra immediatum terminum efficitur ps extremi.

¶ Pro dubii ſolutione, ſolet hęc regula poni nullum ſignum, cui⁹ virtus tranſit, vltra terminum immediatum cui additur: efficitur pars extremi. Sed ſignum cuius virtus, non extenditur vltra immediatũ: efficitur pars extremi. Exemplum eſt, de ly omnis: in iſta omnis homo currit. Vbi ly omnis, neq; eſt ſubiectum, neq; pars ſubiecti: ſolum ly homo ſubiectum eſt: & ratio, quia virtus eius, non ſolum ad immediatum terminum, quẽ diſtribuit: ſed ad mediatum, quem confundit: ſe extendit, Sed ly non, qñ ſummitur infinitanter: vt in iſta, non homo currit, efficitur pars extremi: quia ſubiectum eſt hoc totum, non homo: quia virtus eius non tranſit, vltra terminum immediatum .ſ. vltra, ly homo. & huius regulæ ratio poſſet dari, qa ſi aliquis terminus, vel aliqđ ſignum, alicui alteri additur: & virtus eius tranſit vltra, nõ videtur cum eo alligari, neq; vnum conſtituere: ob id non efficitur pars eius extremi. Ratio regulę. Et ſic videtur, ꝙ hęc regula intelligenda ſit de ſignis vniuerſalibus, nam de particularibus, non eſt eadem ratio: nam licet in hac aliquis homo currit, virtus de ly aliquis, non tranſeat vltra ly homo: non tamen efficitur pars extremi.

¶ Etiam ponitur ſignum, ad cognoſcendũ quando ſigna efficiuntur partes extremorum. Signum vniuerſale, aut poſitum a parte p̃dicati poſt copulam, aut medians inter determinabile, & determinationem, acceptum vnice efficitur pars extremi. v.g. Vt in hac, Deus eſt omne bonum, & ly quilibet equs cuiuſlibet hominis eſt animal. Sed in hac Deus omne bonum eſt, et in hac hominis quilibet equs eſt animal: non ſunt hęc ſigna, partes extremorum. Hęc intelligi debent, de rigore ſermonis: videlicet, niſi ſupponatur oppoſitum.

CAP. V. DE QVANTITATE propoſitionis.

Textus.

Propoſitionum cathegoricarũ, alia vniuerſalis, alia particularis, alia indiffinita, & alia ſingularis. ¶ Vniuerſalis eſt, in qua ſubiicitur terminus cõmunis: ſigno vniuerſali determinatus. Vt, omnis homo diſputat, ille dicitur terminus cõmunis, qui eſt aptus, natus, de pluribus p̃dicari. Vt homo de Petro, & Paulo. ſigna vniuerſalia ſunt hęc, omnis, nullus, quilibet neuter & ſimilia.

¶ Particularis

¶ PArticularis illa eſt, in qua ſubiectũ eſt terminus communis: ſigno particulari determinatus, vt quidam homo diſputat. Signa particularia ſunt, aliquis, quidam, aliquod, alter, & ſimilia.

¶ Indiffinita eſt, in qua ſubiectũ eſt terminus communis: ſine ſigno. Vt homo diſputat.

¶ Singularis eſt, cuius ſubiectum eſt terminus ſingularis diſcretus, vel communis cum pronomine demonſtratiuo: primitiuę ſpeciei. Vt Petrus diſputat, hic homo diſputat.

¶ Terminus ſingularis ille eſt, qui de vno ſolum aptus natus eſt prædicari. Vt Ioannes.

Gloſa.

¶ In diffinitionib⁹ poſitis à Petro Hiſpano notandum: ꝙ dicit ꝓpoſitio eſt vniuerſalis, cuius ſubiectũ eſt terminus cõis: ſigno vniuerſali determinatus. Vt intelligas, nõ eſſe neceſſe pręcedat, ſi mõ determinet: vt ſi ornatus cauſa, qs dicat, homo quilibet, homo quidam, homo iſte. Prima vniuerſalis, ſcda particularis, & tertia ſingularis. Si ponatur copula, & prędicatum. Vt ſic, homo qlibet, eſt rationalis. Homo qdam eſt ſapiens: hõ iſte eſt doctus: iſte huiuſmodi ꝓpoſitiones, ſic faciunt ſenſum in mẽte: ſicut, ſi ſigna illa poſita eſſent ante.

¶ Circa diffinitionẽ indiffinitę ꝓpoſitionis nota has: incipit homo diſputare, tm̃ hõ diſputat, eſſe indiffinitas: quia illa ſigna p̃poſita: nõ ſunt quãtificãtia. Ob id, perinde eſt ſicut ſi addita nõ eẽnt. Et hęc, oẽ animal eſſe ſenſibile eſt neceſſe. Si ly oẽ ſit pars dicti: qa facit hunc ſenſum propoſitio, omne animal ẽ ſenſibile, eſt neceſſaria: ſi tñ ly omne diſtribuat, tũc eſt vniuerſalis qa facit iſtum ſenſum, omnis talis propoſitio, animal eſt ſenſibile eſt neceſſaria.

¶ Itẽ nota circa diffinitionẽ ꝓpoſitionis ſingularis. ſ. qñ termin⁹ cõis cũ ꝓnomine demõſtrante intelligitur, ſi ſit ſingularizabilis quia hęc, hęc eſſentia diuina eſt Deus: [redacted] credo nõ eſſe ſingularẽ, quãtũcunq; cum ꝓnomine demõſtratiuo ſũmat: qa eius ſubiectum de pluribus verificatur ſ. de tribus diuinis perſonis, de quo infra, cum de terminis diuinis agemus.

¶ Contra p̃dicta arguitur ſic, hęc cuiuslibet hominis aſinus eſt animal, eſt vniuerſalis: tñ eius ſubiectũ nõ eſt termin⁹ cõis, ſigno vniuerſali determinatus: ergo, mala eſt diffinitio. Maior ꝓbatur, cum poſsit eſſe maior in barbara. Et minor ꝓbatur: quia ſubiectum eſt ly aſinus, qui terminus, non eſt determinatus ſigno vniuerſali. Argumen.

¶ Ad argum̃. licet aliqui dicant, talẽ ꝓpoſitionẽ, & ſimiles, eſſe mixtę q̃ntitatis: quia. ſ. ratione vnius termini ſunt vniuerſales, ratione alteri⁹ particulares, ſeu indiffinitę videtur tñ dicendũ, ꝓpoſitionẽ ꝓpoſitam: eſſe vniuerſalẽ, & ſimiles. Et qñ arguis, ſubiectum nõ terminatur ſigno vniuerſali, diſtinguendũ erit de ſubiecto: quodã eſt ſubiectũ enũtiationis, aliud eſt ſubiectũ diſtributiõis [redacted] ad eã eſſe vniuerſalẽ ſufficit ſubiectũ diſributiõis ſigno vniuerſali determinet̃, ſicut hominis, in p̃dicta. Ille. n terminus, q primo ponitur: eſt a quo ꝓpoſitio quantitatẽ ſortitur, & qa ille ſigno vniuerſali terminatur, ſufficit. Ob id iſta, omnis hõ & equs currit, & omnis hõ vel equs currit ſunt dicendę vniuerſales. Et hęc, hominis qlibet equs currit: eſt indiffinita. Sic magiſter Soto licet Sbarroya in ſuo primo tractatu, aliter ſentiat: dicens hãc, cuiuſlibet hominis brunell⁹ currit eſſe ſingularem: nam dicit ipſe, qñ ſubiectũ eſt aggregatũ ex termino cõi, & ſingl'ari, & ſingl'aris eſt rect⁹: tota ꝓpoſitio ẽ ſingl'aris. Solutio.

CAP. VI. DE QVALITATE propoſitionis.

Textus.

PRopoſitionũ cathegoricarũ alia ẽ affirmatiua, alia negatiua. Affirmatiua ẽ illa: i qua p̃dicatũ affirmatur de ſubiecto. Vt homo diſputat: negatiua in qua negatur. Vt homo non diſputat.

¶ Iuxta triplicẽ diuiſionẽ ꝓpoſitionis: triplex ẽ quęſitũ: Quę: q̃rit, an ſit cathegorica, vl' hypothetica. Quãta: an ſit vniuerſalis, ꝑticularis, vel i diffinita, vl' ſingl'aris: q̃lis: ã ſit affirmatiua vl' negatiua.

 ¶ Notandum

Duplex copula.

¶Notandum eſt, duplicem eſſe copulam propoſitionis: principalem, & minus principalem. Illa dicitur principalis, qua mediante, prędicatum totale denunciatur de ſubiecto. (Loquendo de Cathegoricis) minus principalis illa erit, quæ ſignificatiue ſumpta. Efficitur pars extremi totius propoſitionis. v.g. in hac, homo eſt animal: principalis copula eſt, ly eſt. Per eã enim animal prędicatum: denunciatur de ſubiecto. Si tamen dicerem, homo eſt doctus, ſolet eſſe propoſitio vera: tam ly ſolet, quam ly eſſe: ſunt copulę, minus principales. Et ly eſt a parte ſubiecti, ſecundum ſignificationem, qua ibi tenetur: nec eſt copula principalis, neq; minus principalis.

¶In propoſitionibus hypotheticis, illa dicitur copula principalis quę iungit cathegoricas, ſiue ſit ly vel, ſiue et, ſiue ſi, ſiue quia, vel ergo.

1. Argu.

¶Cõtra prædicta, eſt argumentũ: hæc propoſitio nemo nõ deſiderat fœlicitatem, eſt affirmatiua, & tamen prędicatum negatur de ſubiecto: ergo, non eſt bene poſita diffinitio. Patet maior, quia cum duę negationes faciant affirmationem, illa erit affirmatiua. Minor patet, nam quęlibet negationũ copulam negaret: ergo, a fortiori, vtraq; ſimul: cum duo agentia eiuſdem rationis, mutuo ſe iuuent.

Regula.

¶Pro ſolutione, eſt pręponẽda regula Dialecticorum: qua virtus negationis declaratur. Sub iſtis verbis: negatio, eſt malignatis naturę: quicquid poſt ſe inuenit deſtruit, & eius oppoſitũ ponit. Et ex hoc ſequitur, ꝙ ſi propoſitionẽ inueniat affirmatiuam, eam reddat negatiuam: & econtra ſimiliter, ſi inuenit terminum diſtributum: indiſtribuit, & ſi indiſtributũ: diſtribuit. Quod aliis verbis dici ſolitum eſt, quicquid mobilitat, immobilitatũ: inmobilitat, mobilitatũ qđ eſt dicere, quemcunq; terminum diſtribuit, vel negat aliqua negatio non impedita: ſi impediatur, neq; diſtribuit, neq; negat. Paritas.n. negationum conſtituit propoſitionẽ affirmatiuã, & imparitas, negatiuã.

Solutio.

Ad argumẽtum dicendũ, propoſitã eſſe affirmatiuam: qa ibi ſunt duo ſigna negatiua, mutuo ſe impedientia. Et qñ arguis, ſunt eiuſdẽ ſpeciei: ergo, potius deberent ſe iuuare, ꝗ̃ mutuo ſe impedire. Dicendũ verũ eſſe, in agentibus: quę habent effectũ poſitiuũ producere: ſed in negationibus, nõ eſt ſic: qa eius actio eſt, remouere id in qđ cadit. Ob id, ſi inueniat copulã affirmatã, & terminũ diſtributũ: negat, & indiſtribuit: & ſi inueniat negatã, & indiſtributũ: affirmat, & diſtribuit, quia ſemp eſt verũ, quod eius oppoſitũ ponit.

Queſtio, & eius ſolutio.

¶Si tñ qs q̃rat, vtrũ ambę negationes affirmẽt copulã, an vna ſola? Prima, impediẽdo Secundã: ſi qs dicat primũ nõ videt hoc poſſe ſtare, nam ſi vtraq; affirmat copulã, mutuo ſe impediendo, ſic: ꝙ vtraq; agat in copulam, non deberent copulã affirmare. ſed negare, cñ ſint agentia eiuſdẽ cõditionis: & non ſolũ nõ deberent ſe mutuo impedire, ſed iuuare potius. Ob id videtur dicendum ꝙ negatio poſita in primo loco, agit in negationẽ in ſecundo loco poſitã. tanq̃ in ſuũ obiectũ. Et ob id qa habẽt oppoſitũ ponere illius rei, in quã fertur. qa inuenit negantẽ, deſtruit. Sic vt virtutẽ iam nõ habeat ſecũda negatio, negandi. Et ob id manet copula affirmata: ſicut ſi nulla ibi eſſet negatio.

replicatur.

Et ſi replices, ergo prima negatio negaret copulam: quia impedit ſcdam, & ſic copula manet affirmata: ergo, prima manet in vigore, & ſic negaret.

Reſpondetur.

Concedendũ eſt: Ergo eſt negatiua ꝓpoſitio, negatur: qa tũc negare illius primę negationis: ſolũ eſt qđ oppoſitũ ponit, illius in qđ fertur. Et cũ prima negatio, remoueat effectũ ſecũdę negationis: recte dicitur negare negationem copulę: & ſic manet copula affirmata.

Dubium.

¶Hic põt eſſe dubiũ, vtrum? detur aliqua negatio in mente Quod eſt dicere, vtrum? detur copula incõplexa negatiua, ſicut datur affirmatiua.

Opinio quorũdam recitatur.

Ad hoc Entiſber & Paulus Venetus clariſsimus author videntur ſentire, nullã dari talẽ negationem in mente ſed oportet dare, copulã incõplexam negantẽ, ſic: vt dicat hanc ꝓpoſitionẽ homo non eſt albus, ſubordinari huic: homo.a.albus. Vt ly, a, ſit vna copula incomplexa, negans prędicatum conuenire ſubiecto. Motiuum iſtorum erat, quia ſequeretur ſi negatio ſic eſſet in mente: quod terminus mentalis, caderet a ſua ſignificatione: vt capiendo iſtam, homo non eſt albus: ſi adderem ly non, dicendo: homo non eſt albus, vel dicendo, non homo eſt albus: iam illa negatio ſi ibi daretur, totum deſtrueret & facere

ret quod copula, non eſſet vnitiua: & ſic, qđ propoſitio non eſſet propoſitio. Ob id iam propoſitio in mente ſignificans: caderet a ſua ſignificatione.

Opinio doctoris cum ſolutione dubij.

¶ Sed tamen dicendum eſt, negationem in mente dari: ſicut in voce, vel ſcripto. Neq́ꝫ poteſt hoc negari, quia eſt communis modus concipiendi. Vt ſi quis dicat, nunquid comediſti? ſtatim intelligat in mente: nō comedi. Et ſic nullum inconueniens eſt, in mēte eſſe negationem, & concipi. Et ad argumentum quod ipſi faciebant, facilis eſt ſolutio, dicendo, quod illa negatio, licet copulam neget: non tamen facit, quod nō vniat prædicatum, cum ſubiecto. Sed ſolum ponit oppoſitum, penes hoc: quod cum eſſet affirmatiua, per oppoſitam negationem, fit negatiua. Et ſic non eſt neceſſarium illam: homo non eſt albus, ſub ordinari huic, homo, a, albus: vt ly, a, ſit terminus incomplexus negans.

Ad argumentū contrarię opinionis.

CAPITV. VII.
De materia propoſitionum.

Textus.

PROPOSITIONUM: triplex eſt materia, naturalis, contingens, & remota. Naturalis illa eſt, in qua prædicatum eſt, de eſſentia ſubiecti, vel proprium eius. Vt homo eſt animal, homo eſt riſibilis.

¶ Contingens eſt, in qua prędicatū poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto: pręter ſubiecti corruptionem. Vt homo eſt doctus.

¶ Remota illa eſt, in qua prędicatū, nō poteſt ſubiecto cōuenire. Vt, homo eſt lapis.

Gloſa.

¶ Hic materia propoſitionum dicitur, tanquam illud ex quo, ſeu de quo: conſtant propoſitiones. Et cum ſubiectum & prędicatū, id ſit: quia partes ſunt, in quas propoſitio reſoluitur, & ex quibus conſtituitur: ob id vocatur materia propoſitionis. Et naturalis, illa in qua prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti. Nam vbi prędicatū de eſſentia ſubiecti eſt, naturaliter conuenit ei: & non ab extrinſeco. Sicut in hac, homo eſt animal. De natura hominis eſt, eſſe animal, eſſe ſubſtantiā, animatam ſenſibilem: non ab extrinſeco. Sed ſic a natura: quod ſit de eius eſſentia. Ob id illa prędicatio, eſſentialis eſt. De quibus prędicationibus, in prędicabilibus, ſtatim in principio. Similiter hæc eſt naturalis, homo eſt rationalis. Quia differētia prædicatur, de illo cuius differentia eſt: & cuius pars eſſentialis eſt. Sic in materia naturali, & directa prędicatio: eſt in quale eſſentialiter. Vt hic, homo eſt riſibilis in materia naturali: nam ꝓpria paſſio, prędicatur de ſuo ſubiecto Et cum ſit verum quod proprium quarto modo capiēdo, illud ſit: quod fluit & emanat a differentia, & genere, quę ſpeciem conſtituunt: [redacted] a principijs intrinſecis. Ob quod, conuenit omni, & ſoli, & ſemper: ſequitur eſſe talem propoſitionem, in materia naturali: nam naturale eſt homini, eſſe riſibilē, & cōſequitur eſſentiā eius. Nec poteſt homo reperiri, ſine tali aptitudine.

Quid ē materia naturalis.

eſt

Propriū ē naturale.

¶ Contingens materia merito dicta eſt, (vt homo eſt doctus). Quia eſſe doctum, vel in doctum: non eſt de hominis eſſentia, ſed cōtingenter ei advenit, & ly doctus, prædicatur contingenter de homine: & ſine ipſius curruptione, poteſt non prędicari de eo, ſed negari. Vt, homo non eſt doctus.

Materia cōtingens.

¶ Materia remota, ob id remota eſt: quia [redacted] vnum ab alio ſic remouetur: vt ei non poſſit conuenire. Quia nec naturaliter ei cōuenit, neq́ꝫ contingenter adeſſe, vel ab eſſe poteſt: ſed omnino remouetur, vt ei nō poſſit conuenire. Vt homo eſt lapis, homo eſt irrationalis.

Materia rē mota.

¶ Intelligere oportet omnes has diffinitiones: dari ſolum de propoſitione cathegorica, & non Hypothetica. Ratio eſt, quia cum Cathegorica ſit, quę habet ſubiectum copulam, & prędicatum, vt partes ſui principales: & in materia propoſitionum, dicatur quod naturalis ſit, vbi prædicatum eſt, de eſſentia ſubiecti, vel proprium eius, certum

eſt,ſermonem eſſe de cathegorica.

¶ Ex ſupradictis ſequitur: omnem propoſitionem ex eodem ſubiecto, & eodem prædicato, ſ. veram, falſam, affirmatiuam, negatiuam, de præſenti, de extrinſeco tempore, modalem, vel non modalem, exponibilem, vel non exponibilem: eſſe in eadẽ materia. Et ſolum habetur reſpectus in materia propoſitionum, ad hoc, ſi prædicatum eſt de eſſentia, vel contingẽtia ſubiecti: vel non poteſt ei conuenire. Vnde in eadẽ materia ſunt, homo eſt animal & nullus homo eſt animal: omnis homo neceſſario eſt animal, tantum homo eſt animal. &c. Ratio eſt quia in omnibus iſtis eſt verum, prædicatũ, eſſe de eſſentia ſubiecti, Et ſic in alijs poſſet dari exemplum.

¶ Dixi ex eodem ſubiecto, & eodem prędicato: quia non ſufficit, ex eiſdem extremis. Quia conuertens, & conuerſa, non ſunt vniuerſaliter in eadem materia. Quod patet, ex ipſo Petro Hiſpano: qui dicit, materia naturalis, vbi prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti: & non dicit, vbi alterum extremorum eſt de eſſentia alterius. Ob id, licet iſta, homo eſt animal, ſit in materia naturali: hæc animal eſt homo, quæ eſt eius conuertens, non erit in materia naturali: cum prædicatum, non ſit de eſſentia ſubiecti: & non ſit illa directa prędicatio, ſed indirecta. ~~Sic, etiã pluribus in alijs poteſt dari~~. Et huiuſmodi prædicationes, ſecũdum antiquos: in nulla materia eſſent ponẽdę quia ſunt indirecte prædicationes, de quo ~~ſiet~~. pra

Licet hæc homo eſt animal ſit in materia naturali, eius conuertẽs animal eſt homo ĩ nulla quia indirecta.

1. Regula. ¶ Regula, quando aliqua prædicatio directa, eſt in aliqua materia: ſi eius conuertens eſt etiam directa, ſicut conuerſa: ~~ſic~~, ſunt in eadem materia per ſe. Vt contingit in materia remota, & in contingenti: quando prędicatur ęque cõnotatiuum, de ęque cõnotatiuo. Vt ſtans, eſt cænãs &c. Si vero cõuerſa eſt in materia naturali, & conuertens eſt in directa: tunc conuertens erit reductiue in materia, in qua eſt conuerſa.

2. Regula. ¶ Et ad cognoſcendum, propoſitionẽ quãcunq; datã, in q̃ materia debeat poni: poteſt eſſe regula. Si extrema ſint pertinentia ſequela, quia termini conuertibiles, vel ſe habẽtes, ſicut ſuperius & inferius: dummodo inferius pręcedat: ſunt in materia naturali. Si vero ſint termini impertinentes, ſunt in materia contingenti. Si vero ſint termini diſparati, ſunt in materia remota. Exempla clara ſunt ob id non apponimus.

¶ Vnum, merito eſt conſiderandum, & ſatis ad propoſitum: quod quando doctor ſanctus in, 3 ſen. d. 7. Q. 1. Dicit, hanc propoſitionem Deus eſt homo, eſſe eſſentialem, et in materia naturali: non intelligit in rigore, ſicut hic loquti ſumus, de prędicatiõe eſſentiali, & materia naturali: quando prædicatũ eſt de eſſentia ſubiecti. Nam manifeſtũ eſt, ly homo: non eſſe de eſſentia de ly deus, in hac, Deus eſt homo. Non enim formale prędicati, eſt de eſſentia formalis ſubiecti. ſ. humanitas, nõ eſt de eſſentia deitatis. Sed dicitur eſſentialis, & in materia naturali. Ratione ſuppoſiti ſubiecti, ideſt quod id quod eſt ſuppoſitum formæ ſubiecti, ſ. perſona diuina: ſit ſuppoſitum formę prædicati ideſt humanitatis: quia ſubſiſtens in vtraq; natura. Et ſic dicitur prædicatũ, de eſſentia ſubiecti. Et ſi quis inſtet q̃a p̃dicatũ. ſ homo poteſt adeſſe vel ab eſſe. &c. ergo in materia cõtingenti. Erit ſolutio, quod hoc eſſet verum: ſi forma prædicati ideſt humanitas, perſonæ diuinę adeſſet ſicut accidens: ſed quia non tanq̃ accidens, ſed tanquam ſuppoſito, in quo vere natura humana ſubſtãtialiter ſubſtentatur, ſicut mea natura, in me: ſic eſt verum, quod in materia naturali eſt hęc Deus eſt homo, Inſtãtia cũ ſolutione.

CAPITV. VIII. DE. OPPOſitione propoſitionum.

Textus.

PROPOSITIONUM cathegoricarum: quædam participant vtroq; termino, vt homo eſt animal, & hæc, homo non eſt animal: aliæ vno tantum, vt homo eſt animal, homo non eſt lapis. Aliæ vero nullo termino participant, vt homo eſt animal, & equs non eſt lapis.

¶ Propoſitionum participãtium vtroq; termino; aliæ ſecundum eundem ordinem,

dinem, vt homo eſt animal, & homo non eſt animal, aliæ ordine conuerſo, vt homo eſt animal, animal eſt homo. Et ſic ſimiliter de alijs.

¶ Propoſitionũ participãtium vtroq; termino, & ordine eodem: aliæ ſunt cõtradictoriæ, aliæ contrariæ, aliæ ſub cõtrariæ, aliæ ſub alternæ.


¶ Cõtradictorię ſunt, vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua: vel econtra, particularis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua: eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prędicati. Vt hęc, omnis homo eſt animal, & aliquis homo nõ eſt animal. Et nullus homo eſt animal, aliquis homo eſt animal.

¶ Contrarię ſunt, vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua: eiuſdẽ ſubiecti, & eiuſdem prędicati. Vt omnis homo eſt animal, nullus homo eſt aial.

¶ Sub contrarię ſunt, vtraq; particularis, vna negatiua: & alia affirmatiua, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prędicati. Vel in difinita vtraq;, homo eſt animal homo non eſt animal.

¶ Sub alternę ſunt, vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua: eiuſdẽ ſubiecti, & eiuſdem prędicati. Vel vniuerſalis negatiua, & particularis negatiua, omnis homo eſt animal, aliquis homo eſt animal. Nullꝰ homo eſt animal aliquis homo non eſt animal. Et hæc ad oculum patent, in figura ſequenti.

FIGVRA OPPOSITIONVM.



CAPITVLVM. VIII.

Textus.

Contradictoriarum lex.

LEX SEV NAtura contradictoriarum talis eſt, quod ſi vna eſt vera: reliqua eſt falſa, & ecõtra. In nulla materia, poſſunt eſſe ſimul verę, vel ſimul falſę, vt ſi hęc eſt vera, omnis homo eſt animal, hęc eſt falſa, quidam homo non eſt animal.

Contrariarũ natura.

¶ Lex ſeu natura cõtrariarũ eſt, quod ſi vna eſt vera: reliqua eſt falſa: non tamen econtrario. Quia poſſunt ambæ eſſe ſimul falſę: non tamen ſimul verę. Vt in cõtingenti materia, omnis homo eſt albus: nullus homo eſt albus. In naturali vero, vel remota: ſemper vna eſt vera, & alia falſa. Vt omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal: omnis homo eſt lapis, nullus homo eſt lapis. Et quando eſt de accidenti inſeparabili, in materia contingenti ſimiliter: omnis coruus eſt niger, nullus coruus eſt niger. Sed illæ quę ſunt de accidenti ſeparabili, poſſunt ſimul eſſe falſæ vt dictum eſt.

Sub cõtrariarum cõditio.

¶ Lex ſeu natura ſub contrariarũ eſt, quod ſi vna eſt falſa: oportet alia ſit vera: non tamen econtra. Quia poſſunt ſimul eſſe vere: ſed tamen non falſę. Et hoc in materia contingenti, (vt dictum eſt in contrariarum lege, vt homo diſputat, homo non diſputat.

Sub alternarum lex.

¶ Lex ſub alternarum eſt, quod ſi vniuerſalis eſt vera, particularis eſt vera: & non econtra. Quia poteſt eſſe particularis vera, & vniuerſalis falſa. Sed ſi particularis eſt falſa, vniuerſalis etiam erit falſa. Vt omnis homo eſt albus, quidam homo eſt albus.

Gloſa.

¶ Quia iam incipit oppoſitionum materia; oportet conſiderare, generales cõditiones ad oppoſitionem neceſſarias. Prima eſt Oportet quod propoſitiones quę opponuntur, ſint participantes, in ſubiectis & prędicatis, & in copulis 1. Cõditio.

¶ Secundum requitur, quod extrema, eodem modo in vtraq; accipiantur. 2. Cõditio. Tertium requiſitum, quod ſint oppoſitæ qualitatis: hoc eſt, vna affirmatiua, & alia negatiua. 3.

¶ In contradictorijs, omnis vniuerſalitas vnius: debet mutari in particularitatem alterius, & econtra. 4.

¶ Item omnis vniuerſalitas vnius, in ordine ad terminum ſtantẽ confuſe: debet in alia ſtare determinate. 5. Et omnis vniuerſalitas in ordine ad determinatã: debet in alia ſtare confuſæ tantum. Ratio huius eſt, quia ſi ſic non fieret, darentur due contradictoriæ falſæ, vel verę ſimul. Nam ſi eadem vniuerſalitas maneret in vtraq;: poſſent dari falſę, cum vniuerſalitas agat ad falſitatem. Et ſi maneret eadem particularitas, poſſent ſimul eſſe veræ, quia particularitas agit ad veritatem. Exempla ſunt clara.

Vnicum reqſitum ad contrarietatem.

¶ Ad contrarietatem requiſitum eſt, quod omnis particularitas vnius: debet mutari in vniuerſalitatem, in altera. Et poteſt eadem vniuerſalitas, manere in vtraq;.

Alterum reqſitum ad ſub contrarietatem.

¶ Ad ſub contrariarum conditionem attinet, vt vniuerſalitas ſi qua eſt in vna: mutetur in particularitatem in alia. Itaq; ſemper oportet aduertere, particularitatem agere ad ſub contrarietatem: & vniuerſalitatem, ad contrarietatem.

Nota.

¶ Etiam conſiderandum, ad contrariarum conditionem: quod ſi in vna ſit terminus diſtributus, in ordine ad confuſam in ſua contraria, oportet maneat determinate, & nõ confuſe. Aut maneat diſtributiue. Exemplum: vt ſi quis petat contrariã huius: quilibet homo & quilibet equs ſunt animalia, ibi ly equs diſtribuitur, in ordine ad confuſam: non des pro contraria, quilibet homo & a. equs non ſunt animalia. Sed dabis hãc quilibet homo & b. equs, non ſunt animalia. Aut hanc, quilibet homo, & quilibet equs: non ſunt animalia. Et in ſub contrarijs cauendum, ne diſtributus in ordine ad determinatam: ſit in ſub contraria determinate.

Sed

Sed oportet ſtet confuſe. vt,huius hominis quilibet equs eſt.b.animal, erit hominis a. equs,non eſt animal. Et non hæc hominis equs non eſt animal.

Nota. ¶ Circa conditiones generales,in omni oppoſitione. ſ.quod ſint propoſitiones participantes in ſubiectis,predicatis,& copulis:notandum,quod nõ ſufficit ad participãdum terminorũ ſinonimitas: ſed requiritur idẽptitas.Ob id Marcus orat,& Tulius non orat.Non ſunt oppoſitę, ſi tamẽ ambę eſſent in mente:vel vna in voce,alia in mente, ſufficeret ad cõtradictionem, &c.Requiritur ergo quod ſubiecta,& prędicata:eiſdem cõceptibus ſub ordinẽtur vltimatis, & non vltimatis. Vnde hæ homo eſt animal,&homo non eſt nomẽ,non opponuntur:quia ſubiecta non eiſdem vltimatis conceptibus ſub ordinantur.

¶ Requiſita etiam eſt copularum participatio,quod intellige,de copula principali. Ob id,iſtæ non opponuntur, homo eſt animal quod eſt,& homo erit animal quod eſt. Et ſi in copula minus principali fiat variatio: tunc non participabunt vtroq; extremo,vt hæ homo erit quod eſt: & homo non erit quod fuit. &c.

¶ Sub copularum participatione,intelligas & participationem modorum ipſarum vel formaliter, vel equiualenter. Vt hæ homo poſſibiliter diſputat, homo impoſſibiliter diſputat. Et hæ Deus neceſſario eſt ſubſtantia, Deus impoſſibiliter eſt ſubſtantia.Quia hæc ſecunda,formaliter ęqui valet huic: Deus neceſſario non eſt ſubſtantia.

¶ Circa ſecundã conditionem generalem, vt.ſ.ſeruetur ſimilis acceptio terminorum: intelligito ſimilem ſuppoſitionem, ampliationem,reſtrictionem,appellationem,nam ſi non ſeruentur hec omnia, non erit oppoſito.

¶ Quo ad tertiam.ſ.quod ſint oppoſitę qualitatis: intelligitur, quantum ad copulam principalem.

¶ Sed pro tota iſta materia oppoſitionum, quæ nimis prolixe.(ad nauſeam vſq; tractatur a ſummuliſtis, ſic eſt a nobis tractanda: vt ſuper flua reſecantes,quæ neceſſaria ſint non ſub ſilentio tranſeamus. Nõnulla proponemus argumenta tum ad exercendos tyrones in dialectica:tum ad maiorẽ dictorum declarationem.Qui voluerint perdere tempus,multa legendo de iſtis,legant librũ oppoſitionum de enzinas,& primum ſuum tractatum:& Sbarroyani & magiſtrum Soto:& Nobiſcum ſentiẽt, illos plus iuſto in iſtis remoratos abuſui ſæculi indulſiſse.

¶ Contra prędicta ſic primo arguitur, hæ duę ſunt contradictorię:omnis homo eſt animal,non omnis homo eſt animal:& tamẽ dantur ſimul verę:ergo maledictum eſt qđ contradictorię,non poſſunt ſimul eſſe verę neq; ſimul falſę primo,affirmatiua eſt vera & negatiua ſimiliter,Quia ſequitur bene, p conuerſionẽ: nullum animal omnis homo eſt:ergo non omnis homo eſt animal. Sed antecedens eſt verum:ergo & conſequens. Quod antecedens ſit verum patet, nam aſcendendo ſub ly animal, omnes ſingulares ſunt verę:ſic, iſtud animal, non omnis homo eſt,& iſtud animal nõ omnis homo eſt. Omnes tandem ſingulares verę ſunt: nam ſi dicas aliquam falſam,tunc ſic,& ſua contradictoria.ſ. iſtud animal omnis homo eſt: eſt falſa:ergo duę contradictorię darentur falſe,ſeqtur ergo quod antecedens illius cõſequentię:in qua argumẽtatum eſt per conuerſionem,eſſe verum.Et conſequenter & conſequens eſſe verum. 1.Argumẽ.

¶ Ad hoc reſpondendum,illam conſequentiã,in qua per conuerſionẽ argumentatum eſt:nõ valere,quia comititur deffectus,ſemper vitandus inter arguẽdum:(vt diximus) quando de aſcenſu loquti ſumus,ne fieret argumentatio.a confuſa:ad determinatam. Et in propoſito ſic fit,ex parte de ly homo nam in hac, nullum animal omnis homo eſt:ly homo, quando quidem manet in diſtributus,ſupponit confuſe quia in ſua contradictoria.ſ.animal omnis homo eſt, ſtabat diſtributiue,in ordine ad terminum ſtãtem determinate.ſ.ly animal. Ob id ſupponit confuſe in hac:nullum animal omnis homo eſt.(Vt ſupra diximus)& in conſequenti idem terminus ſupponit determinate.ſ. non omnis homo eſt animal quia ly homo, ſupponit determinate: eo quod diſtribuebatur in cõtradictoria.ſ.omnis homo eſt animal:in ordine ad terminum ſupponentẽ confuſe. Et ſic non eſt bona conſequentia. Sicut non valet,omnis homo eſt animal:ergo omnis homo eſt.b. animal a confuſa,ad determinatam. Solutio.

Ha q̃ pe de dexaale = No pe dexate No te Sufrid Coraçon = Me Iuzgo mi ti talgenn, tan g · todo mi vida ay de Mi

determinatam, datur antecedens verum: & conſequens eſt falſum.

Replicatur ¶ Et ſiquis velit adhuc probare, duas contradictorias veras, ſic argumentando, iſtæ duæ: poſt hoc erit Petrus, & poſt hoc non erit Petrus: ſunt contradictoriȩ, & tamen caſu quod Petrus modo viuat, & die proxima moriatur: affirmatiua eſt vera: poſt hoc erit Petrus, & negatiua ſimiliter, poſt hoc non erit Petrus. Patet, in aliquo inſtanti poſt hoc non erit Petrus, Ergo poſt hoc non erit Petrus. Patet conſequentia, ab explicante: ad explicatam. Et quod antecedens ſit verum ex eo conſtat: quia demonſtrato in ſtanti, in quo non erit, eſt verum dicere: in hoc in ſtanti, non erit Petrus.

Solutio. ¶ Reſpondetur ad argumentũ, diſtinguendo ly poſt hoc, in negatiua: aut enim ſumitur propoſitionaliter, & tunc eſt falſa, quia ſenſus eſt: nunq̃ poſt hoc erit Petrus. Et in caſu poſito, eſt falſa. Et vere eſt contradictoria datæ & quando argumentaris: in aliquo inſtanti poſt hoc non erit Petrus; ergo poſt hoc non erit Petrus, Negatur conſeq̃ntia: quia comititur deffectus, ~~argumentum eſt~~: a non diſtributo, ad diſtributum ex parte determinationis incluſȩ in ad verbio: qa in aliquo inſtanti eſt in diſtributum: ergo poſt hoc non erit eſt diſtributum. Si tamen ly poſt hoc, capiatur aduerbialiter: tũc non ſunt contradictoriȩ. Et ~~ſic~~ poſſunt ſimul eſſe veræ. Vt probat argumentum, quia manet eadem particularitas in vtraq; Ex parte illius temporalis determinationis incluſæ in aduerbio poſt hoc. Sed contradictoria deberet eſſe: non poſt hoc erit Petrus: & iſtȩ non poſſent ſimul eſſe veræ.

2. Argumẽ. ¶ Secundo principaliter arguitur, pro ſignis in complete diſtribuentibus, iſtȩ ſunt cõtradictoriæ omne animal fuit in Archa noe & aliquod animal non fuit in Archa Noe, & tamen dantur ſimul verȩ ~~ergo~~: affirmatiua vera eſt, quia ex ſacra ſcriptura id cõſtat, quæ nullomodo poteſt falſum cõtinere. Et negatiua eſt vera, nam ego non fui in Archa Noe, & ſum animal: ergo aliquod animal non fuit in Archa Noe.

1. Nota. ¶ Pro ſolutione argumenti, notandum circa ſigna iſta diſtribuentia complete, vel in complete. Omne ſignum vniuerſale, & ſuũ particulare oppoſitum: poſſunt capi dupliter. Complete, & incomplete. Complete vocatur, pro ſingulis generum: & in complete eſt, pro generibus ſingulorum. Et ~~ſic~~ quando ly omne capitur incomplete, facit iſtum ſenſum: de qualibet ſpecie, aliquod. Et complete, de qualibet: quodlibet. Sic ly aliquod, in complete valet, alicuius ſpeciei, quodlibet. Et complete: alicuius ſpeciei, aliquod. Et oportet intelligas hanc differentiam, capi complete, vel incomplete: non inueniri niſi in terminis genericis, nam in ſpecificis ſpeciei ſpecialiſſimȩ: non eſt reperiri. Vt in hac, omnis homo eſt animal, ſemper capitur complete.

Signa capi complete a ut in complete quid ſit.

2. Nota. ¶ Secundo eſt notandum, quod ad probandam iſtam propoſitionem, omne Animal fuit in Archa Noe: puſſumus triplicem aſcenſum facere, primo, copulatiue ſub disiunctione: copulatiue, inter ſpecies & disiũctiue inter in diuidua. Vt ſic, hoc animal, fuit in Archa Noe, (demonſtrando vnum hominem) vel hoc animal fuit in Archa noe (demonſtrando alium) & ſic de ſingulis in diuiduis ſpeciei humanæ. Et poſt trãſire ad ſpeciem equinam, dicendo Et hoc animal fuit in Archa Noe, (demonſtrando vnum equm) vel hoc animal. &c. (demonſtrando alium equm) & ſic de alijs. Tunc ſumitur in complete, & pro generibus ſingulorum.

¶ Secundus modus eſt, mere copulatiue, per ſpecies. Hoc animal fuit in Archa Noe. & hoc animal fuit in Archa Noe, &c. Tunc ſumitur complete, & pro ſingulis generum. Et facit ſenſum: de qualibet ſpecie, quodlibet.

¶ Tertius eſt, etiam copulatiue, ſed per ſpecies ſolum. ~~Vt ſic~~, homo fuit in Archa Noe, & Leo fuit in Archa Noe. &c. & ſic eſt in cõplete, ſicut in primo modo. Primus, & tertius modus arguendi: non eſt conſeq̃ntia formalis: ſed ſolus modus ſecũdus, nã in ſimili inſtatur, ~~nam~~ poſito quod ſolum homines fuerint in Archa Noe, & omnes: antecedens eſt verum, & conſequens falſum. Nam ſi tranſeundo, de ſpecie in ſpeciem: ſemper vnum hominem demõſtres, eſt antecedens verum. &c. Et conſequẽs falſum. In tertio modo inſtatur, ſuppoſito ſoli homines fuerunt in Archa, & habeant omnes ſpecies coloris, antecedens eſt verum: conſequens falſum. Hoc album fuit in Archa Noe,

Noe,& hoc nigrum fuit in Archa Noe: ergo omne coloratum fuit in Archa Noe.

Ad formã argumẽti.

¶ Ad argumentum in forma, quando argumentaris, iſtæ duæ ſunt contradictoriæ, omne animal fuit in Archa Noe, aliquod animal non fuit in Archa Noe: diſtingo nã vel ſignum vniuerſale complete diſtribuit, & particulare complete particularizat: & tũc concedo. Et vniuerſalis eſt falſa: & negatiua vera. Si tamen ambo ſigna in complete, affirmatiua vera, & negatiua eſt falſa, Quia facit ſenſum: de aliqua ſpecie, quodlibet animal, nec valet, ego non fui in Archa Noe, & ſum animal: ~~ergo~~ quia eſt argumẽtatio, a non diſtributo: ad diſtributum, ex parte de ly animal. Quia in iſta aliquod animal, non fuit in Archa Noe, quando in complete, eſt ſenſus: de aliqua ſpecie, ~~quodlibet~~ animal.

¶ Si tamen in propoſitis propoſitionibus, primum ſignum cõplete diſtribuat, & particulare particularizet incomplete, aut ecõtra: non erunt contradictoriæ. Quia primo modo, manet virtualiter eadem vniuerſalitas. Et ob id ſunt contrariæ ſi ſecundo, manet eandem particularitas, & ſic ſubcontrariæ.

3. Argumẽ.

¶ Ad huc, circa materiã đ ly vterq̃: hæ ſunt contradictorię: vterq̃ homo currit, alter homo non currit: & tamen ſunt ſimul veræ: caſu poſito, quod duo homines currant, & alij duo non currant. Conſtat vtranq̃ eſſe veram.

Nota.

¶ Pro ſolutione, notandum, quod iſta ſigna, vterq̃, neuter, & alter: poſſunt capi cõplete, & in complete. Ly vterq̃ in complete, valet ſicut, aliquorum duorum quilibet. Et ad veritatem propoſitionis in qua ponitur, ſufficit veritas, duarum ſingularium. Si vero ly vterq̃ complete capiatur, æquiualet huic, quodlibet duorum: vterq̃. &c. Ly neuter in complete, valet: aliquorũ duorum nullus: complete: tamen nullus duorũ. Ly alter in complete, valet: omnium duorum, aliquis: complete valet: aliquorum duorum aliquis.

Soluitur argumentũ.

Et ſic intellectis iſtis, ad argumentum reſpondentur: quod ſi ambo ſigna complete ſumantur, ſunt contradictorię & tunc affirmatiua eſt falſa, & negatiua vera: ſi vero in complete: affirmatiua eſt vera, & negatiua falſa. Si vero in vna complete, & in alia in complete: non contra dicunt.

Quia ſi in vniuerſali complete, & in particulari incomplete: dabuntur ſimul falſæ, quia manet eadem vniuerſalitas. Et ſi in vniuerſali in complete, & in particulari complete: eſſent ſimul verę, quia manet eadem particularitas.

4. Argum.

¶ Circa ly omnes, quando collectiue: eſt argumentum, iſtę duæ contradicunt: omnes apoſtoli Dei ſunt duodecim, & aliqui apoſtoli Dei non ſunt duodecim: & dãtur ſimul vere Nam affirmatiua eſt vera, & negatiua ſimiliter, quia iſti apoſtoli Dei, demonſtratis duobus, vel tribus. &c. non ſunt duodecim.

1. Nota.

¶ Pro ſolutione argumenti, notandũ: quod (ſupra dictum eſt) in materia de aſcenſu, & deſcenſu, ſ. quod ſub termino, ſupra quem immediate ly omnes collectiue ſuptum cadit: aſcendendum, vel deſcendendum eſt: copulatim & non copulatiue. Vt ſic, iſti Apoſtoli Dei, & iſti apoſtoli Dei.

2. Nota.

¶ Similiter conſiderandum eſt, quod a propoſitione de ly omnes collectiue: ad ſuam preiacetem, in terminis numeralibus, non valet, ~~Vt ſic non valet~~, omnes duo apoſtoli Dei ſunt duodecim: ergo duo Apoſtoli Dei ſunt duodecim. Similiter non valet, a propoſitione de ly omnes collectiue affirmatiua, ad propoſitionem de ly omnes diſtributiue. Non valet, omnes apoſtoli Dei ſunt duodecim: ergo omnes Apoſtoli Dei, ſunt duodecim. Si ly omnes in antecedenti collectiue, & in conſequenti diſtributiue.

Solutio.

¶ Ad argumentum reſpondetur, illas duas propoſitiones propoſitas non eſſe contradictorias nam ly omnes collectiue ſũptum, non habet pro contradictoria, niſi aliã: vbi ly omnes ſimiliter capiatur. Ob id iſtę ſunt cõtradictoriæ, omnes apoſtoli Dei ſunt duodecim, & omnes apoſtoli Dei non ſunt duodecim capiendo vtrobiq̃ ly omnes collectiue, & tunc, quia affirmatiua eſt vera: negatiua eſt falſa.

5. Argumẽ.

¶ Pro obliquis eſt argumentum, iſtę contra dicunt, quilibet equs hominis eſt animal: & equs hominis non eſt animal: & tamen dantur ſimul verę, (rebus ſtantibus vt nunc). Affirmatiua eſt vera, & negatiua ſimiliter. Quia bene ſequitur, expoſitorie: equs Petri non eſt animal, & Petrus eſt homo: ergo equs hominis non eſt animal, Si Petrus non

habeat

habeat equũ. Nam maior eſt vera. cum ſit negatiua, cuius ſubiectum non ſupponit. Nam equꝰ Petri non ſupponit: cum non habeat equum.

1. Nota. ¶Pro argumenti ſolutione notandum, in aggregato ex determinatiõe, & determinabili, ~~hoc eſſe verum~~: determinationem ſemper reſtringere determinabile. & non econtra. Et ſi determinatio ſit terminus connotatiuus, ſi vnice accipiatur: reſtringit determinabile, cum illa connotatione. Quod tamen non contingit, in non vnicis. Exemplum, vt in hac, aſinus hominis albi fuit currens. Ly aſinus, ſtat pro aſino poſſeſſo ab homine albo: tempore quo erer albus. Sed in hac, hominis albi aſinus fuit currens. non ſic fit reſtrictio. Si tamen determinabile ſit terminus connotatiuus, ſemper reſtringitur a determinatione, etiam quo ad connotationem: tam in acceptis vnice, quam non vnice. Vt in hac, Petri equꝰ albus fuit currẽs tempore. Non enim ſequitur, nullus equꝰ hominis albi fuit animal, ~~ergo nullus hominis al-~~ *ergo nullus hominis albi* equꝰ fuit animal: ~~ergo nullus hominis albi equꝰ fuit animal~~: caſu quo Petrus qui modo eſt niger poſſidet equum, & quando fuit albus non poſſedit.

2. Nota. ¶[redacted] notandum etiam, quod determinatio accepta vnice obliqui caſus, in negatiuis ſupponit diſtributiue dependenter a reſolutione ſui determinabilis. Vt in hac, aſinus hominis non currit. Ly hominis: ſupponit diſtributiue, valet enim ſicut cuiuſlibet hominis aſinus non currit. Et hoc probari poteſt, quia iſtę ſunt contradictorię: brunellus hominis currit, & brunellus hominis non currit. Ergo oportet intellectus intelligat oppoſito modo in negatiua, ad affirmatiuam. Sed in affirmatiua ly hominis determinate, ergo in negatiue diſtributiue. Quia ſemper eſt verum, quod terminus qui in vna in diſtributiue ſtat: in contradictoria debet ſtare diſtributiue.

3. Nota. ¶Pro modo arguendi in iſtis, nota: ab vnica ad non vnicam, affirmatiue, ſine diſtributione: bona conſequentia. Bene ſequitur equꝰ hominis currit: ergo hominis equꝰ currit. Sed cum diſtributione non valet, quilibet equꝰ hominis albi fuit albus, ergo hominis albi qlibet equꝰ fuit albus. inſtatur enim ſuppoſito quod Petrus qui nũc eſt niger, poſſideat brunellum, qui nunq̃ fuit albus. Et ante hac, Petrus fuiſſet albus: & poſſediſſet fauellum album. Nam antecedens eſt verũ, & conſequens eſt falſum. In negatiuis, ab vnica, ad non vnicam: non valet cum diſtributione: mediante copula de extrinſeco tẽpore.

Quãdo valet ab vnica ad non vnicam.

¶Ponũtur aliquæ regulæ, pro iſtis obliquis: ad cognoſcendam ſuppoſitionem determinationis, & determinabilis.

¶Prima quando determinabile determi- 1. Regula.
nationis non vnicę, ſupponit determinate. vel diſcrete: confuſa determinationis: ęquiualet determinatæ: reſpectu diſtributionis alterius extremi. Vt [redacted], a hominis brunellus quilibet equus eſt: & hominis brunellus quilibet equus eſt. Ob id, iſta non valet: a hominis quilibet equꝰ, quilibet equꝰ eſt: ergo a hominis iſte equus, qlibet equꝰ eſt. Arguitur a confuſa ad determinatam, ex parte determinationis: & datur antecedens verũ, & cõſequens falſum: caſu quod quilibet homo, ſuum poſſideat proprium equum.

¶Secunda regula, quando ſignanda eſt cõ- 2. Regula.
tradictoria alicuius propoſitionis, vbi eſt complexum non vnice acceptum: nunquã ſuppoſitio determinationis, reſpicit determinabile proprium: ſed aliud extremum. Vt huius, cuiuſlibet hominis equus, b. equꝰ non eſt. Nam debet dari per mixtam de ly. d. & ſolent dicere, quandocunq̃ aliquis terminus diſtribuitur, in ordine ad confuſam & determinatam, ſi prius confuſa: ſtabit mixtin de ly. d. in contradictoria. Et ſi in ordine ad determinatam, & confuſam: ſtabit mixtin de ly. c. hic enim non tenet, ob id cõtradictoria erit, a hominis quilibet equus, quilibet equus eſt.

¶Itaq̃ in iſtis complexis, hoc notandum Nota.
quod cum determinatio ſit quæ determinat determinabile, & reſtringit: in acceptis non vnice, confuſa determinationis: determinatæ æquiualet: quia prius ſub determinatione aſcendẽdum, vel deſcendendum: & determinata determinabilis, æquiualet confuſæ. Sed quando complexum capitur vnice, totum habet vnicam ſuppoſitionem: ſecundum exigentiam ſignorum. Vt in hac quilibet equus hominis currit, totum diſtributiue. Quia reputatur, velut vnus terminus. Et hic, equꝰ cuiuſlibet hominis currit, totum ſupponit determinate: quia ly equus determinate.

determinate Et ſic ſub toto debet fieri vnica reſolutio: antequã aliq̃ aliarũ partiũ reſoluatur quomodocunq̃ alie partes ſupponãt.

Ad argumentũ. ¶Ad argumẽtũ, ex dictis patet ſolutio, Suppoſito enim ſint cõtradictoriæ: affirmatiua vera eſt, quilibet equus hõis eſt aĩal, & negatiua eſt falſa: equus hominis non eſt animal. Qñ dicis, ſuppoſito Petrus nõ habeat equũ. Dicendũ, quod nõ licet de homine in determinatione loqui, niſi qui poſsidet equũ: & ſic ſupponit ſubiectum, ꝑ equo poſſeſſo ab hõie, & pro homine poſsidẽte equũ, ſicut in affirmatiua.

Nota. ¶Solẽt in hac materia oppoſitionum innumera multiplicari argumẽta, ſine fructu tamẽ: nam illa vidẽtur poſita: ſolũ, ad exercẽdos iuuenes, vt [illegible] facilitatẽ, ſeu habitũ ſibi acquirant: digladiandi: (vt ita dixerim) formando ad inuicẽ argumenta, & caſus diuerſos ponendo, ad oppugnandũ leges oppoſitionũ: tan in contradictorijs, quã in contrarijs, & ſubcontrarijs. Verũ quia nobis nõ inmorandũ, ſed per trãſenã iſta, quorũ nullus fructus, & tradenda, & diſcẽda ſunt: ſic calamũ temperauimus: vt medium tenuiſſe, ſit exploratũ. Quippe qui nonnulla propoſuim⁹ in mediũ argumẽta, q̃ cõmuniter a ſummuliſtis adduci ſolẽt. Verũ longas, & latas fimbrias caudatorũ ſylogiſmorũ, cum replicis, confirmationibus, ſub cõfirmationibus: data opera ſuccidimus.

Conſilium autoris. Rationẽ temporis, (cuius maxima iactura eſt) habẽtes, ne in re infructuoſa, conſũpto tempore: ad illa quæ vtilia, & neceſſaria proſus ſunt, non detur locus, ex iſtis adductis, & ex congerie illa ſelectis oppoſitionum Enzinas, & primi tractatus eiuſdem, & magiſtri de Soto, & Sbarroię, & Spinoſe, & aliorum huius farinę virorũ: poterit qui voluerit: ad perpendiculũ exacte trutinare: nũquid: pęnitendã rẽ fecerim, data opera in illis non inmorãdo. Sequtus non contemnẽdos autores: maxime ipſius Dialectice principẽ vnicum, Ariſtotelẽ. Et cęteros huius claſis viros, Alexandrum, Themiſtium, antiquos philoſophos: qui nobis ipſam tradiderũt Dialecticẽ, caſtã, purã, non fucatã, non adulterinã. Et inter neotericos non deſunt, qui nr̃o fauent inſtituto: quibus hęc inuenta ſummuliſtarũ, mirũ in modũ diſplicent. Qui & conãti ſunt, ipſam ſermotionalẽ ſcientiam, cuius vſus diffinire diuidire, & ratiotinari eſt: vel vt ab inferis ſuſcitare, & in priſtinum decorẽ renouare. Iſtis nænijs non ſolum circuncisis: ſed etiam penitus erradicatis. Vt neq̃ eorum veſtigia inueniri queant. Eſt profundiſsimus philoſophus Ariſtotelicus, Iacobus, Faber ſtapulẽſis. Eſt etiã doctiſsimus, ſimul ac ſtudioſiſſimus, ac omnium bonarum literarum vir: Titilmanus minorita, ſunt & nonulli alij: quos recẽſere ſuperuacaneum videtur: quibus arridet ipſa Dialectica, quæ Ariſtotelica eſt. Et tædium facit & nauſeam prouocat: hæc quæ ſummuliſtarum inuentio & prolis eſt. Vt ſupra diximus quod nõ ſemel atq̃ iterum ſed ſępe erit repetendum.

CAPITVLVM. IX. DE æquipollentijs ſequitur de quibus dantur regulæ.

Textus.

PRIMA, SI ALICUI ſigno vniuerſali, vel particulari, negatio pręponatur: ęquipollet ſuo contradictorio. Vt hę equipollẽt, nõ omnis homo diſputat, & quidam homo non diſputat, Et hæ omnis homo diſputat, & non quidam homo non diſputat. 1. Regula.

¶Secunda regula, ſi ſigno vniuerſali poſtponatur negatio: ęquiualet ſuo cõtrario. Omnis homo non diſputat, & nullus homo diſputat, ęquiualent, & iſte omnis homo diſputat: & nullus homo non diſputat. 2. Regula.

¶Tertia, ſi ſigno vniuerſali, vel particulari: prępponatur & poſt ponatur negatio: ęquipollet ſuo ſubalterno: vt in iſtis, non omnis homo non diſputat: & quidã homo diſputat. Et omnis homo diſputat, & non quidã homo nõ diſputat. Hę regulę, iſtis verſibus cõcluduntur, præ contradic, poſt, contra, præpoſtq̃: ſubalter. 3. Regula.

¶Ex his regulis infertur, quod ſi duo ſigna vniuerſalia negatiua, ponãtur in eadem locutione, ita quod vnum ſit in ſubiecto, & aliud in prędicato: primum ęquiualet ſuo contrario. Per ſecundam regulã. Et ſecundum, ſuo cõtradictorio per primam regulã. Vt nichil eſt nichil, ęquipollet huic: quodlibet eſt aliqd. Nã per ſecundã regulã, nichil non, & quodlibet, ęquipollet: ſicut omnis nõ, & nullus. Et per primam, non nichil & aliqd ſicut non nullus, & quidam. Vnde verſus, nõ omnis quidã: nõ omnis nõ quaſi nullus: non nullus quidam: ſed nullus non valet omnis: non aliquis, nullus: nõ quidam non, valet omnis: nõ alter neuter, neuter non, præſtat vterq̄.

Gloſa.

Quomodo ſupra poſitę æquipolentiarũ regulæ veritatem ſortiãtur.

¶Omnes iſtæ regulæ poſitæ de æquipollentijs tenẽt verum, ſuppoſito negatio quę prę ponitur, vel poſt ponitur: capiatur negãter. Nam ſi infinitanter, non eſt verum. Et ratio eſt, quia quando neganter, habet oppoſitũ ponere, & ſic diſtributum in diſtribuit, & affirmatum negat, & econtra. Si tamen negatio infinitanter ſolum capiatur, non poterit oppoſitum ponere: cum ſolũ virtus eius, ſupra terminum immediatũ cadat. Secundo etiam, eſt requiſitum ad ęquipollentiam: vt illa negatio, poſsit congrue pręponi: nam licet iſtę duę contradictorię ſint, homo diſputat, & non homo diſputat: non recte fit ęquipollẽtia, nõ nõ homo diſputat, quia tũc eſſet nugatio: & hęc circa primã regulam.

Exceptio regulę.

¶Circa ſecundam, ſimiliter poſſet regula defficere: quando. ſ. poſtponitur negatio. Sed talis propoſitio non poteſt habere contrariam, vt ſi ſubiecto huius, omne quod eſt Petrus, eſt ſubſtantia: poſt ponatur negatio Sic, omne quod eſt non Petrus. &c. nõ ęquiualet contrarię, quia non poteſt prima propoſitio contrariã habere. Et hęc de ęquipollentijs brebiter dicta ſufficiant. Conſequenter oportet, & de modalibus aliqua tangere etiam: quę ſuperflua ſunt, miſſa facientes, iuxta inſtitutum noſtrum a principio declaratum.

CAPITV.X. de modalibus.

Textus.

MODVS, EST ADiacens rei determinatio. Et habet fieri, per adiectiuum: vnde cum ſit duplex, adiectiuum quodã nominis, vt album, aliud verbi: vt aduerbia. Fit, vt duplex ſit modus: alter nominalis: qui fit per adiectiuum nominis, alter adverbialis, qui fit per ad verbium: vt doctus homo, docte diſputat. 1. Pars.

¶Aduerbiorum: quędam verbũ determinãt, gratia cõpoſitionis: vt hęc ſex neceſſario: contingenter, poſsibiliter, impoſsibiliter, vere, & falſe. Alia gratia rei verbi, vt argute diſputat, alia ratione tẽporis, vt hodie, & cętera aduerbia tẽporalia. Alia ratione modi, vt aduerbia hortãdi, & optandi: & ſecundũ hoc, ſumitur multiplex mod9 p aduerbia. Sed oĩbus alijs omiſsis, ſolum de illis dicendum: quę compoſitionem determinãt. Vt ſunt illa ſex ſupra poſita.

¶Cũ. n. dicitur, homo neceſſario diſputat: deſignatur, qđ cõpoſito diſputationis: cũ homine, ſit neceſſaria. Sed cũ dicitur, homo diſputat bene, vel argute: ſignificatur, qđ diſputatio ſit bona, vel arguta. Et in hac, res verbi determinať. Et in prima, cõpoſitio: vnde ſolũ illi modi, q cõpoſitionẽ determinãt: cõſtituũt ꝓpoſitionẽ modalẽ. Et ſumunť iſti modi: aliqñ nominaliť, vt poſsibile, impoſſibile, cõtingẽs: neceſſariũ: verũ & falſũ q̃ndoq̄ adueruialr, vt poſsibilr, ĩpoſsibilr: neceſſario cõtingẽter, vere & falſe.

¶Propoſitio modalis ẽ illa, q̃ aliquo iſtorũ ſex modorũ đterminať. Vt petrũ diſputare: ẽ paſsibile. In his modalibus: verbũ ſubijcitur: modus prędicatur. 2. Pars.

¶Omues

¶Omnes aliȩ propoſitiones quȩ modales non ſunt vocantur de ineſſe. At vero propoſitiones quæ modificantur his modis: verum, falſum: ad preſens relinquũtur, quia in illis eodem modo ſumitur oppoſitio & ȩquipollentia ſicut in alijs de ineſſe.

¶Vnusquiſq; autem iſtorũ modorũ quatuor conſtituit propoſitiones modales. Ob id q; cũ quatuor ſint modi: ſexdecim erunt propoſitiones: verbi gr̃a, poſsibile ſine negatione, cõſtituit hanc: Petrũ diſputare eſt poſsibile. Et ſi cum negatione poſita ad verbum cõſtituit hanc: Petrum nõ diſputare eſt poſsibile. Si vero cũ negatione ad modum, cõſtituit hanc: Petrũ diſputare non eſt poſsibile. Si vero negatio ad verbũ & ad modum facit hanc: Petrum nõ diſputare non eſt poſsibile. Et hoc modo, ſecundũ vnum quenq; aliorũ modorum cõſtituũtur q̃tor ꝓpoſitiones modales.

3. Pars. ¶Æquipollẽtia, in iſtis quatuor regulis cognoſcitur, q̃ per iſtas dictiones ſignificatur. Amabimus, Edẽtuli, Illiace Purpurea. Itaq; vbi ſit .a. denotatur qd' nulla negatio debet poni .e. negatio ad verbum, ſeu dictum, vbi .i. ad modũ, vbi .v. ad verbum, & ad modum: vnde verſus .e. dictum negat .i. modum, nichil .a. ſed .v. totum.

¶Itẽ prima propoſitio erit de poſsibili ſecũda de contingenti, tertia de impoſſibili, q̃rta de neceſſe. Vnde verſus, poſſibile, cõtingens, impoſsibile, neceſſe.

1. Regula. ¶Amabimus, prima regula cuicunq; dicto affirmato tribuitur poſsibile: eidẽ tribuitur contingens, & ab eodẽ remouetur impoſsibile, & ab eius cõtradictorię oppoſito remouetur neceſſe. Vt Petrum diſputare eſt poſsibile, Petrum diſputare eſt contingens, Petrum diſputare non eſt impoſsibile. Petrum non diſputare non eſt neceſſe.

Edentuli.

¶Secunda regula, cuicunq; dicto negato: tribuitur poſsibile, eidẽ tribuitur contingens, & ab eodẽ remouetur impoſsibile, & ab eius cõtradictorie oppoſito: remouetur neceſſe. Vt, Petrũ nõ diſputare eſt poſsibile, Petrũ nõ diſputarare eſt cõtingẽs, Petrũ nõ diſputare nõ eſt ĩpoſsibile, petrũ diſputare nõ ẽ neceſſe. 2. Regula.

Illiace.

¶Tertia regula a quocunq; dicto affirmato, remouetur poſsibile: ab eodem cõtingens, & eidẽ tribuitur impoſsibile & eius contradictorie oppoſito: tribuitur neceſſe. Vt petrũ diſputare non eſt poſsibile, Petrũ diſputare non eſt cõtingens, Petrum diſputare eſt impoſsibile Petrum non diſputare eſt neceſſe. 3. Regula.

Purpurea.

¶Quarta regula, a quocunq; dicto negato, remouetur poſsibile: ab eodẽ remouetur contingens, & eidẽ tribuitur impoſsibile, & eius contradictorię oppoſito: rribuitur neceſſe. Vt Petrũ non diſputare non eſt poſsibile, Petrum nõ diſputare non eſt contingens, Petrum non diſputare eſt impoſsibile, petrũ diſputare eſt neceſſe. 4. Regula.

¶Equipollentiæ modalium poſſũt etiã haberi per has regulas. Omnes propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili, ȩquipollent: verbo, ſeu dicto: ſimiliter ſe habente, & modo diſsimiliter. 1. Regula.

¶Omnes propoſitiones de poſsibili & neceſſario ȩquipollent verbo, & modo, diſsimiliter ſe habentibus. 2. Regula.


¶Tertia omnes propoſitiones de impoſsibili, & neceſſe: ȩquipollent verbo diſsimiliter, & modo ſimiliter ſe habentibus. Et intelligitur modus ſimiliter, 3. Regula.

vel diſsimiliter ſe habere: quantum ad affirmationem, vel negationem & ſic de verbo dicendum.

¶ In prædictis regulis non fit mentio de contingenti: quia conuertitur cum poſsibili.

¶ Propoſitionum modalium, alię ſunt contrarię, alię ſub contrarię, alię contradictorię, alię ſubalternę. Vnde omnes propoſitiones, quę ſunt in quarta linea de Purpurea, contrariantur omnibus illis: quę ſunt in tertia linea de Illiace, & omnes propoſitiones quæ ſunt in prima linea de Amabimus: ſub contrariã tur illis quę ſunt in ſecunda linea de Edẽtuli. Item primus ordo, & tertius: contradicunt. Similiter ſecundus, & quartus. Item primus ſub alternatur, quarto: & ſimiliter ſecundus tertio.

FIGVRA ÆQVIPOLLENTIARVM. ET OPPOSITIONVM.



Glosa.

Propoſitio modalis duplex.

¶Quia in literæ declaratione non eſt opus immorari, oportet intelligere duplicem eſſe modalem propoſitionem alteram diuiſam, alteram compoſitam. Modalis compoſita illa eſt in qua modus prædicatur de dicto. Vt in hac, Petrum eſſe album eſt contingens. Vel quando ſubijcitur modus, & dictum prędicatur,

¶Modalis diuiſa, eſt propoſitio cathegorica: cuius verbum principale, aliquo modo vniuerſali, aut particulari determinatur. Vt Petrus poſsibiliter diſputat, Petrum poſſibile eſt diſputare. Itaq̧ cum modalis ſit ꝓpoſitio vbi modus ponitur: erit compoſita q̄n do modus modificat, ſeu determinat dictū: & diuiſa, quando verbum determinatur.

Differentia īter modalem compoſitam & diuiſam.

¶Solent differentię poni, inter modalem diuiſam, & compoſitam. Et multum refert, ad cognoſcendam veritatem vel falſitatem Nam ſi ſit modalis: diuiſa hæc vera eſt, pręſcitus poſsibiliter ſaluatur: & in ſenſu compoſito, præſcitum ſaluari eſt poſsibile: eſt falſa.

1, Signum.

¶Primum ergo ſignum eſt, quod in modali compoſita, modus eſt nomem: ſed in diuiſa, ſumitur aduerbialiter. Secundo, in modali compoſita, modus ponitur in vno extremo, denotās competere toti dicto vt in hac, ſortem currere eſt poſsibile, ſed in diuiſa mediat modus inter partes dicti. Vt in hac, ſortes poſſibiliter currit. Tunc enim denotatur poſsibilitas inter rem ſignificatam per prędicatum: & per ſubiectum.

2.

¶Moderni aliqui, voluerunt ponere aliam differentiam, inter modalem diuiſam, & cōpoſitam. Vt dicerent, modum in compoſita capi ſecundę intentionaliter, & non ampliatiue: in diuiſa tn̄, primę intentionaliter. Quod eſt dicere, hic ſortem currere eſt poſſibile, ly poſsibile ſecūdæ intētionaliter, ſignificat hanc eſſe poſsibilem ꝓpoſitionem: ſed in hac diuiſe capiēdo, ſortes poſsibiliter currit accipitur modus ꝓ re, q̄ non eſt propoſitio. Sed tamē quicquid ſit de opinione modernorū, non oportet id pro certo tenere: nā ſi quis audiat ſortem currere eſt poſsibile, non concipit hanc propoſitionem poſſibilē eſſe: ſed quod actio illa id eſt curſus: ſit poſsibilis ſorti, Ob id videtur dicendū, modum capi ꝑſonaliter ſeu ſignificatiue, & primę intentionaliter: tā in cōpoſita, quā in diuiſa. Solum ſit differentia, quia in diuiſa aduerbialiter, in cōpoſita nominaliter: pro ſignificato propoſitionis, correſpōdētis dicto. Itaq̧ ſenſus huius propoſitionis, Pettum diſputare eſt poſsibile, eſt: id quod ſignificat illa propoſitio Petrus diſputat, eſt quid poſsibile, Itaq̧ hæc conſeq̄ntia eſt bona. Petrum diſputare eſt poſsibile: ergo hęc Petrus diſputat eſt poſsibilis. Et ſic eſt verum, quod modus ſic ampliat in modali diuiſa ſicut in compoſita: quandoquidem ſumitur primæ intentionaliter in vtraq̧.

Modus tā in diuiſa q̄ꝫ in cōpoſita prime intētionaliter capitur.

¶Qualitas in modalibus compoſitis, ſumēda eſt ex parte verbi principalis: quo videlicet, modus prędicatur de dicto. Vt hęc affirmatiua eſt, Petrum non diſputare eſt poſsibile, Et hæc negatiua, Petrum diſputare nō eſt poſsibile. Et quātitas in iſtis modalibus, poteſt ſumi, & ex parte modi, aut ex parte dicti, ex parte modi, propoſitio de ly neceſſario, & impoſsibile affirmatis, & de poſsibili, & contingenter negatis: dicetur vniuerſalis, Et econtrá, propoſitio de ly poſsibile, & contingenter, affirmatis: & de neceſſario, & impoſsibiliter negatis: dicētur particulares. Et ſic manifeſtauit Petrus hiſpanus, in ſupra dictis: & apparet in figura ſuprapoſita, Ly neceſſe, eſt ſignum vniuerſale: ſicut ly omnis, & impoſsibile: ſicut nullus. Et poſſibile ſicut quidam, & poſsibile non, ſicut quidam non,

Vnde qualitas in modali cōpoſita.

Vnde quātitas.

¶Sed penes dictum, moderni conſiderant ſicut in alijs cathegoricis, Videlicet, penes ſignum quod fertur in totum dictum, Vt hanc, omne ly Petrum currere, eſt poſsibile dicant vniuerſalem. Et hanc, aliquod ly omne animal eſſe hominem eſt poſsibile: particularem, Et hanc, hoc omne animal eſſe hominem eſt poſsibile, dicunt ſingularē. Et hanc ly omne animal eſſe hominem eſt poſsibile, vocāt in difinitā. Et ſic dicūt dictū poſſe diſtribui materialiater ſūptū, ꝓ oībꝰ ꝓpoſitiōibus, ſinonomis ſibi correſpōdētibus, Et ſingularizari ꝓ ſe: aut vna illarū, ita vt ſenſus primæ ſit, omnis talis propoſitio Petrus diſputat, eſt poſſibilis. Iſta opinio iſtorum procedit ex hoc: quod dictum in modali compoſita, dicunt materialiter capi, ꝓ propoſitione, Sed cum capiatur perſonaliter, vt dictum eſt: pro ſignificato talis pro-

Penes dictum conſiderāt quantitatē moderni.

poſitionis, & ſignificatum propoſitionum ſinonimarum dicatur eſſe vnum, & idem: ſequitur quod omne tale dictum, accipitur ſingulariter. Vt inquit ſ.Tho. in opoſculis. (S.Tho.) Ob id nulla modalis compoſita, ex parte dicti: debet eſſe vniuerſalis: aut particularis, ſed omnis eſt ſingularis: aut habẽs modum ſingularis. Licet alij oppoſitum teneant, vt Titilmã li.3 c.2 4. (Vt dicemus).

1.Argumẽ. ¶Primo arguitur, contra illas æquipollentias poſitas, & oppoſitiones propoſitionũ in figura ſupra poſita. Hæ propoſitiones, Petrum diſputare eſt poſſibile, & Petrum nõ diſputare eſt neceſſe, non contradicunt: & tamen prima eſt prima de amabimus, & ſecunda vltima de yliace: ergo propoſite propoſitiones ex aduerſo angulo, non contradicunt. Patet, ex eo quia non participant in ſubiectis, quia in vna extremum eſt Petrum diſputare, & in alia Petrum non diſputare, & prædicatum in vna eſt poſſibile, & in alia neceſſe. & præterea, quia vtraq; eſt affirmatiua: ergo non contradicunt.

Solutio. ¶Ad argumentum, relicta opinione modernorum, ſtando in ſententia ſ.Tho. quod omnis propoſitio modalis, ratione dicti eſt ſingularis. dicẽdum, illas duas ſupra poſitas contradictorias eſſe: licet vtraq; ſit affirmatiua, & non participent in extremis. Ratio eſt, quia vere illæ duæ æquiualẽt duabus ꝓpoſitionibus que verę contradictoriæ ſunt. Quæ ſunt modales diuiſe in extremis participantibus, quarum vna affirmatiua, & altera negatiua Iſtis. ſ. Petrus poſsibiliter diſputat, & Petrus neceſſario nõ diſputat. Et hoc ſufficit, ad hoc quod illę duæ ſint contradictorię, de modo enũciandi.

2.Argumẽ. ¶Secundo arguitur, contra illud quod dictum eſt: eſſe modalem diuiſam, &c. contra ſi aliqua eſt modalis diuiſa, aut modus eſt pars copulę: aut non. Secundum nõ poteſt dici, cum modus non agat in prędicati ſuppoſitionem, & ſi eſt pars copulę ſequeretur ipſam non eſſe modalem: cum tota copula non determinetur aliquo modo.

Solutio. ¶Reſpondetur, quod modus non eſt pars copule: & quando arguis, virtus eius nõ trãſit in ſuppoſitionem prædicati: dicendum, ſufficit tranſeat, ampliando, aut appellãdo. Et dato quod modi eſſent partes copulę. nõ ſequeretur ipſam non eſſe modalem: cum

Modus nõ eſt pars copulę.

nos non dixerimus, modalem eſſe: vbi tota copula modo determinatur, ſed vbi copula: & quia ſic cõtingeret, etiam ſi eſſet pars: ſufficeret, & ſufficit: modus determinet copulam principalem. Quoniam hæc, Petrus eſt, vel poſsibiliter eſt albus: dicenda eſt modalis diuiſa, licet poſſet dici etiam de in eſſe cum reducatur ad vnam hypoteticam, cuius vna pars eſt de in eſſe: & altera modalis. Vt Petrus eſt, & Petrus poſſibiliter eſt albus.

¶Quando quidem in ſuperioribus mentio facta eſt, de propoſitione de in eſſe: conſiderandum eſt, has quas modales vocamus, poni aliquando in eſſe. Vt ſi dicamus, ſortem currere eſt poſſibile. ſua de in eſſe eſt, ſortes currit. Vel ponitur in eſſe per iſtam.

¶Sed notandum venit, aliud eſſe ponere propoſitionem in eſſe: aliud aſignare de in eſſe, aliud reducere ad de in eſſe. (Nota.) Nam ponere in eſſe, eſt aliquod poſſibile actualiter verificari. Aſſignare de in eſſe, eſt tollere modum, aut copulam de extrinſeco tempore, & mutare in copulam de preſenti. Sed redducere ad de in eſſe, eſt probare, per ꝓpoſitionẽ de in eſſe. De quo ſint ꝓpoſitiões.

1.ꝓpoſitio. ¶Sicut ad veritatem propoſitionis de præterito, ſufficit & requiritur, ſua de in eſſe ſuerit vera: ita ad veritatẽ propoſitiones de futuro requiritur, quod ſua de in eſſe erit vera.

2.ꝓpoſitio ¶Propoſitio, 2, ad veritatẽ propoſitionis dẽ poſſibili, ſufficit & requiritur: ſua de in eſſe ſit poſſibilis. Et ſic, ad illam de impoſſibili: quod ſit de in eſſe impoſsibilis. Vt hæc eſt vera, Petrus poſſibiliter eſt doctus: q̃a de in eſſe, Petrus eſt doctus: poſsibilis eſt.


3 ꝓpoſitio. ¶Tertia propoſitio, ſicut ad veritatem propoſitionis de neceſſario ſufficit ſua de in eſſe ſit neceſſaria. Sic ad veritatem contingẽtis, ſufficit de in eſſe, ſit contingens

1. Regula. ¶Circa ergo modum ponendi propoſitiones in eſſe, ſit regula. Quando verbum, vel modum præcedit aliquis terminus reſolubilis, talis terminus prius eſt reſoluendus. Si quis petat de in eſſe huius, homo poſsibiliter eſt animal: dabo iſtã, homo eſt animal. Sed ſi petat, vt reducam ad de in eſſe: prius dabo aſcendentes ſub ly homo, & poſt reducam ipſas ſingulares. Similiter ſi aliquis petat vt de in iſtius, hoc album fuit nigrum hoc album eſt nigrum. Sed ſi petat vt redducam,

ducam, prius reſoluam reſolutorie ſic, hoc fuit nigrum. &c.

¶ Circa modales diuiſas, oportet notare: q̄litatem poſſe attendi, vel penes verbū principale, vel penes modum. Vt Petrus poſsibiliter nō diſputat, dicitur negatiua. Et affirmatiua de modo. Et hęc, Petrus non poſsibiliter non diſputat, dicitur affirmatiua de copula & negatiua de modo.

¶ Quantitas etiam ſumi poteſt, vel ex parte ſubiecti, ſicut in alijs cathegoricis: vel ex parte modi: vt propoſitio de ly neceſſario, & impoſsibiliter, affirmatis & de ly poſsibile, & contingens, negatis: ſint vniuerſales de modo. Et econtrario, ſi iſti modi ſumantur: ſit particularis modalis, (ſicut diximus) in modali compoſita. Et ſic hæc propoſitio omnis homo poſsibiliter diſputat, eſt vniuerſalis cathegorica, & particularis de modo. Et hęc, Petrus impoſsibiliter diſputat, ſingularis Cathegorica: & vniuerſalis de modo. Et ſic poteſt poni omne genus oppoſitionis, ſicut in ſimplicibus propoſitionibus, ex parte ſubiecti. Et ex parte modi. Vt patet in figura.



 ¶ Circa

1. Nota. ¶Circa oppoſitionem in modalibus:tã di-
uiſis quam compoſitis notat Titilmanus.c.
2 4. 3 Libri, Modales diuiſę dicit ipſe ſequũ
tur legem propoſitionum ſimplicium:quas
de ineſſe vocant. Sunt enim hæ contrariæ
Oppoſitio in modalibus, omnis homo neceſſerio ſpirat,omnishomo
impoſsibiliter ſpirat. Hæ ſubcontrarię, qui-
dam homo poſsibiliter ſpirat,& quidam ho
mo poſsibiliter non ſpirat. Hæ contradicto-
rię omnis homo neceſſario ſpirat, quidã ho
mo poſsibiliter non ſpirat. Hæ ſubalternæ
omnis homo neceſſario ſpirat,quidam ho-
mo poſsibiliter ſpirat. Solũ hic oportet ob-
ſeruare ne in contrarijs modus ponatur par
ticularis in vtraq;, neq; in ſubcontrarijs vni
uerſaliter, Et in contradictorijs, ne idẽ mo-
d9,vel vniuerſalis,vel particularis in vtraq;.
2. ¶Quantum vero ad compoſitas, conſide-
randum,in lineis Purpurea,& Illiace,q̃ ſunt
contrarię,precipuus modus eſt,neceſſe. Et
ſic contrarietas in eis ex parte illius debet
conſiderari. Et in Amabimus, & Edentuli.
Quæ ſubcontrarię propoſitiones, de poſsi-
bili principaliter conſiderandę in contradi
ctorijs,illa q̃ de neceſſe, & q̃ de poſsibili.
3. Nota. ¶Ad hoc ergo q; ꝓpoſitiões de neceſſe in li
neis cõtrarijs ſint cõtrarię,oportet notare di
ctũ nõ maneat ꝑticulariter in vtraq;. Alias
non erunt contrarię aliquẽ hominem ſpira
re eſt neceſſe,aliquem hominem non ſpira-
re eſt neceſſe. Dantur ſimul veræ in ſimili
Ariſto. 8. Phi. tex. cõ. 15. ſuppoſita opinione Ariſto. quod mũdus fue
rit ab ęterno, Aliquod animal eſſe hominẽ
eſt neceſſe,& aliquod animal non eſſe homi
nem eſt neceſſe, & ſimiliter aliquam perſo-
nam in diuinis eſſe patrem eſt neceſſe,& ali
quam non eſſe patrem eſt neceſſe.
4, ¶In propoſitionibus alijs, non eſt neceſſe
id notari, ſed poſſunt eſſe omnes de dicto
particulari,immo tãtomelius,ſi omnes aliæ
de Purpurea & Illiace ſint particulares.
5. ¶Ad eſſe ſubcontrarias in Amabimus, &
Edentuli:non maneat in vtraq; de poſsibi-
li,dictum vniuerſaliter. Alias erunt ſimul fal
ſæ patet. omnem perſonam in dininis eſſe
patrem eſt poſsibile,& omnẽ perſonam nõ
eſſe patrẽ eſt poſsibile. Et incaſu Ariſto. om
ne animal eſſe hominem eſt poſsibile, om-
ne animal non eſſe hominem eſt poſsibile.
Non enim participant legem ſubcontraria
rum & tamen ſi dictum in altera ſumeretur
particulariter:oppponerentur.
¶Ad hocquod propoſitiones de neceſſe, 6.
& poſsibili contradicant: oportet dictum
non ſumatur vniuerſaliter in vtraq;, neq;
particulariter. Sed in vna vniuerſaliter, &
in altera particulariter. Vt omne animal eſ-
ſe hominem eſt neceſſe, in Purpurea: con-
tradicit huic,in Eduntuli: quodam animal
non eſſe hominem eſt poſsibile. Et iſta in
Illiace,omne animal non eſſe hominem eſt
neceſſe,contradicit huic,in amabimus:quo
dam animal eſſe hominem eſt poſsibile. Si
dictum in vtraq; vniuerſaliter:dantur ſimul
falſæ,& ſi particulariter in vtraq;:dantur ſi-
mul verę. Omne animal eſſe hominem eſt
poſsibile, omne animal non eſſe hominem
eſt neceſſe. In caſu poſito Ariſto. & hæ in
Purpurea,& Edentuli: aliquod animal non
eſſe hominem eſt poſsibile, & aliquod ani-
mal eſſe hominem eſt neceſſe: ambę veræ.
¶Præterea notandum, vt propoſitiões de 7.
neceſſe,& poſsibili:in Purpurea, & Amabi-
mus, Edentuli,& Illiace,ſint ſubalternę: ca-
uẽdum,ne dictum in illa de poſsibili,tenea-
tur vniuerſaliter. Cũ in illa de neceſſe fuerit
poſitum particulariter. Quia hæ non ſunt
ſubalternæ aliquod animal eſſe hominem
eſt neceſſe, & omne animal eſſe hominem
eſt poſsibile. Nam illa quæ de modo vniuer
ſali eſt vera: & alia de particulari modo, eſt
falſa. Hæc ex Titilmano duxi notanda, vt
ſciamus etiam ex parte dicti conſiderandã
oppoſitionem, in modalibus compoſitis.
Etiam ſi aliqui putẽt, (vt diximus) dictum
in modali compoſita: ſumi ſingulariter.
¶Equipollentiæ & oppoſitiones in diuiſis
ex parte modorum, eodem modo diſponi
poſſunt ſicut diximus in modali compoſi-
ta, Vt hę quatuor Petrus poſsibiliter diſpu-
tat, Petrus contingenter diſputat, Petrus
non impoſsibiliter diſputat, Petrus
non neceſſario non diſputat ſunt
in amabimus: & ſic in alijs,
vt in hac figura.

FIGVRA OPPOSITIONVM ET
æquipollentiarum in modalibus
diuiſis ſequitur.

¶Hic



¶ Hic aduertendum eſt, in iſtis modalibus diuiſis quando, I. pręcipit negationem ferri in modum, & non in verbum: non intelligitur, quod negatio non feratur in verbum ſed quod non præponatut alia negatio ad verbum: quam illa, quæ modo pręponitur, q̄ videlicet, fertur in modū, ſimul & verbū. Vt patet in ylliace. Petrus non poſsibiliter diſputat.

¶ Propoſitio modalis diuiſa ratione ſubiecti, eodem modo eſt probanda, & reſoluenda: ſicut cæteræ cathegoricæ. Verum ratione modi, cognoſcenda eſt per ſuā de ineſſe.

¶ Propoſitio de ineſſe dupliciter capitur, vno modo, vt diſtinguitur contra propoſitionem de extrinſeco tempore. Vt ſit illa, quæ eſt de præſenti: & non ſummitur cum aliquo ſigno ampliatiuo. Vt Petrus legit. Alio modo ſummitur de ineſſe, prout diſtinguitur contra modalem. Vt hęc dicatur de ineſſe, Petrus, albus erit: quia non ibi in ea ponitur modus nec ad verbum, neq̧ ad dictum.

CAPIT. XI. SEQVITVR de conuerſione propoſitionum.

Textus.

PRopoſitionũ cathegoricarum vtroq; termino participantium, ordine eodem triplex eſt conuerſio, ſimplex, per accidens, & per contra poſitionem. ❡ Simplex conuerſio eſt, quando fit de ſubiecto prędicatũ, & de prędicato ſubiectũ: manente eadẽ quãtitate, & qualitate. Et ſic vniuerſalis negatiua, in ſe ipſam conuertitur: & particularis affirmatiua ſimiliter. Vt nullus homo eſt lapis, nullus lapis eſt homo, quidam homo eſt animal, quodam animal eſt homo.

Conuerſio ſimplex

Conuerſio p accidens

❡ Conuerſio per accidens eſt facere de ſubiecto prędicatũ, & de prędicato ſubiectũ: manẽte eadẽ qualitate, ſed mutata q̃ntitate. Et ſic cõuertitur vniuerſalis affirmatiua, in particularẽ. Vt om̃is homo eſt animal: ergo, quodã animal eſt homo. Et vniuerſalis negatiua, in pticularẽ negatiuã. Vt nullus homo eſt lapis: ergo, quidam lapis non eſt homo.

Conuerſio per contra poſitionẽ

❡ Conuerſio per cõtra poſitionẽ eſt, facere de ſubiecto prędicatũ, & de prędicato ſubiectũ: manẽte eadẽ quãtitate et q̃litate: ſed mutatis terminis finitis, in infinitos. Et hoc modo cõuertitur vniuerſalis affirmatiua, in vniuerſalẽ affirmatiuã, & negatiua particularis, in ſeipſam. Vt omnis homo eſt animal: ergo omne nõ animal eſt nõ homo: quidam homo nõ eſt lapis: ergo, quidam nõ lapis, non eſt non homo Vnde verſus.

❡ Simpliciter feci, cõuertitur eua per accidens: aſto per contra, ſic fit conuerſio tota. Afferit, a, negat e, ſunt vniuerſaliter ambę: aſſerit, i, negat, o, ſunt particulariter ambę.

Gloſa.

❡ Hic notãdum, q ſimpliciter feci, denotatur: q vniuerſalis negatiua, quæ per ly, e, ſignificatur, & particularis affirmatiua, quæ per ly, i, ſimpliciter conuertuntur.

❡ Conuertitur eua per accidens, ſignificatur, quod tam vniuerſalis negatiua q̃ affirmatiua: per accidens conuertuntur.

❡ A ſto, per contra, i, vniuerſalis affirmatiua, & pticularis negatiua: per cõtrapoſitionem cõuertuntur. Et ſic vniuerſalis negatiua, & ſimpliciter & p accidens conuertitur. Et vniuerſalis affirmatiua itẽ, dupliciter. ſ. p accidens, & p contrapoſitionẽ, ſed particularis affirmatiua ſolum ſimpliciter & negatiua per contra poſitionem.

❡ Conuerſio eſt duplex, mutua & non mutua: qñ conuerſa, & conuertẽs: mutuo ſe inferunt, vocatur mutua, & hęc, pprie conuerſio eſt. Vt qñ conuertitur vniuerſalis negatiua, in ſeipſam, qa beneualet, nullus homo eſt animal. ergo nullũ animal eſt homo. Et econtra, nullũ animal eſt homo: ergo, nullus homo eſt animal. — Conuerſio mutua, & nõ mutua.

❡ Non mutua vocatur, qñ non mutuo ſe inferũt, vt qñ conuerſione p accidens, vniuerſalis affirmatiua: conuertitur in particularẽ affirmatiuam. Vt, omnis homo currit ergo aliquod currens eſt homo. Sed tñ non valet econtra aliquod currens eſt homo: ergo omnis homo currit: nam vno ſolum homine currente, antecedens eſt verum: & conſequens falſum.

❡ Oportet etiam regulas notare pconuerſione ppoſitionũ: ad conuertẽdas propoſitiones non modales, de copula de preſenti: non eſt aliud conſiderandum, quam facere de ſubiecto prędicatum, & econtra. Seruata ſimili ſuppoſitione, & reſtrictione. Vt ſi quis iſtam omnis homo eſt animal: vellit cõuertere: conuertitur ſic, a animal, omnis homo eſt: quia ly animal ſupponebat confuſe in hac, omnis homo eſt animal. Et ſi hanc vis conuertere, homo non eſt animal: conuerte hoc modo, omne animal, b, homo nõ eſt: quia ly homo in prima determinate ſupponebat. — 1. Regula

❡ Secunda regula, ad conuertendas omnes propoſitiones, tam modales, q̃ non modales: ſi ambo extrema, copulã vel modum pcedant, vel ſeq̃ntur: nõ ẽ aliud neceſſariũ, — 2. Argu.

niſi

niſi extrema tranſponere ſeruata ſimili ſuppoſitione,& reſtrictione. Vt iſta propoſitio neceſſario animal eſt homo. Conuertetur in hanc,neceſſario homo eſt animal, ſi vero vnum extremum pręcedit modum, & aliud ſequitur:debet fieri conuerſio,ſeruatis proprietatibus Logicalibus,replicādo modum, cum ſubiecto conuertentis. Vt iſta, Deus neceſſario eſt creans. Debet conuerti,creans,quod neceſſario eſt creans,poſsibiliter eſt Deus. Ratio eſt,quia ly neceſſario terminum pręcedentem ad quatuor differentias:& ſequentem ad quinq̧, ampliat.

3. Regula. ¶ Tertia regula,ad conuertendam propoſitionem negatiuam modalem,vel de copula extrinſici temporis:opus eſt conuertere, ſuam contradictoriam affirmatiuam. Et contradictoria conuertentis affirmatiuæ: eſt conuertens negatiuę.

¶ Obid ſi vellis conuertere hanc,Deus poſſibiliter non eſt creans. Contradictoria huius eſt,omnis Deus neceſſario eſt creans. Et conuertes illam,a, creans quod neceſſario eſt creans,poſsibiliter eſt Deus. Contradictoria huius non creans, quod neceſſario eſt creans,poſsibiliter eſt Deus:eſt conuertens illius, Deus poſsibiliter non eſt creans.

De conuerſione p cō-tra poſitionem. ¶ Circa hanc conuerſionem,duas oportet regulas notare. Quarum prima.

¶ Ab affirmatiua ad negatiuam, pręcicato variato penes finitum & infinitum : valida eſt conſequentia. Bene ſequitur,omnis homo eſt animal: ergo, omnis homo non eſt, non animal.

2. egula. ¶ Secunda,a negatiua ad affirmatiuā,prædicato variato,penes finitum & infinitum: valida eſt conſequentia , poſita conſtantia ſubiecti,3 Bene ſequitur, homo non eſt animal,& homo eſt:ergo,homo eſt nō animal. Secundum exigentiam harum regularum, fundata eſt conuerſio per contra poſitionē Nam quando cōuertitur affirmatiua. opus eſt ponere conſtantiā termini infiniti : quia bene ſequitur,omnis homo eſt animal : ergo omnis homo non eſt non animal. Vltra: omnis homo non eſt nō animal,ergo omne non animal non eſt homo. Per conuerſionē ſimplicem,vltra ponendo conſtantiam, & non animal eſt: ergo, omne non animal eſt non homo. Per ſecundam regulam : ergo,de primo ad vltimum, valet, omnis homo eſt animal:& non animal eſt:ergo, omne non animal eſt non homo.

nparticula zi
pone

¶ Veritas conuerſionis facile,pbatur p contra poſitionē, in pticulari negatiua. Nā iſta cōſeq̄ntia bona eſt, homo non eſt animal: ergo,non animal non eſt nō homo: quia bene ſequitur,homo non eſt animal,& homo eſt:ergo,homo eſt non animal. A negatiua ad affirmatiuam,prædicato variato,penes finitum & infinitum,& vltra:homo eſt non animal:ergo,non animal eſt homo per ſimplicem conuerſionem. Et vltra.ergo, non animal non eſt non homo. De primo ad vltimum,quicquid enim ſeqtur ad conſequens bonę conſequentiæ:ſequitur ad eius antecedens.

¶ Notabis etiam, conuerſionem hanc per contra poſitionem , non ſolum formalem conſequentiam non eſſe ſed neq̧ materialem. Non enim ſequitur, omnis homo eſt ens:ergo,omne non ens eſt nō homo. Nam chimera eſt non ens,& tamen non eſt non homo. Sed modus arguendi tenet, in virtute regularum pręcictarum. Vt ab Ariſtote. 2. Periher, traduntur. Conuerſio p cōtrapoſitionē nō eſt formalis conſequentia.

CAPITVLVM XII. DE propoſitione hypotetica.

POſtquàm vtcunq̧ tradidimus, de ꝓpoſitione cathegorica, quę pręcicatiua eſt & de materia,& oppoſitione,ſimul atq̧ conuerſione,& ęquipollentia tam in ſimplicibus, q̄ in modalibus:reſtat de hypotetica agamus.

Textus.

PRopoſitio hypothetica illa eſt,quæ habet duas cathegoricas coniunctas , tanq̄ partes principales ſui. Vt ſi homo currit,homo mouetur.

¶ Propoſitionum hypotheticarum alia conditionalis,alia copulatiua:alia diſiunctiua.

Gloſa.

Argumen. ¶ Contra hanc diuiſionem poſitam, eſt argumentum de iſtis. quando Petrus diſputat

bene

bene agit:vbi ignis eſt,calor eſt. Homo eſt animal,qui eſt rationalis. Iſtę ſunt hypotheticę:& tamen nulla earum eſt conditionalis,neq; copulatiua, neq; diſiunctiua. Et qđ ſint hypoteticę patet ex eo, quod ſunt propoſitiones, & non ſunt cathegoricæ: oportet ergo, dicantur hypoteticę.

Solutio.

¶Ad hoc reſpondetur, concedendo eas eſſe hypotheticas: quia ſenſum hypotheticū faciunt. Et minor negatur,nam licet verū ſit,eas formaliter non eſſe,nec conditionalem,neq; copulatiuam. Sunt tamen virtualiter. Tales enim per cōditionales reſoluuntur,vt illa localis,ſi in aliquo loco ignis eſt: ibi viget calor,& illa quando Petrus diſputat,bene agit,in hanc ſi Petrus diſputat: bene agit,& illa homo eſt animal, qui eſt rationalis: virtute continet hanc copulatiuam, homo eſt animal:& ipſe eſt rationalis. Eſt conſiderandū, quod cum hypothetica non habeat ſubiectum, tanq; partem principalem ſui:neq; proprie dici poteſt [redacted] quanta,ſicut loquti ſumus,de quantitate in cathegoricis:ſed quia copulā habet, quæ eſt coniunctio ipſarum cathegoricarū: habet qualitatem,vt.ſ.affirmatiua, vel negatiua dicatur:quando negatio aduerbialis,ponitur in fronte propoſitionis, & non eſt pars primæ cathegoricæ : aut ponitur immediate ante copulam hypotheticalem.i. coniunctionē: tunc eſt hypothetica negatiua. Vt non Petrus currit,& Paulus diſputat, & Ioannes loquitur,non & Paulus argumentatur. Negatiuę ſunt. Iſtę tamen,nullus homo loquitur, & nullus homo ſcribit,homo non loquitur, & homo nō,ratiotinatur, ſunt affirmatiuę. Dixi negatio aduerbialis:eo quod nominalis,nunq; poteſt copulam hypotheticalem negare:cum virtus eius, vltra cathegoricā non tranſeat. Et dixi dū modo non ſit pars cathegoricę quia in hac, non Petrus diſputat,& Paulus loquitur,ſi ly non infinitanter capiatur: affirmatiua eſt : quia ly non, eſt pars ſubiecti.

Nota ꝙ licet ꝓpoſitio hypotetica nō habeat ꝓprie quantitatē habet q̄litatem.

Dubium.

¶Eſt dubium,vtrum negatio cadens in totam hypotheticam:etiam cadat in ſingulas illius partes. Vt in hac,non ſi homo currit, homo diſputat,ly nō, neget omnes partes.

Solutio.

Reſpondetur,ꝙ nō:quia per ſenſum ſic apprehendimus:vt ly non,ſolum neget copulam hypotheticam,vt faciat iſtum ſenſum: non ſequitur,ſi homo currit:homo diſputat quaſi neget ſolum illationem conſequentis ex antecedenti. Et tamen ſi ly non totum negaret:eſſet ſenſus, ſi nullus homo currit, nullus homo diſputat. Nec valet dicere,qđ contrariū oppinantes affirmant illam propoſitionem,de ſignificationibus partium ſignificare:ſi nullus homo currit, nullus homo diſputat, & de ſignificatione totali ſignificant,quod non ſequitur: ſi homo currit,qđ homo diſputet. Sed tamen hoc non bene intelligitur,nam non eſt alia ſignificatio partialis,quā illa quæ exprimitur: quando ſignificatur totum. Ob id dicendum(vt diximus) quod negatio copulam negat hypotheticam:& non partes.

1. Argum.

¶Sed contra hoc eſt argumētum ex ſupradictis,negatio enim eſt malignantis naturę quicqd poſt ſe inuenit deſtruit,& eius oppoſitū ponit:ergo,in ſupradicta,partes negat.

Solutio.

¶Solutio eſt,ſolum negare,id quod concipitur,tanq; obiectum eius: & non partes. Et quia quando a principio ponitur, ſolum eius obiectum conſideratur tota hypothetica:ſequitur ꝙ ipſa negatur. Et ſic negatio eſt,quod conſequens ſequatur ex antecedēti:& quod negatio a principio propoſita,totam reſpiciat hypotheticam, & nō eius partes:Patet,quia alias,iſtę æquiualerent, non ens eſt Deus,& ens eſt Deus,& ens eſt Deus non & ens eſt Deus. Cum tamen prima ſit impoſsibilis:& ſecunda poſsibilis, & quod prima ſit impoſsibilis, patet: quia ſua contradictoria neceſſaria eſt,ſ.prima ablata negatione: ergo, ſignum eſt,ꝙ ly non in fronte poſitum:totam ſimul reſpicit hypotheticam, & non ſolum copulam hypotheticalē: quia ſi ſolum coniunctionē reſpiceret, perinde eſſet ponere negationem a principio: vel ponere ſolum immediate ante coniunctionem.

Negatio a principio totam reſpicit hipotheticam.

¶Etiam poſſet quis adhuc inſtare,dicendo ꝙ negatio partes hypotheticę negat,& reſpicit Nam alias ſequeretur, quod maneret in vtraq; contradictoriarum eadem particularitas:& eadē vniuerſalitas. [redacted],nam capio iſtam, ſi homo currit homo mouetur & iſtam non ſi homo currit : homo mouetur. Si ly non in ſecunda, non habet virtutem in cathegoricas:manet eadem particularitas,quod eſt inconueniens.

¶Reſpondetur

Solutio. ¶Reſpondetur concedendo, quod manet, nec inconuenit in hypotheticis. Licet enim verum ſit (vt ſupra diximus) in cathegoricis, quod ad contradictionē non debet manere eadem vniuerſalitas, neq; eadem particularitas In hypotheticis hoc non eſt neceſſarium, (vt infra dicemus.)

CAPITVLVM. XIII. SEquitur de conditionalibus.

Textus.

Quid ꝓpoſitio conditionalis. Conditionalis illa ē, in qua coniunguntur duę cathegoricæ, per ly ſi. Vt ſi Petrus diſputat, Petrus loquitur, & illa cathegorica, cui immediate prępońitur ly ſi: dicitur antecedens, reliqua vero, conſequens.

¶Ad veritatem conditionalis, requiritur quod antecedens non poſsit eſſe verum: ſine conſequenti. Vt ſi homo eſt, animal eſt. Vnde omnis conditionalis vera, eſt neceſſaria: & omnis falſa, eſt impoſsibilis. Ad falſitatem conditionalis, ſufficit, quod antecedens poſsit eſſe verum, conſequenti exiſtente falſo. Vt ſi homo eſt, album eſt.

Gloſa.

¶Habendum ergo eſt pro certo, ad veritatem conditionalis requiſitum [redacted]: eſſe bonam conſequentiam, & ad falſitatem, ſufficit ſit mala conſequentia. [redacted] hęc eſt vera propoſitio, ſi homo currit: homo mouetur: quia conſequentia bona. Et ob id neceſſaria Hęc tamen eſt falſa, ſi homo currit, homo diſputat: quia poteſt eſſe ſicut ſignificatur per antecedens, & quod non ſit ita, ſicut per conſequens.

¶Occaſione ſumpta, ſolent nonnulli hic, aliquas adducere regulas bonæ conſequentiæ. Quas nos adduximus in principio, quādo tradebamus prima rudimenta. Dicunt enim ex vero non niſi verum, ex falſo quandoq; verum, quandoq; falſum. Ex poſsibili non ſequitur impoſsibile, nec ex contingenti, ſequitur impoſsibile. Impoſsibile ſemper ex impoſsibili, & ex neceſſario non niſi neceſſarium Et neceſſariū ſequitur ex quodlibet: & ex impoſsibili ſequitur quodlibet. Et quicquid ſequitur ad conſequens bonę conſequentię, ſequitur ad antecedens. Et quicquid repugnat conſequenti: repugnat antecedenti. Quę omnia per decē regulas conſtituuntur, & veritas ipſarum facile probatur: propter prolixitatem, non hic ponuntur rationes.

¶Sed tamen ſunt aliqui modi arguendi eliciti ex Ariſtotele, vltimo c. priorum, in conditionalibus, a tota conditionali, cum poſitione antecedentis: ad poſitionem conſequentis, eſt formalis conſequentia. Sequitur bene, ſi homo currit, animal currit: ſed homo currit: ergo, animal currit. In affirmatiuis, formaliter ſequitur. Sed tamen in negatiuis, non valet: non ſi homo currit, animal diſputat: ſed homo currit: ergo, animal diſputat. 1. Regula.

¶Secunda regula, a tota conditionali: cum deſtructione conſequentis, ad deſtructionem antecedentis eſt conſequentia formalis. Optime ſequitur, ſi homo eſt rationalis, homo eſt riſibilis: ſed homo non eſt riſibilis ergo homo non eſt rationalis. Si angelus eſt homo, angelus eſt corporeus: ſed angelus non eſt corporeus: ergo, angelus non eſt homo: deſtruere conſequens, eſt eius ſubſumere contradictorium. 2. Regula.

¶A tota conditionali, cum poſitione conſequentis: ad poſitionem antecedentis, nō valet. Sicut nec valet, a tota conditionali: cum deſtructione antecedentis, ad deſtructionem conſequentis. Non enim ſequitur, ſi homo currit, homo mouetur: ſed homo mouetur: ergo, homo currit, nec valet, ſi homo currit, homo mouetur: ſed nullus homo currit: ergo, nullus homo mouetur. Datur antecedens verum, & conſequens falſum, vt patet. 3. Regula.

¶Quarta regula, a conditionali, ad diſiunctiuam compoſitam ex conſequenti, & ex contradictoria antecedentis: bona. Vt formaliter ſequitur, ſi homo currit: homo momouetur: ergo, homo mouetur, vel nullus homo currit. Et ſic, ſi Petrus diſputat, homo diſputat: ergo, homo diſputat, vel Petrus non diſputat. 4. Regula.

¶Hic etiam notandum, ꝙ a cauſali: ad rationalem, a cauſali, ad conditionalem: bona eſt Nota.

eſt conſequentia,& a rationali, ad conditionalem. Vt ſequitur, quia homo eſt riſibilis homo eſt rationalis. Homo eſt riſibilis:ergo homo eſt rationalis, Non tamen valet ecõtra, homo eſt riſibilis:ergo, eſt rationalis:ergo, quia homo eſt riſibilis, eſt rationalis: qa antecedens eſt verũ,& conſequens falſum. Non enim riſibilitas eſt cauſa rationalitatis, ſed potius econtra.

¶ Item ſequitur, homo eſt lapis:ergo homo eſt ſubſtantia:ergo ſi homo eſt lapis, homo eſt ſubſtantia. Non tamen ſequitur ecõtrario, ſi homo eſt lapis, homo eſt ſubſtãtia: ergo, homo eſt lapis:ergo, homo eſt ſubſtãtia. Quia cõditionalis eſt vera,& rationalis falſa. Et tandem omnia iſta dicta in regulis tenent in virtute diffinitionis bone conſequẽtię. Quę talis eſt, quod in ea non poteſt dari antecedens verum:& conſequens falſum. Vel ſic non poteſt eſſe ſicut per antecedens ſignificatur, quin ita ſit: ſicut per conſequẽs

1.Argu. ¶ Sed contra hęc dicta arguitur in hac conditionali, ſi Deus non eſt, Deus eſt: non poteſt ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens, quin ſit ita, ſicut per conſequens:& tamen non eſt bona conſequentia: ergo. Maior probatur, nam non poteſt eſſe ſicut per antecedens ſignificatur, cum ſit impoſsibile:ergo, nõ poteſt eſſe ſicut ſignificatur per antecedens, qn ſit ita, ſicut ſignificatur per conſequens. Sed minor patet, ex Ariſt. qui in, 2. Priorum dicit: alterum contradictorium, inferre alterum:eſt impoſsibile, &c. Ariſto.

Solutõ modernorum ¶ Ad argumentum, omnes moderni facile ſe expediunt, dicentes eſſe bonam conſequentiã:nam ex impoſsibile, ſequitur quod libet, etiam pro ſingulis generum. Nam ſi modo aliquod impoſsibile a parte antecedentis ponas: quicquid ſit in conſequenti, bona erit conſequentia. Sicut etiam dicunt neceſſarium ſequitur ex quodlibet. Et ſic ſolutum eſt argumentum.

Soluitur argumẽtum. ¶ Sed tamen magiſter Dominicus Soto, in ſuo primo tractatu, cap. 16. lectione, 2. diſſentit a modernis,& valde mihi placet eius opinio. Dicit enim in ſententia, conſeqntiam illam, quam moderni vocant bonam de materia:& per locũ ab extrinſeco: non eſſe bonam conſequentiam, nec ſic nominandã. Et id eſſe contra mentem Ariſtote. qui in loco citato: reputat impoſsibile, vnũ contradictorium, aliud inferre. Nam ſic, eadem propoſitio in bona conſequẽtia, inferretur a duobus contrdictoriis. Vt hæc, Petrus eſt riſibilis, poſſet inferri ex iſta: Petrus non eſt rationalis:ergo, Petrus eſt riſibilis. Et ex iſta, Petrus eſt rationalis:ergo, Petrus eſt riſibilis. Et in exemplo propoſito, bene valet, ſi Deus non eſt, Deus eſt. Et ſimiliter, ſi Deus eſt, Deus eſt.

¶ Etiam probari poteſt hęc ſententia contra modernos omnes, ex communi modo concipiendi. quis enim eſt: qui in mente capiat: quod ex eo quod homo ſit lapis, ſequatur Deum eſſe: vel ex eo quod homo ſit lapis, quod homo currat:& confirmatur, quia nulla eſt habitudo, nulla eſt ſequella:(vt ita loquar) ex hoc quod quia homo eſt irrationalis, Petrus diſputet, vel Deus ſit Deus. Confirmatur.

¶ Iſtis ſuppoſitis, ad formam argumenti: nego maiorem. ſ. eſſe bonã conſequẽtiam: & quando arguis, non poteſt eſſe ſicut per antecedẽs ſignificatur, ergo non põt eſſe ſicut per añs ſignificatur quin ſit ita ſicut per conſequens ſignificatur: nego conſequentiam: nam ly poteſt in antecedenti, cadit ſupra cathegoricam:& in conſeqnti, cadit ſupra hypotheticam. Sicut in diffinitione bonę conſequentiæ. Senſus enim conſequentis eſt, quod poſito antecedenti in eſſe: quicquid ſit de eius poſsibilitate, non poteſt nõ poni conſeqns. Qđ falſum ẽ in conſeqntia aſſumpta. Nam poſsito per poſsibile, vl' impoſsibile antecedenti: nõ pro inde poneretur conſequens. Sicut poſito homo eſſet lapis, non ſequeretur, ꝙ Petrus eſſet angelus. Ad formã argumenti

2. Argum. ¶ Contra id quod dictum eſt, ad veritatem conditionalis, eſſe requiſitum, quod ſit bona conſequentia: hæc eſt conditionalis, Petrus non diſputat, niſi ſit homo: & tamẽ nõ eſt bona conſequentia. Patet, quia ſtat antecedens eſſe verum. ſ. Petrus eſt homo, ſine hoc quod conſequens ſit verum.

Solutio. 1. ¶ Ad hoc aliqui dicunt, prędictam propoſitionem ęquiualere huic. Si Petrus non eſt homo, Petrus non diſputat, quę bona conſequentia eſt. Licet ſufficiens ſit ſolutio, poteſt dici, quod ad veritatem cõditionalis, de ly ſi. Iam dictum eſt, neceſſariũ eſſe bonam conſequentiam. Tamen ad veritatem propoſitionis, de ly niſi: non requiritur, ſed ſufficit, quod conſequentia per quam reſoluitur 2

tur:ſit bona.

¶Pro modo oppoſitionis, in conditionalibus:ponuntur regulę.

1. Regula. ¶Ad dandã contradictoriam alicuius conditionalis,optime,ſignatur aduerſatiua, cõpoſita ex antecedenti:& contradictorio cõſequentis. Hęc duę contra dicunt. ſi Petrus currit,Petrus mouetur:& quamuis Petrus currit,Petrus non mouetur.Non enim poſſunt ſimul ſtare in veritate. Et tunc ad veritatẽ aduerſatiuę.ſufficit,& requiritur:quod conſequens,non repugnet antecedenti. Et ad falſitatem,quod repugnet,& ꝓpoſitio proxime ſequens aduerſatiuam particulam, dicitur antecedens:& altera conſequens.

2. Regula. ¶Secũda regula,ad contrarietatem in conditionalibus, illud ſufficit: quod ad contradictionem. Hoc dempto,quod maneat eadem particularitas in ambabus,ex parte antecedentis: iſtæ ſunt contrariæ, ſi homo peccat,rationale peccat: nõ ſi omnis homo peccat,rationale peccat. Et ſimiliter iſtæ:ſi Petrus diſputat, omne riſibile diſputat: & non ſi Petrus diſputat,riſibile diſputat. Nã ſi ad contradicendum, nil aliud deeſt, niſi quod a parte conſequentis, maneat eadem vniuerſalitas.tunc contrarię erunt.

Nota. ¶Pro quo notandum,maxime in iſtis conditionalibus:quod quicquid ędificat veritatem antecedentis cõditionalis: ædificat ad totius falſitatem:& quicquid ad falſitatem antecedentis, facit ad veritatem conditionalis.Et econtrario modo, ex parte conſequentis:quia quod facit ad veritatem conſequentis:ędificat ad veritatem conditionalis. Et econtra,quod ad falſitatem, facit ad falſitatem conditionalis. Et ratio eſt, quia quanto antecedens magis ad falſitatem, vel impoſsibilitatem accedit:tãto amplius erit conſequentia bona. & quanto ad veritatẽ, facilius poteſt dari antecedens verũ,& con-

Corrolariũ ſequens falſum. Ex quo ſequitur,quod vniuerſalitas ex parte antecedẽtis facit ad veritatem totius,& ex parte conſequentis,ad falſitatẽ,& particularitas ex parte antecedentis,ad falſitatem:& ex parte conſequẽtis ad veritatem. Ob id ſecunda regula poſita eſt.Et ponitur tertia

3. Regula. ¶Ad ſubcontrariandum,ſufficit idem, quod ad contradicendum, excepto: quod ex parte antecedentis,maneat eadem vniuerſalitas,aut ex parte conſequentis:eadem particularitas. Vt iſtæ ſunt ſubcontrarię, ſi omnis homo peccat,riſibile peccat: & nõ ſi homo peccat, riſibile peccat. Et iſtę. ſi ſubſtantia peccat,riſibile peccat: & non ſi ſubſtantia peccat,omne riſibile peccat.

CAPITVLVM. XIIII. DE conditionalibus promiſsiuis.

AD veritatem conditionalis promiſsiuæ, ſufficit ꝙ non ſit ita, ſicut per antecedens ſignificatur : quin ſit ita,ſicut per conſeqũs. Et ad falſitatẽ, ſufficit, ꝙ aliquando ſit ita,ſicut per antecedens,&c.Quãdo non ſit ita,ſicut per conſequens,vt ad veritatem huius,ſi egregię diſputaueris, tibi dabo aureum numum Requiritur quod non ſit ita ſicut per antecedẽs, ſcilicet, ꝙ egregie diſputes : quin ſit ita ſicut per conſequens ſ.quod dem aureum numum. Et in hoc conuenit conditionalis promiſsiua,cum illatiua. Sed differt ab ea, quia non requiritur in promiſsiua, quod ſit bona conſequentia. Non enim requiritur, quod oppoſitũ conſequentis: repugnet cũ antecedẽti:ſed ſufficit nunquam erit quod per antecedens ſignificatur:quin ſit,ſicut per conſequens,& ſic conditionalis promiſsiua eſt contingens Vt in propoſitione data,ſi egregie diſputaueris, dabo numum:ſi tibi diſputanti dedero, eſt vera : & ſi tibi diſputanti egregie non dedero:eſt falſa. Ob id contingens eſt,quia poteſt eſſe vera,& falſa.

Ad conditionalis ꝓmiſsiue veritatem qd

¶Sequitur plures eſſe conditionales promiſsiuas,de quarũ veritate, Deus ſolus nouit. Vt in exemplo poſito, & in ſimilibus Nam cum pendeat ex futuro, ex libertate promitentis eſt: quod ſint verę,vel falſę: poſito antecedenti,& futurum, mere futurũ. Deus nouit ſolus. 1.Corrolarium.

¶Secundo ſequitur,quod omnis promiſsiua,cuius antecedens eſt impoſsibile:vel cõſequens neceſſarium,eſt vera,non eo quod ſit bona conſequentia,quia hoc non requiritur:ſed quia ſi antecedens eſt impoſsibile nunquam erit id quod per antecedens ſignificatur:quin ſit id quod per conſequens. Et ſi conſequens eſt neceſſarium, nunquam non 2

erit

erit quod per conſequens, ſiue id quod eſt in antecedẽti, verum ſit, ſiue falſum. Vt vera promiſsiua, ſi cœlum digito tetigeris: dabo centum aureos, vel ſic, ſi optime diſputaueris: ſol orietur cras. In materia tamen matrimonii inſtantia datur in foro exteriori eccleſię: nam conditiones impoſsibiles habentur pro non adiectis, & ſic etiam poſito antecedens ſit impoſsibile, qa habetur pro non adiecto: poteſt eſſe falſa conditionalis, ſi quis non adimpleat promiſſum. Vt ſi quis dicat, ſi cœlum digito tetigeris, ducam te in vxorem: ſi non ducat de facto, eſt falſa.

Conditio impoſsibil' habetur ꝓ nõ adiecta.

Dixi in foro exteriori eccleſiæ, quia in foro conſciẽtię, vt latius in tractatu de matrimonio, a nobis edito probauimus: nõ habetur pro non adiecta. Et ſic quantũcunq; conditio ſit impoſsibilis, ſi non ſtat conditio: non tenetur adimplere.

Tractatus de matrimonio editus ab authore.

¶ Intelligendum eſt, in iſtis conditionalibus promiſsiuis: ad veritatem earum, reflexionem omnem ſecludi. Nam alias, poteſt eſſe, ſicut per antecedens ſignificatur: quin ita ſit ſicut per conſequens. Et quod promiſſiua ſit vera. Vt verbi gratia, (vt Aulus Gellius refert) de Euatlo prothagorico. Erat adoleſcens cupidus valde eloquentię, & pepigit ſe prętium ſoluturum: ſi euaderet voti compos, vt orator eſſet: & dimidium prætii ſtatim ſoluit, & promiſsit tantũdem ſoluturum, cum primam cauſam, apud iudices viciſſet. Sed moram faciens diſcipulus in ſoluendo, quia non agebatur cauſa. Pythagoras vocauit in iudicium, petens ab eo dimidiam mercedem debitam. Tunc ait, diſce adoleſcens, te ſoluturũ quod peto Nam ſi pro te ſententia data fuerit, ex pacto ſolues, ſi pro me, etiam dabis. Tunc ait diſcipulus ad magiſtrũ, diſce tu etiam, me non daturum: & ſi pro me ſententia, non reddam: & ſi pro te iam victus promiſsi non teneor. Et ſic iudices cauſam reliquerũt indeciſam. Verum contra diſcipulũ pro magiſtro ſententia eſſet danda: quia in omni contractu excepta eſt reflexio. Nam ſi primã cauſam diſcipulus ſummeret, ſ quod non tenebatur ſoluere: ad ipſum teneri ſequitur non teneri: & ad ipſum non teneri, ſequitur teneri ad ſolutionẽ. Ob id intelligebatur illa cauſa, ſecluſa reflexiõe: ſimile eſt de illo dño qui duos habebat ſeruos, & dixit vni: liber eris, ſi primus tibi obuius fuerit liber, & ſi fuerit ſeruus: eſto ſeruus. Et alteri dicat, ſi primus tibi obuius fuerit liber, eſto ſeruus: & ſi ſeruus, eſto liber. Et ad inuicẽ fiant obuii: iam queritur, an ſint liberi, vel ſerui? quia ad ipſos eſſe ſeruos, ſequitur eos liberos. Et econtra hic in materia reflexiuorum. Et ſic in caſu ambo manent ſerui ſicut ante, quia pactum dñi intelligebatur, ſecluſa reflexione.

Aulus Gel. 5. lib. c. 10.

In omni caſu reflexio excipitur.

¶ Simili modo, ſi Petrus Marię promiſſerit ego ducam te in vxorem ſi prima propoſitio a te prolata fuerit vera: & Maria proferat hanc, non duces me in vxorem Tũc ſic vel tenetur eam ducere. vel non. Si ſic: ergo propoſitio prolata vera, ſed ipſa ſignificat, quod non ducet: ergo, non ducet Et ſi non ducat: ergo, iam vera eſt propoſitio, & tenetur ducere. Et ſic quicquid dixeris: ſequuntur duę contradictorię verę. Ob id prædicta conditio, intelligitur: ſecluſa reflexione. Et ſic poſt prolactionem propoſitionis talis non tenetur ducere: quouſq; aliam pro[redacted], quę non ſit reflexiua.

CAPITVLVM. XV. DE conditionatis.

SEquitur de Conditionatis aliqd diſſerere, nã ly, ſi, & poteſt capi conditionaliter, quando facit propoſitionem hypotheticã conditionalem, & poteſt capi conditionantim, quando ly ſi, inter terminos iungit. Vt Petrus ſi eſt Petrus Et vnus terminus dicitur inferens, & eſt ille qui immediate ſequitur poſt ly ſi, & alius illatus: & eſt, qui mediate. Vt hic: flauum ſi eſt amarum, Ly amarũ infert, & flauum, eſt illatus terminus.

¶ Propoſitio in qua tale conditionatum ponitur, dicitur cathegorica de conditionato extremo, Et veritas eius cognoſcenda eſt, mediate, vel immediate: per reductionẽ ad conditionalem. Et terminus qui ponitur in propoſitione de conditionato extremo dicitur concurrens. Vt in hac, Petrus ſi Paulus diſputat, ly diſputans, vocatur terminus concurrens debet redduci ad conditionalem, hoc pacto: diſputans eſt Paulus, diſputans eſt Petrus: reducitur enim ad vnã conditionalem

ditionalē, in qua in antecedenti ſubiectū eſt terminus cōcurrens, & pdicatum terminus inferens: & in conſeqnti, ſubiectū eſt terminus cōcurrēs, & pdicatū eſt termin⁹ illatus.

Nota. ¶ Eſt notandū, conditionatū capi vnice, & non vnice. Vnice tunc eſt, qñ conditionatū captum a pte ſubiecti vel pdicati: aliquo ſigno modificatur. Et tunc nō ampliatur. Vt in hac, chymera eſt aliqd' petrus ſi ē petrus, q̄ & falſa eſt, qa nō ampliatur. Et hęc eſt vera, chymera eſt Petrus, ſi eſt Petrus, qa tunc ſumitur ampliatiue, & ſumitur conditionatum pluribus acceptionibus. Itaq̧ tunc pluribus accipitur, qñ ponitur a parte pdicati abſq̧ aliquo ſigno cadenti ſup ipſum: & veritas eſt cognoſcenda per reductionē ad cōditionalem: & quādo capitur vnice, veritas pbanda eſt, p deſcendētes: & aſcendentes.

nontmprima tur qz Vm ſi ne fructu

Corrolariū ¶ Ex hoc ſeqtur, nullam de conditionato extremo accepto pluribus. eſſe conuertendam, qa cū ipſa debeat reduci ad conditionalem, qbus non conuenit conuerſio, nō debet conuerti ſed reduci ad conditionalem.

1. Argumē. ¶ Arguitur contra prędicta, hæ duæ, omne petrus ſi eſt petrus eſt ens, & aliquod petrus ſi eſt petrus nō eſt ens ſunt contradictoriæ, & tamē dantur ſimul vere, veritas affirmatiue conſtat, & negatiue pbatur Per aſcendentes, iſta chymera non eſt ens, & iſta chymera eſt Petrus, ſi eſt petrus: ergo, aliqd' Petrus ſi eſt petrus, non eſt ens. Sufficit enim dare vnam ſingularē veram ad veritatem illius.

Solutio. Ad argumentum, ex dictis patet ſolutio: non. n. valet argumentum: nam in antecedenti, in minori, conditionatum capitur pluribus, & in conſequēti vnice. Nam qñ dicis chymera eſt petrus, ſi eſt petrus, ibi non vnice capitur, & in conſeqnti: ergo aliqd' petrus ſi eſt petrus: non eſt ens, capitur vnice.

CAPITVLVM XVI. SEquitur de Copulatiuis.

Textus.

COpulatiua eſt illa, in qua coniungūtur duę cathegoricę per hanc cōiunctionē et, vt, petrus arguit, et paulus reſpondit. Ad veritatē copulatiue exigitur, vtramq̧ partē eſſe veram. Vt Deus eſt ſumū bonū, & homo eſt animal. Ad falſitatem eius ſufficit alteram partem eſſe falſam. Vt, homo eſt animal, & equus eſt lapis.

Gloſa.

¶ Sicut in conditionalibus dictū eſt, eſſe & conditionatū, qñ ly. ſi inter terminos, ita & dicendum in preſentiarum, qd' ly. Et, ſi coniungit inter ppoſitiones, facit copulatiuam, ſi tamen cōiungat inter terminos: facit copulatum, & copulatum aliquando diuiſiue, aliqñ complexiue De iſtis: ergo, conſideratio, & primo de ipſa copulatiua ppoſitione.

Ad copulatiuę veritatem. ¶ Ad veritatem copulatiuę, reqſitum eſt, q quęlibet pars ſit vera. Quod intelligitur de partibus principalibus, vt ad veritatem huius: homo currit, & animal eſt ſubſtātia: veritas cuiuſlibet partis reqſita eſt. Ob id iſta vera, ſed iſta homo eſt rationalis, & brutum eſt homo: eſt falſa: qa vna eius pars eſt falſa. Dixi eſſe requiſitum, de partibus principalibus: nam ſtat bene, partes minus principales eſſe falſas: & totam copulatiuam eſſe verā. Vt in hac, ſi homo eſt lapis, homo eſt ſubſtantia & ſi lapis eſt homo, lapis eſt animal, quælibet pars minus principalis falſa: ſed principalis quęlibet vera quia conditionalis bona conſequentia.

Ad poſsibilitatem. ¶ Ad poſsibilitatē copulatiuę, reqritur poſſibilitas cuiuſlibet ptis: ſi ſit affirmatiua, Vt petrus eſt iuſt⁹, & tñ eſt paup. Ad impoſsibilitatē ſufficit, qd' aliqua ps ſit impoſsibilis.

Ad neceſsitatem. ¶ Ad neceſsitatem copulatiuę, reqritur cuiuſlibet partis neceſsitas: & ad contingentiam ſufficit, vna ſit contingens. Et tandem ex oppoſito, ad veritatem negatiuæ tam in neceſſaria, q̄ in cōtingenti, q̄ i impoſsibili. Nam ſicut ad veritatem copulatiuæ affirmatiuæ requiſita eſt veritas vtriuſq̧ partis ad veritatē negatiuę ſufficit: q vna ſit vera.

Modus arguendi. ¶ In iſtis copulatiuis eſt obſeruandus modus arguendi a copulatiua affirmatiua, ad quamlibet eius partem: eſt bona conſequentia, & formalis. Vt bene ſequitur, petrus diſputat, et paulus audit: ergo, Paulus audit, ſ; tamen a parte ad totam, non valet. Paulus audit: ergo, homo diſputat, & paulus audit. Et ratio in hoc conſiſtit, nam quando eſt argumentum a tota parte ad partem, cum requiratur veritas cuiuſlibet partis: non po-

teſt eſſe quod antecedens ſit verum, quin etiam conſequens. Et quando a parte ad totam, poteſt eſſe verum antecedens, & cõſeqnens falſum, pro alia parte copulatiuę.

2 ¶Etiam valet argumentum, a tota copulatiua ad diſiunctiuam, ex eiſdem partibus. Formaliter ſequitur, petrus currit, & Ioannes lente ambulat: ergo, petrus currit, vel Ioannes lente ambulat. Tenet in virtute illius regulę, a propoſitione habente plures cauſas veritatis, ad propoſitionem habentem pautiores.

1. Argumẽ. ¶Contra diffinitionem propoſitionis copulatiuę arguitur, aliqua eſt copulatiua, & tamen non coniunguntur plures cathegoricę per ly &: ergo, male dictum eſt. Patet, in hac, omnis homo eſt riſibilis, & ediuerſo. Ibi enim ſolũ eſt vna cathegorica: ergo, nõ plures, & tamen hypotetica eſt tota ipſa ꝓpoſitio. Et ſimiliter vt in aſcenſu, & deſcenſu contingit: petrus currit, & ſic de ſingulis: non enim eſt dubium quin illa ſit hypothetica: ergo.

Solutio aliquorum. ¶Ad hoc argumentũ, qdam reſpõdent, illã ꝓpoſitionẽ eſſe hypoteticã: qa in mente ſubordinať duab9 formaľr cathegoricis: nã illa & ecõuerſo: tm̃ valet, ſicut oẽ riſibile ẽ hõ & ſic ad illã eſſe hypoteticã ſufficit ly, &, vniat inter vnã formaľr cathegoricã: & illud aduerbiũ ecõuerſo: qď ęqualet vni cathegoricę: & ſic eſt formaľr copulatiua & ſimili mõ põt dici ad illã petrus currit: & ſic de ſingľis: nam ly ſic de ſingulis, tantum valet ſicut ſi alię ſingulares ibi numeratę eſſent formaľr.

Aliter ſoluitur argum̃. ¶Poſſet tñ ad argumentũ reſponderi, ſicut placet (magiſtro meo Soto) ꝙ illa ſupra poſita ĩ argumẽto, ſit cathegorica, & nõ hypothetica. Et eſt exponibilis, ꝑ ſuã ꝑiacentẽ, & conuertentẽ ſimpľr. Et ſi q̃ras ſuppoſito illa ſit cathegorica, vtrũ ly & ſumatur copulatim vel copulatiue. Reſpõdetur: ꝙ copulatiue, nã ad hoc qď ly & ſumatur copulatiue, non reqritur vniat inter duas cathegoricas q̃ faciunt copulatiuã: ſed ſufficit vniat inter vnam cathegoricam, & vnam particulam, quę habet locum propoſitionis. Vt ly econuerſo: aut qď vniat complexa ꝓpoſitionalia, vt homo curreret, & moueretur.

2. Argum. ¶Contra illũ modũ arguẽdi, a tota copulatiua ad alterã eius ꝑtem, Arguitur ſic. Hæc nõ eſt bona conſeq̃ntia, hęc ꝓpoſitio eſt impoſsibilis, & homo eſt lapis: ergo, homo eſt lapis. Nã antecedens eſt verum, ſi ly homo eſt lapis, non capitur ſignificatiue, ſed materialiter, demonſtrando in prima parte, eandem propoſitionem, homo eſt lapis &c.

¶Reſpõdetur ad hoc, diſtinguẽdo: nã ſi prima ꝓpoſitio q̃ eſt tota copulatiua ſumatur in ſenſu cathegorico: vt ſit non copulatiua, ſed de copulato extremo: & tunc añs eſt verũ, & conſeq̃ns eſt falſum: nec tenet cõſeq̃ntia, a copulatiua, ad alterã eius partẽ: qa illa in antecedenti copulatiua non eſt. Si tñ ſumatur in ſenſu copulatiuo: tunc eſt bonus modus arguendi, & conſeq̃ntia eſt bona, & ſicut conſeq̃ns eſt falſum, ita & antecedens ꝓ illa ꝑte. ſ. homo eſt lapis: quæ non ſumitur materialiter, ſed ſignificatiue. Solutio.

¶Si qs replicet adhuc, hic non ſeqtur, ſi tu ignoras ꝙ Papa dormit: & papa ſedit: ergo, papa ſedit nam ſi ſtat, te ignorante: añs eſt verum. & conſeq̃ns eſt falſum. Et tñ eſt argumẽtũ a tota copulatiua, ad alterã eius ꝑtẽ. Replicatur

Reſpõdetur, ſicut ad ꝑcedentem: nam vľ facit ſenſum cathegoricũ, & de copulato extremo: & tunc añs eſt verum, & cõſeq̃ns eſt falſum: & non fit argumentũ a tota copulatiua, vel illa ꝓpoſitio capitur in ſenſu copulatiuo & ly ignoras cadit ſupra primã partem. Et tunc argumentũ eſt bonnm & añs eſt falſum: ꝓ illa parte, Papa ſedet. Et ſimiliter ſi ly ignoras, cadat ſup vtranq; partem copulatiuę: conſequentia eſt bona. Et ſicut conſequens eſt falſum, ita & antecedens. Reſpondetur.

CAPITVLVM.XVII. DE COpulatis complexiue tentis.

SEqtur de ly &, qñ facit ꝓpoſitionẽ de copulato extremo. Et tunc contingit, qñ ly, &, inter terminos coniungit. (Vt dixim9) verum qa diuiſiue, & complexiue ſumi poteſt: tunc capitur cõplexiue, qñ eſt copula pluralis numeri, vt in hac, Petrus & paulus diſputant. Et ad veritatem ꝓpoſitionis de copulato cõplexiue tento oportet aduertere ad ſuppoſitionem extremorum. Et totum copulatum dicitur ſupponere, ſi q̃libet pars eius ſupponat: & qď ꝓ eodem inſtanti: nam dato, Petrus heri fuerit albus, & nudius tertius niger: hæc eſt falſa. Petrus fuit albus, & niger: nã totum copulatum ſimul, nõ ſupponit pro Petro: licet quęlibet pars eius, ſupponat pro eo. Totum copulatũ ſupponit ſi q̃libet eius ꝑs ſupponit.

¶Eſt

Nota. ¶ Eſt ergo conſideranda differentia, inter ly, &, complexiue tentum, & diuiſiue. Nam ſi diuiſiue ſumatur, eſt vniuerſalitas, & ſi cõplexiue, neq̃ eſt vniuerſalitas, neq̃ particularitas proprie.

¶ Item ſi diuiſiue ſumatur, confundit particularitatẽ mediatam, in ordine ad ſe: & nõ efficitur pars extremi: ſed cum ſumitur cõplexiue, nihil agit in terminos ſequentes, & efficitur pars extremi.

1. Regula. ¶ Ad cognoſcendũ qñ ſumitur diuiſiue, & qñ cõplexiue: vltra id qđ copula eſt pluralis numeri, qñ cõplexiue, & ſingularis, quando diuiſiue: eſt regula. Qđ ſi copulatũ ponatur a parte prędicati poſt verbũ, cuiuſcunq̃ numeri ſit, aut qñ ponitur a parte ſubiecti, & terminatur vnica acceptione ab aliquo ſigno: talis ꝓpoſitio nõ eſt diſtinguẽda: ſed tale copulatũ accipitur cõplexiue. Vt. v.g. homo eſt materia & forma. Aliquid materia & forma, eſt homo: accipiuntur cõplexiue hęc copulata. Sed qñ copulatũ ponitur a parte p̃dicati, ante verbũ: aut eſt ſubiectũ, cuius oẽs partes ſunt pluralis numeri, & verbum eſt pluralis numeri: tũc propoſitio eſt diſtinguenda: qa copulatum poteſt ſumi, & diuiſiue: & cõplexiue. Vt hę, homo materia & forma eſt. Materię & formæ ſunt hoĩes: exercitus Hiſpanus, & exercitus gallus ſunt Xp̃iani. Põt ſumi & diuiſiue, & cõplexiue.

Dubium. ¶ Quomodo cognoſcenda ſit veritas ꝓpoſitionis, de copulato extremo, complexiue ſumpto: oportet eam cognoſcere, ſicut veri-

Solutio. tatẽ aliarum cathegoricarum. ſ. ſi copulatũ ſit terminus cõis: ꝑ aſcenſum, aut ſub toto, ſi totum vnica acceptione modificatur: aut ſub ꝑtibus, ſi accipiatur pluribus. Et cũ ſupponit ſingulariter, debet ꝑ ſuppoſitionẽ extremorũ ꝓbari: & in verificatione oportet maneat ly &, cum nõ ſit vniuerſalitas. Exẽpli grã, veritas hui9, omnis homo, & omnis angelus eſt binari9. Toto diſtributo cognoſcitur ꝑ aſcenſum ſub toto. Et ſi ſolũ prima pars diſtribuatur aſcẽſus fiat ſolũ ſub prima parte, ac deinde ſub ſcđa: & huius, Petrus & Ioannes ſunt ſubſtãtię: ꝑ extremorum ſuppoſitionẽ ꝓbari debet: an ꝓ eodẽ ſupponãt Et hęc, Petrus & Paulus differũt, a Petro & Paulo: per expoſitionẽ immediatã, de ly differt, & eſt ꝓpoſitio falſa. Et ſic de aliis, tan-

Regula. dem hęc ſit regula, ꝙ ꝓpoſitiones tales de ly & complexiue tẽto: quia cathegoricę admodum cathegoricarum probandę ſunt.

¶ Circa oppoſitionem ꝓpoſitionum de copulato extremo, complexiue ſumpto: non ſunt alię regulę ponẽde diſtinctę: ſed eo modo quo in cathegoricis obſeruatum eſt, tan in variatione q̃ntitatis, q̃ in aliis neceſſariis nam cũ ſint cathegoricę legẽ ſeruant earũ.

¶ Etiam conſiderandum, a ꝓpoſitione de Nota.
copulato complexiue ſumpto, ad eam de copulato diuiſiue ſumpto: non valere conſequentiam: nõ ſequitur, materia & forma ſunt Petrus: ergo materia & forma eſt Petrus. Nec valet, a copulato ſic complexiue: ad diſiunctiuam compoſitam ex illis partibus. Non enim ſequitur, materia & forma ſunt Petrus: ergo, materia eſt Petrus vel forma eſt Petrus. Vtraq̃ pars diſiunctiuę, falſa eſt, nec valet a ꝓpoſitiõe de copulato cõplexiue ſumpto ad ꝓpoſitionẽ de diſiũcto ſumpto diuiſiue. Non ſequitur materia & forma ſunt Petrus: ergo, materia vł forma ẽ Petrus

¶ Hic dubitatur de veritate huius ꝓpoſitio Dubium.
nis, Petrus & Paulus portant lapidẽ, in caſu ꝙ ambo ſimul vnum portent. Reſpõdetur, Reſpondetur.
ꝓpoſitionẽ eſſe veram. Sed contra, illa eſt falſa, quia caſu poſito, ꝙ vterq̃ vnũ portant Arguitur.
& nullus ſeorſum poteſt portare. Probatur illam eſſe falſã. Nã illud copulatũ nõ ſupponit, neq̃ ꝓ petro, neq̃ ꝓ paulo: neq̃ ꝓ vtroq̃ ſimul Primo non ꝓ petro, quia vł portat totum lapidem: vel partem: non totum vt ex caſu, neq̃ partẽ: qa cũ non ſit potior ratio de vna parte, q̃ de alia vł nullã ꝑtẽ portat, vel oẽm, nõ oẽm: ergo, nullã: & ſic de paulo ſimiliter ꝓcedit ratio. Reſpõdetur in caſu, ꝓpoſitionem eſſe veram, & copulatum Solutio.
ſupponere: non ꝓ petro, neq̃ ꝓ paulo, ſed ꝓ petro & paulo ſimul. quia ſimul lapidem portãt. Quod ſi replicet quis, petrus & pau Replicatur
lus portant lapidem: ergo, petrus & paulus ſunt portans lapidem, & portans lapidem: nego, quia reſolutio debet fieri, in copulatum vnica acceptione captum. Et ſic in iſtã Solutio.
petrus & paulus ſunt portans & portans lapidem. Et tunc antecedens eſt verũ, & conſequens ſimiliter.

¶ Etiam dubitari ſolet, de veritate huius ꝓ Dubium.
poſitionis Petrus & paulus ſciunt oẽs artes liberales: poſito petrus ſciat tres & paulus Solutio dubii.
4. Reſpõdetur eſſe verã & tũc ille termin9

 pluralis

pluralis numeri, debet reſolui in copulatũ
complexiue tentum, determinatum vnica
determinatione. Hoc modo. Petrus & Pau-
lus, ſunt ſciens & ſciens: ſeptem artes libera
Replicatur les. Sed contra hoc, ſic: ſequeretur duo con
tradictoria vera. nam iſtę due cõtradicunt:
Petrus & Paulus ſunt ſciens & ſciens ſeptẽ
artes liberales, & Petrus & paulus ſunt non
ſciens & non ſciens ſeptem artes liberales.
Et ſicut prima eſt vera, in caſu poſito: ſic e-
tiam ſecunda: quia ad veritatem primę, ſuf
ficit ꝙ vnus ſciat, 3, & alius, 4: ergo, ad veri
tatem ſecundę ſufficit, ꝙ qui ſcit, 3, neſciat,
4: & qui ſcit quatuor, neſciat tres. Et ſic Pe-
Reſpondetur. trus & paulus erunt neſciens & neſciens ſe
ptem artes liberales. Ad hoc reſpondetur,
non eſſe eandẽ rationem in affirmatiuis, &
in negatiuis: vel in terminis includentibus
negationem. Nam ad veritatem affirmati
nę ſufficiens fuit quod Petrus & paulus fue
runt ſciens & ſciens ſeptem artes liberales.
Sed ad veritatem negatiuę non ſufficit, ſed
requiſitũ eſt, ꝙ quilibet eorum nullam ſciat:
quia ille terminus neſciens, vel non ſciens:
cum ſumatur diſtributiue, negat ſcientiam
omnem &c.

Argumen. ¶ Sed contradicta. ſ. oppoſitionis in copu-
latis, ne videamur contẽnere noſtros alias
magiſtros, qui de vterq;, & vtraq;: caudatos
formant ſyllogiſmos. (vt in compto intelli-
gant) qui deprauatũ non habent iudiciũ, eſ
ſe oleũ ꝑdere, in his verſari. Sic argumẽtor-
nam ſi oppoſitio in iſtis, ſicut in cathegori-
cis attendenda eſt: ſequeretur has eſſe con-
Siplacet oĩa iſta nõ inprimatʳ usq; ad finem capituli tradictorias, alterum, a, & vtrunq;, b, qlibet
homo ſunt. Vtrunq;, a, & alterum, b, homo
non ſunt. Et tamen ſunt ſimul verę, maior
patet: quia ſeruatur in illis cõditio ſupra po
ſita in contradictoriis. Sed minor ꝓbatur,
ſi ly, a, valeat tantum ſicut medietas mate-
riæ ſuperior, vel inferior: & ly, b, ſicut pars
hominis, & ſint tantum duo homines, com
municantes in materia. Nam negatiua ma
nifeſte eſt vera, & affirmatiua ꝓbatur: quia
quęlibet ſingularis eius eſt vera: ergo, ipſa
eſt vera Nam hęc eſt vera: hoc, a, & vtrunq;
b, quilibet homo ſunt: cum quocunq; homi
ne demõſtrato, a parte ꝑdicati: dentur duæ
ſingulares veræ a parte ſubiecti ꝓ ſecunda
parte eius. ſub ly, b, demonſtrando partem
nõ demõſtratam ſub ly, a, vt, hoc, a, ſic licet
pars inferior: & hoc, b, demonſtrando ſupe
riorem: hic homo eſt. Vnum ex duobus de-
monſtrando, & ſic alia etiam datur vera, &
ſic tota erit vera.

¶ Pro ſolutione argumenti, notat magiſter Nota. 1.
Soto: copulatum cõplexiue ſumptum, poſ-
ſe teneri & vnica acceptione & pluribus.
Vnica ſumitur. quando ponitur poſt copu-
lam principalem: vel ſi ponatur ante, & fer
tur vnicum ſignum in totum. Sumitur plu
ribus acceptionibus, quando ipſo exiſtente
ante copulam. nullum ſignum fertur in to-
tum. Vt in his: Petrus eſt materia & forma,
& in hac, aliquod qđ eſt materia & forma,
eſt Petrus, in vtraq; tenetur vnice. Sed in
hac, omnis materia & forma ſunt Petrus te
netur pluribus, quia illud ſignum omnis nõ
fertur in totum, niſi in primam partem.

¶ Etiam notandum eſt, quod ſignum modi Nota. 2.
ficans totum copulatum, vniuerſaliter: eſt
neutri generis, abſolutum a numero, ſicut
abſoluitur verbum, qñ eſt copulatum acce-
ptũ vnica. Et ſic, qñ vnice accipitur eſt faciẽ
da ſub toto vnica reſolutio. Sed qñ pluribꝰ
ſigillatim ſub partibus. Ob idq; hęc oẽ ani-
mal & ſubſtantia ſunt animalia (diſtributa
prima parte) eſt vera. Sed toto diſtributo
vnica acceptione: eſt falſa.

¶ Etiã cõſiderandũ, ꝙ in copulatis cõplexi Nota, 3.
ue tẽtis: ſi pluribus accipiãtur: vna ps ſuppo
nit ĩ ordine ad aliã, nũc ad formã argumẽti.

¶ Conceditur maior. ſ. ꝙ ſint contradicto- Ad formã argumenti
rię, & negatur minor Et qñ dicis, ꝙ in caſu
ſit vera affirmatiua, nego: quia quęlibet ſin
gularis eſt falſa. Nã hęc. hoc, a, & vtrunq;, b,
qlibet homo ſunt Falſa eſt: patet, reſoluẽdo
immediate ſcđam partẽ copulati: quia ſcđa
pars ſupponit determinate, in ordine ad ꝑ-
dicatũ, quacunq; pte ibi demonſtrata, Falſa
eſt. ſ. hoc a, & hoc, b, quilibet homo eſt, quia
ſub ly quilibet homo: demõſtrato quocũq;,
adhuc falſa eſt: & ſaltim demonſtrando aliũ
cuius nulla pars, in, a, neq; in, b, demonſtra-
ta eſt: & ſufficit ad hoc, quod ipſa ſit falſa

¶ Etiam format argumentum, Spinoſa ſic: Argumen.
iſtę ſunt contradictoriæ, vtrunq; animal, a,
altera medietas hominis, & quælibet me-
dietas hominis non eſt. Et alterum animal
vtraq; medietas hominis, & medietas ho-
minis eſt. Et tñ dantur ſimul verę, in caſu ꝙ Solutio.
ſint vnus homo, & vnum brutũ, Ad hoc reſ
pondet

pondet ipſe concedendo eas eſſe veras:
ſed negat eſſe cõtradictorias:quia in negati
ua,cũ ſcda pars copulati.ſ. q̃libet medietas,
Diſtribuatur in ordine ad duas, quarũ vna
eſt determinata de ly vterq;, & alia confu-
ſa de ly alter: & pręcedit determinata,in cõ
tradictoria:oportet ſtet confuſa de ly,c. Et
ſic erit hęc ſua contradictoria, alterum ani-
mal,vtraq; medietas hominis,&, c. medie-
tas hominis eſt. Hęc Spinoſa,quę a nobis e-
xempli cauſa adducta volo: ex quibus colli
gere licet,quã ſine fructu iſta ab eis ſint tra-
dita,pfecto(inallor)ad nihilum valẽt vltra
niſi vt conculcẽtur ab hominibus. Quia nõ
ſolum vana, & fatua ſunt:ſed vanos, & fa-
tuos reddunt homines, q in ipſis per diſcen
dis,tempus conſumunt. Et poſt innumeros
exhantlatos labores,nil inueniunt in mani
bus ſuis,nõne oleũ & operam perdere eſt,
in huiuſmodi de vterq; et de alter,et de mix
tis de ly,d,& ly,c. Syllogiſmis inſiſtere:&
ſolum ad libitum fingere prorſus in vanũ?
Pręſtaret enim in re ſeria bonas collocare
horas,& operępretium agere:quam ſic tra-
ducere iuuentutem iſtis quę vix intelligun-
tur:ab ipſis qui illa ad libitum fingunt. Dixi
vix intelligunt,neq; pęnitet dixiſſe:quia ali-
quando vt tellam ſuccidant,quam orſi ſunt
ꝓ notabilibus,& diſtinctionibus: alia mon-
ſtra prioribus peiora,fingunt. Vt ſic, vno
leernę capite amputato,alia plura renaſcã-
tur:ex animo valefaciamus. Et longe a ter-
go relinquentes, iſtorum prudenter obliti,
quę neruoſa,quę momenti ſunt:nõ ſocordi
ter, & ſomniculoſe,tradenda erunt, neq; in
iota aut apice diſcipulos defraudantes. Re
deunt iam Saturnia regna,iam aureum ſæ-
culum pulullare incipit.

Sine fructu multa a ſumuliſtis.

CAP.XVIII. SEQVITVR DE copulatis diuiſiue tentis.

NVnc copulatum diuiſiue tene
tur,(vt ſupra diximus) quan-
do ly:&:inter terminos iũgit
& eſt copula ſingularis nume
ri,cuius veritas probanda eſt,
per copulatiuam: ad quã red-
ducetur mediate vel immediate. Vt ad ve-
ritatem huius, Petrus & Paulus diſputat.
Sufficit quod Petrus diſputet, & Paulus ſi-
militer. Ob id hęc eſt vera : cœlum & terra
eſt vna res,& hęc eſt falſa,Petrus & chyme
ra non eſt homo. Dixi immediate, vel me-
diate: quia hæc homo eſt Petrus, & Paulus.
Anteq̃ redducatur ad copulatiuam, debet
reſolui,ratione ſubiecti ſupponentis deter-
minate:in ordine ad ly &. Si tamẽ non præ
cedat ly,&, terminus reſolubilis:tũc poteſt
immediate redduci ad copulatiuam. Vt eſt
in hac,Petrus & Paulus diſputat. Nam im-
mediate ad hanc,Petrus diſputat & Paulus
diſputat &c.

¶ Hic ſolet eſſe dubium, vtrum propoſitio
de copulato extremo: ſit vocanda cathego
rica,vel hypothetica:ad quod quidam affir
mãt,eam vocandam hypotheticam. Vt eſt
hęc,Petrus & Paulus diſputat. Sed melius
eſt dicere,eam eſſe cathegoricã:in qua vnũ
extremũ eſt,copulatum diuiſiue ſumptũ.

Dubiũ cũ ſolutione.

¶ Contra illa quę dicta ſunt, ſit argumentũ
Iſtę duæ propoſitiones de copulato extre-
mo,Pariſius & Romę venditur piper:& Pa
riſius & Romę non venditur piper,ſunt cõ
tradictorię & tñ dãtur ſimul vere. Patet af-
firmatiua in caſu cõmuni,& negatiua pro-
batur. Sequitur bene, nullum piper vendi-
tur Pariſius & Romę: ergo, Pariſius & Ro-
mę non venditur piper, per conuerſionem
ſimplicẽ. Sed antecedens eſt verum: ergo,
& conſequens. Patet veritas antecedentis,
quia omnes ſingulares ſunt veræ iſtud pi-
per nõ venditur Pariſius & Romæ,& iſtud
piper &c ergo,nullũ piper. Et poteſt etiam
probari veritas antecedentis, eo quod ſua
contradictoria eſt falſa.ſ.piper venditur pa
riſius & Romę. Nam eſt propoſitio affirma
tiua,& extrema nõ ſupponunt pro eodem:
nam non eſt piper,quod vendatur pariſius
& Romę,nam quod pariſius non venditur
Romæ.

1.Argumẽ.

contrariæ

¶ Ad hoc poteſt reſpõderi, negando illam
conſequentiã,a conuertente ad conuerſam
Nam committitur deffectus.ſ.a particularita
te incluſa,in ly,&,negatum:ad vniuerſalita
tatem,de ly,&,affirmatum. Nam in antecẽ
denti dicitur,nullũ piper venditur pariſius
& Romę. Vbi ly,&,negatum includit parti
cularitatem. Et in conſequenti dicitur,Pari
ſius & Romę non venditur:cum maneat ly
&,affirmatum,includit vniuerſalitatem.

Ad argu.

Sed ſi quis replicet,ſaltim ex illa,nullum pi-
per vẽditur pariſius & Romę,ſequetur iſta
Pariſius vel Romę non venditur piper.

Replicatur

Solutio. ¶Reſpondetur, negando quod ſequatur: quia committitur alius deffectus, arguitur enim a confuſa ad determinatam ex parte de ly. Et. nam in antecedenti illa particularitas, ſtat confuſe. quia dempta negatione ſtabat in ordine ad determinatam. Et in conſequẽti ſtat determinate particularitas de ly vel. Obid datur antecedens verũ & conſequens falſum, nam illa de diſiuncto extremo, æquiualet huic. Pariſius non venditur piper, vel Romę non venditur piper: & vtraq; pars eſt falſa. Et ſic manet ſufficienter reſponſum, ad argumentum. Et illas duas eſſe contrarias & non dari ſimul veras. Et quia mentionem fecimus de diſiunctiuis, et de diſiuncto extremo: ſequitur de eis diſſeramus.

CAPITVLVM. XIX. DE Diſiunctiuis.

Textus.

Diſiunctiua propoſitio illa eſt, in qua coniunguntur duę cathegoricę, per hãc coniunctionem vel. Vt Petrus diſputat, vel Paulus diſputat.

¶Ad veritatẽ diſiunctiuę, ſufficit alteram partẽ eſſe veram, vt, homo eſt animal, vł equus eſt lapis. Et tamẽ permittitur, quod vtraq; pars ſit vera, ſed non ita proprie. Vt homo eſt riſibilis, vel equus eſt hinibilis. Ad falſitatem eius exigitur, vtramq; partẽ eſſe falſam. Vt homo eſt equus, vel equus eſt lapis.

Gloſa.

¶Dixi nõ ita ꝓprie, quia Titilmanus in ſua Dialectica, dicit diſiunctiuam eſſe falſam, ſi vtraq; pars ſit vera. lib. 3. cap. 20.

Nota. ¶Hic notandum, (vt ſupra diximus) de ly &: ſic ly, vel: capi poſſe vel diſiũctiuę, vel diſiunctin. Diſiunctiue tunc capitur, qñ vnit inter ꝓpoſitiones: & conſtituit diſiunctiuã, vt in hac, homo eſt rationalis, vel lapis eſt animal. Sed capitur diſiunctin, quãdo ly, vel, coniungit inter terminos. Vt in iſta, Petrus vel Paulus diſputat.

¶Et qñ coniungit inter terminos põt teneri & diuiſiue, & cõplexiue: de quibus infra.

¶Ad veritatem: ergo, diſiũctiuę, ſufficit, ꝙ vna pars ſit vera, & ad falſitatem: quod vtraq; ſit falſa.

¶Ad poſsibilitatem diſiunctiuæ affirmatiuę, ſufficit & requiritur, aliquam partem eſſe poſsibilem: ad impoſsibilitatem, requiritur quod quælibet pars.

¶Ad neceſsitatem diſiunctiuę affirmatiuę, requiritur: aliquam eius partem eſſe neceſſariam, ad contingẽtiam, ſufficit quod vna pars ſit contingens.

¶Sunt modi arguẽdi in diſiunctiuis, a parte diſiunctiuę ad totam eſt conſequentiam formalis. Bene ſequitur, Petrus legit: ergo, Petrus legit, vel Paulus diſputat. Primus modus.

¶Secundus modus a tota diſiunctiua, cum deſtructione vnius partis; ad poſitionem alterius, bene ſequitur, homo eſt aſinus vel Deus eſt, ſed hõ non eſt aſinus: ergo, deus ẽ. 2

Nota. ¶Hic etiam conſiderãdum, ly, vel, in comparatione ad ly: &: haberi ſe, vt ſubalternata: qa ly, &, infert ly vel, vnde ẽ formalis cõſequentia, a copulatiua ad diſiunctiuam ex eiſdem partibus compoſitam, Vt lac eſt album, & lac eſt dulce: ergo, lac eſt album, vel lac eſt dulce, Sed non ſequitur e conuerſo.

Corrolariũ primum. ¶Seqtur ex dictis, ꝙ copulatiua & diſiunctiua ex partibus contradicentibus compoſitis: contradicunt. Vt omne lac eſt albũ, & omne lac eſt dulce: aliqd' lac non eſt album, vel aliqd' lac nõ eſt dulce. Et [illegible] tã copulatiue, quam diſiunctiue: dupliciter ſignabitur contradictoria, vel modo iam dicto, vel negationem præponendo.

2. Corrolarium. ¶Etiam ſequitur ex dictis copulatiuã affirmatiuã, æqualere diſiunctiuæ negatiuæ, ex partibus contradicẽtibus. Et diſiunctiuam affirmatiuam, copulatiuę negatiuę. Nam ſi copulatiua affirmatiua, & diſiunctiua contradicunt, per regulas ęqpollentiarum: præpoſita negatione, ęquiualebunt. Et ſic copulatiua affirmatiua, & diſiunctiua negatiua, ex partibus contradicentibus: æquiualent. Vt iſtæ æquiualent, Petrus currit, & Paulus diſputat: non Petrus non currit, vel paulus non diſputat.

1. Argum. ¶Contra prędicta ſic, datur diſiunctiua vera, & q̃libet eius pars eſt falſa: ergo, male dictũ eſt. Patet de hac, oẽ animal ẽ rationale,

vł

vľ ipſummet nõ eſt rationale, tota diſiunctiua vera eſt, & tñ vtraq; falſa. Prima manifeſte eſt falſa, & ſecunda: quia ęquiualet huic, omne animal non eſt rationale.

Solutio. ¶ Ad hoc, licet aliqui affirment dictam propoſitionem eſſe veram: negantes aſcenſum ſub antecedẽti relatiui, qñ ponitur in diuerſis cathegoricis Sed tñ dicendũ, relatiuum reciprocũ in vna cathegorica refferre añs in alia. Et reſolutio relatiui tunc dependet a reſolutione antecedentis. Et conſeq̃nter concedendum (neq; eſt inconueniens hoc) qđ diſiunctiua argumenti eſt vera: & quelibet eius pars ſeorſum eſt falſa, neq; hoc contra p̃dicta, nam regula data eſt, de diſiunctiuis q̃ hypothetice ꝓbandę ſunt. Hęc tñ diſiũctiua, licet ſit hypothetica: tñ cathegorice reſoluitur, & ꝓbatur, ob id nõ ẽ incõueniẽs

Nota ¶ Hic conſiderãdum, qđ ſicut ly, &, eſt vniuerſalitas: ſic ly: vel: particularitas. Ob id ꝓpoſitio diſiũctiua ratione eius, etiam ſi non ſit alia ꝑticularitas: poteſt habere ſubcõtrariam. Et erit alia diſiunctiua ex paribus contradictoriis, vel ſubcontrariis: quia omnes diſiunctiuę quarum vna pars vnius, eſt ſubcõtraria vni⁹ alteri⁹: ſunt ſubcõtrarię: qa inferũtur ex duabus ſubcontrariis. Vt hę, omnis homo eſt ſapiens, vel homo currit: null⁹ homo eſt ſapiens, vľ homo non currit, ſunt ſubcontrarię: qa cum valeat argumentum a parte diſiunctiuę, ad totam: iſtę duę inferuntur ex duabus ſubcontrariis Et ſic ſubcontrarię erunt.

¶ Verum ſicut copulatiua, ratione de ly, &, quę eſt vniuerſalitas, non poteſt habere ſubcontrariam: ſic diſiunctiua ratione de ly, vľ, q̃ eſt ꝑticularitas: non poteſt habere cõtrariam. Si tñ copulatiua habet cathegoricã, q̃ põt habere ſubcontrariã: poterit habere, mutãdo ly, & in ly vľ: & ſeruãdo alia neceſſaria, ad ſubcõtrarietatẽ (vt ſupra dictũ eſt)

2. Argum. ¶ Si qs etiam argumentetur ſic, hęc diſiunctiua homo eſt lapis, vel hęc diſiunctiua eſt falſa. Eſt falſa diſiunctiua, & tñ ſcđa pars eſt vera. Patet nam ſi non eſt vera eſt falſa, ſed ipſa ſignificat quod eſt falſa, & ita eſt: ergo, eſt vera.

¶ Et rurſus, ſi eſt vera: ergo, ſignificat ſicut ita eſt, & ſignificat qđ eſt falſa: ergo eſt falſa.

Ad argu. Reſpondetur ad hoc, ꝙ regula data ad veritatem diſiunctiue, ſufficit qđ vna pars ſit vera: intelligitur extra reflexiuas: & ſic illa diſiunctiua eſt falſa, cuius aliqua pars eſt vera, nec inconuenit in reflexiuis.

CAPITVLVM. XX. DE diſiunctis.

DIſiunctum eſt, qñ ly, vľ inter terminos coniungit, & capitur diuiſiue, & complexiue. Tũc eſt complexiue, qñ vno ſigno determinatur, aut ęquiualet propoſitioni, in qua vno ſigno determinetur. Et veritas talis ꝓpoſitionis non ꝓbanda eſt per reductionem ad diſiunctiuam, ſed per aſcenſum, vel deſcenſum ſub toto diſiũcto: & per ſuppoſitionem extremorum. Hoc quando tenetur vnica acceptione: qa ſi pluribus tenetur, aſcenſus vel deſcenſus prius ſub partibus: & poſtea ſub toto.

¶ Pro quo nota, ꝙ diſiunctũ poſitum a parte prędicati, vel a parte ſubiecti modificatũ aliquo ſigno, accipitur complexiue, & vnice, ſed qñ a parte ſubiecti, & non modificatur vnico ſigno: accipitur communiter diuiſiue. Sed in rigore poteſt ſumi complexiue, aceptum non vnice, ſed pluribus. Vt in hac, omnis philoſoph⁹ eſt Socrates, vľ Plato reſolutione facta ſubiecti: ſub toto p̃dicato eſt deſcendendũ, ſicut & in hac, aliqs petrus vľ paulus non diſputat. Et in hac, omnis homo vľ omnis equus: nõ eſt animal, põt capi diuiſiue, & ſic redducenda immediate ad diſiũctiuam: vľ poteſt complexiue capi non vnice: reſolutis partibus, deinde ſub toto. 1. Notan.

¶ Sed vt cognoſcatur differentia inter diſiunctum complexiue, & diuiſiue: notandũ: qa hęc eſt negatiua vera, homo vel chymera non eſt homo: capiẽdo diuiſiue: & eſt falſa, ſi complexiue: qa æqualet iſti: homo non eſt homo: qa in diſiunctis cõplexiue tentis, ſi vna pars ſupponit, & alia non: pars non ſupponens, conuertitur cum ſupponente. Et ob id, æquiualet illa huic, homo non eſt homo, & eſt regula in affirmatiuis. 2. Notan.

¶ Qñ diſiunctum non ſingularizatur, neq; diſtribuitur: æqualet diſiunctum complexiue: & diuiſiue tentum. Vt, homo vel equus currit. Perinde eſt, ꝙ diuiſiue vel complexiue ſumatur, ſed in negatiuis non ſic, vt in exemplo ſupra poſito. Regula.

 ¶ Circa

Regula circa modum arguendi in diſiunctis.

¶Circa modum arguendi in his, eſt regula a parte diſiuncti ad totum diſiunctũ, eſt argumentum formale, ſicut a parte diſiunctiue ad totam. Et ſi capiatur complexiue, tũc eſt velut argumentari ab inferiori ad ſuum ſuperiꝰ. Et in negatiuis oportet ponere conſtantiam: quia non ſequitur, chymera non eſt animal: ergo, chymera, vl' homo non eſt animal. Sed oportet ponere & chymera ē. Similiter cauendum, ne in conſequenti, diſiunctum ſingularizetur vel diſtribuatur: qa non valet, Petrus diſputat: ergo, hic Petrus vel Paulus diſputat. Singularizando totum pro Paulo, neq̃ ſequitur, omnis homo eſt riſibilis: ergo, omnis homo, vel equus eſt riſibilis toto diſtributo: quia eſt argumentum ab inferiori ad ſuperius diſtributiue: quod non valet. Sicut non ſequitur, eſt homo: ergo, eſt omne animal &c.

Nota

¶Circa oppoſitionem in iſtis, eſt conſiderandum: quod cum ly vel: complexiue tentum, ſicut ly & complexiue, nec ſit particularitas, neq̃ vniuerſalitas. ſequitur incontradictoriis non eſſe neceſſariũ vnum in aliud mutari. Sed oportet regulas oppoſitionum ſeruare, & quando diſiunctũ accipitur vnica: reputandus eſt ſicut vnus terminus ſimplex, vt hęc, omnis homo vel equus currit: aliquis homo vel equus non currit, toto ſubiecto affirmatiuę vnica diſtributo ſunt contradictorię.

1. Regula.

¶Si vero diſiunctũ diuiſiue capiatur, contra dicendum eſt: ꝑ copulatum diuiſiue ſumptum, ſicut in diſiunctiuis dictum eſt. Et ſic diſiunctum diuiſiue ſumptum, ſubcõtrariatur diſiuncto diuiſiue ſumpto ratione particularitatis: ſicut copulatum, copulato, ratione vniuerſalitatis de ly. Et, partibus eorum ſe habentibus ſcdm exigentiam contradictionis. Exempli gr̃a, hę omnis homo & omnis equus currit: aliqs homo, vel equus non currit: contra dicunt. Et hę omnis homo & omnis equus currit, aliquis homo & aliquis equus non currit: cõtrariantur & hę Petrus vel Paulus currit, petrus vel paulus non currit: ſubcontrariantur &c.

2. Regula.

1. Argum.

¶Circa iſtam materiam, eſt argumentum: iſtę ſunt contradictorię, omnis homo vel equus non eſt animal. & homo non vl' equus non eſt animal. Et tñ ſunt ſimul verę, rebus ſtantibus vt nunc. Patet, ꝑ aſcendentes, ſub ly homo, iſte homo vl' equus nõ eſt animal. Et affirmatiua eſt vera, qa aſcendẽtes ſunt verę: iſte homo non vel equus non eſt animal &c. ~~ſua contradictoria eſt falſa, iſte homo vel equus non eſt animal~~.

Solutio.

¶Ad hoc reſpondetur, illas non eſſe contradictorias: quippeq committitur deffectus: qa ly animal in negatiua diſtributum in ordine ad confuſam: in affirmatiua manet confuſæ, cum tñ deberet ſupponere determinate. Quod patet, quia dempta negatione in affirmatiua tenetur inordine ad terminum determinate, ſupponentẽ hõ vl' equꝰ nõ eſt animal: deberet hęc ſignari ꝓcõtradictoria homo non vel equus, non eſt b, animal.

2. Argum.

¶Secundo ſic arguitur, iſtę ſunt contradictorię: omne animal eſt b, homo vel, b, equꝰ & a, animal non eſt homo vel equus. Et tamen ſunt ſimul vere, caſu ꝙ ſit vnus homo & vnus equus Affirmatiua conſtat in veritate ex aſcendentibus, & negatiua vera, aſcendẽdo ſupra totum diſiunctum diſtributum Nam hęc eſt vera, a, animal nõ eſt iſte homo, vel iſte equus: quia ſub ly animal, demonſtrabo animal, non demonſtratum in diſiuncto, hoc animal nõ eſt iſte hõ, vl' equꝰ

Solutio.

¶Ad hoc reſpondetur, negando ꝙ contradicant: quia in affirmatiua ly animal diſtribuitur in ordine ad duos terminos, quorũ vnus determinate. ſ. illę duę partes: & alius confuſe. ſ. totale diſiunctum. Obid ſtabit ly animal, mixtin de ly, c. Vt idem ordo ſeruetur reſolutionis in negatiua: ſicut in affirmatiua. Et hęc ſufficiãt de diſiunctis, & diſiunctiuis: & tandem circa omnia illa quæ in primo tractatu ſummularum adduci ſolent Licet enim ex propoſito reliquimus, quæ abundãt: neceſſaria ſic ſunt appoſita, vt nil quod vtile ſit deſiderandum.

INCIPIT TRACTATVS EXPONIBILIUM. Cap. I.

POſt primum Tractatũ, quẽ Summalarũ dicunt: ſeqtur de exponibilibus tractatus qui ſolet plus iuſto ab aliqbus (ſicut in aliis ſoliti ſunt) extendi. Nos tñ non ab incepto deſiſtentes, ſic rem ipſam ob oculos ponere curabimꝰ: vt neceſſaria nõ p̃tereamus ſub ſilẽtio, & quæ ſuperflua, & conducunt minime: ſcienter pretermittamus.

¶Licet

¶Licet in præcedentibus, de propoſione fuerit prolixus ſermo, quia quędam quæ exponibiles vocantur propoſitiones: ſpecialiter conſiderande veniunt, ob eorum incluſum obſcurum ſenſum: ſpeciali in digent cō ſideratione. Qua propter ſic diffinitur.

Diffinitur propoſitio exponibilis. ¶Propoſitio exponibilis illa dicitur, q̄ obſcurum habet ſenſum, ratione alicuius termini in ea poſiti, manifeſtabilis per aliam vel alias clariores. Sicut hæc, tantum homo eſt animal, exponibilis vocatur: quia ratione de ly tantum, obſcurum habet ſenſum: & declarādavenit per alias magis manifeſtas. Per has.ſ.homo eſt animal, & nichil aliud ab homine eſt animal. vel nichil non homo eſt animal.&c. Et ſic poſſent exempla poni de alijs.

Queſtio. ¶In primis ſolet diſputari, vtrum exponibilis propoſitio: cenſenda ſit cathegorica: an Hipothetica?

¶Quibuſdam dicentibus eas eſſe hypotheticas, quia in mente omnia ſunt explicita, & ſic quę obſcure in uoce, vel ſcripto: in mēte diſtinctiſsime. Verum dicendum exponibiles eſſe cathegoricas: & hanc tantū homo eſt animal, ſub ordinari in mente vni ex quatuor illis terminis compoſite. Alias ly tantum non reperiretur in mente: quod eſt contra modum communē concipiendi. Itaq; affirmandū, exponibiles cathegoricas eſſe: licet ratione ſigni, vel ſenſus obſcurioris: non ſint probandæ ſicut cathegorice, per aſcenſum, vel per conuerſionem. Hoc enim non obſtat quo minus ſint cathegoricę. Preſertin quod ſunt aliquę exponibiles, & conuertibiles, & reſolubiles, per deſcenſum, & aſcenſum. (Vt infra erit manifeſtū).

Propoſitio exponibilis cathegorica eſt.

¶DE EXCLVSIVIS PRIMO.

¶Ab excluſiua incipiētes, relinquimus vniuerſalē propoſitionem, vt omnis homo eſt animal: quam aliqui exponibilem vocāt per ſuam pręiacentem: & vnam negatiuā, de eodem ſubiecto, & contradictorio prędicato. Vt per hanc, homo eſt animal: & nullus homo eſt non animal. Atq; forte ad id moti ſunt, quia ab vniuerſali affirmatiua, ad excluſiuam determinis tranſpoſitis ſit bona conſeq̄ntia, eo quod exponentes excluſiue, ſunt conuertentes exponentiū vniuerſalis. Nam ſequitur omnis homo eſt animal: ergo tantum animal eſt homo, quę exponitur per has animal eſt homo: & nichil non animal, eſt homo. Et hę homo eſt animal & nullus homo eſt non animal, erant exponentes, &c.

¶Sed tamen omittētes eam vniuerſalem, quia rationem non habet exponibilis: cum ſecunda ſua exponens ſit ea exponibili obſcurior: de excluſiua erit ſermo. — Propoſitio vniuerſalis non eſt exponibilis.

¶Propoſitio excluſiua exponibilis illa eſt: vbi ſignum excluſiuum ponitur. Vt ly tantum, & ſimilia. Eſt conſiderandum, quadruplex eſſe excluſiuarum genus, Quædam eſt excluſiua affirmatiua, & eſt: vbi verbum & excluſiua dictio affirmatur. Vt hęc, tantum homo eſt animal. — Propoſitio excluſiua.

¶Secundum eſt, vbi vtrunq; negatur. Et hęc pure negatiua: vt non tantum homo eſt animal.

¶Tertium eſt, quando ſignum affirmatur: ſed copula negatur. Vt hęc, tantum homo non eſt animal.

¶Quartum, vbi ſolum ſignum: vt hęc, non tantum homo non eſt animal.

¶Sed antequam ad ſingularia deſcendamus, erit cōſiderandum: ly tantum ſumi & excluſiue, & excluſin. Quando excluſiue, tunc eſt pars propoſitionis, & non pars extremi: & ſic collocatur a principio propoſitionis. — Nota.

¶Excluſin capitur, quando facit propoſitionem de excluſo extremo. Et tunc efficitur pars extremi. Vt in hac, Petrus eſt tantum animal. Quæ exponitur ſic, Petrus eſt animal, & illud, non eſt non animal. Quæ æquiualet homo eſt animal. Aliomodo capitur, excluſin: de excluſa copula. Vt in hac Petrus tantum eſt ſapiens, & exponitur ſicut quę de excluſo extremo. Sed tamē quia de iſtis non eſt vſus, ad vere excluſiuas reuertamur.

¶Primus ordo exponitur ſic. hęc.ſ. tantum homo eſt animal Per vnam præiacentem, q̄ ſic vocatur, propoſitio dempto ſigno. Et ſecunda eſt, oppoſitę qualitatis & quātitatis, & contradictorij ſubiecti, ad priorem.ſ. per has duas, homo eſt animal, & nichil non homo eſt animal. — 1. Ordo.

¶Secundus ordo.ſ. non tantum homo eſt animal. Non homo eſt animal. vel non ho- 2.

 mo

mo eſt animal. Vt primum neganter, & ſecundum infinitanter. Exponitur per ly vel, quia quando ſignum negatur: ſic debet exponi.

3. ¶ Tertius ordo, vt hæc tantum homo non eſt animal: exponitur ſic, homo nō eſt animal, & omne non homo, eſt animal: vbi ly non infinitanter.

4. ¶ Quartus ordo vt hęc, non tantum homo non eſt animal. Sic exponitur, omnis homo eſt animal, vel aliquid non homo non eſt animal. Iſto modo exponēdæ ſunt omnes excluſiuę, in quibuſcunq; terminis ſint.

Primus arguēdi modus in exponibilib⁹. ¶ Et ponuntur regulæ ad argumentandum ab exponibili copulatiua: ad quālibet ſuarū exponentium eſt cōſeqntia formalis. Quia virtualiter eſt a tota copulatiua, ad alteram partem. Et ob id, ab vna exponente, ad exponibilem: non valet. Et ſi exponibilis diſ-

2. Modus. iunctiue exponitur, valet argumentum ab ipſa ad diſiunctiuam ſuarum exponentium

3. Modus. & econtrario. Et ab exponibili, ad totā copulatiuam: & econtra, formale argumentū

4. Modus. eſt. A qualibet exponentium, ad ipſam exponibilem diſiūctiue valet. Quia eſt virtualiter, a parte diſiunctiuæ, ad totam argumentari.

Nota quod excluſio fit tripliciter. ¶ Notandum, quod ly tantum: poteſt excludere gratia alteritatis, & gratia alietatis, & gratia pluralitatis. Primo modo maxime cōtingit, in terminis connotatiuis. Vt in hac, Petrus eſt tantum albus. Quando ly tātum:

Gr͞a alteri. gratia alteritatis. Hic denotatur, Petrum eſſe album, & non eſſe alia qualitate, qualificatum.

Gr͞a alieta. ¶ Gratia alietatis, vt in modis prædictis, & contingit ſingulariter tantum, pluraliter tātum, & ſingulariter & pluraliter. Singulariter, vt in hac: tantum homo eſt animal, quia terminus eſt diuiſiuus ſingularis numeri. Pluraliter, tantum homines ſunt animalia. Vtroq; modo, vt in hac: tantum populus eſt entia. Quia poteſt excludere ſingulariter, populus eſt entia: & nichil non populus eſt entia Vel pluraliter, populus eſt entia, & nulla non populus: ſunt entia.

Gr͞a plura. ¶ Gratia pluralitatis excluſio contingit, qn̄ do excludimus a termino numerali. Vt in hac, tantum quatuor ſunt elemēta. Quæ ſic exponitur, quatuor ſunt elementa: & non plura quam quatuor ſunt elementa.

CAPITVLVM.II.DE oppoſitione in excluſiuis.

OPPOSITIONEM in iſtis, & contradictionem facile aſſignare eſt: præponendo negationē. Vt huic tantum homo eſt animal. Contradictoria eſt, non tātum homo eſt animal. Nō enim eſt verius contradicere, quam toti ꝓpoſitioni negationem præponere.

¶ Omnes propoſitiones immediate exponibiles quas licet ambas immediate copulatiue exponere: quarum aliqua exponēs, eſt contraria alicuius alterius: vel aliqua vnius formaliter repugnat in veritate alicui alterius: & vna non repugnat in falſitatem alicui alterius: vel ambabus: ſunt contrariæ. Vt hę tantum animal eſt homo, tantum animal non eſt homo: ſunt contrarię. Et hę tantum omne animal eſt homo, tantum omne animal non eſt homo. Quia in primo binario ſecunde exponentes ſunt contrarię. Et in ſecundo, primæ. Primæ nullum non animal eſt homo, & omne non animal eſt homo. Secunde omne animal eſt homo, omne animal non eſt homo. Item hę, tantum homo currit, tantum omnis homo non currit. Sunt contrarię, quia primę exponentes repugnant in veritate. ſ. homo currit, & omnis homo non currit. Cum ſint contradictorię. Et ſecunde non repugnant in falſitate, ſcilicet. Nichil non homo currit, & omne non omnis homo currit. 1. Regula

¶ Si ſint duæ propoſitiones exponibiles, quarum altera copulatiue, altera diſiunctiue. Si exponens vnius contrarietur vni alterius: & reliqua reliquę: ſunt contrarie. Et ſi vna ſubcontraria fuerit vni alterius, & reliqua reliquę: ſunt ſubcontrarię illę duę exponibiles. Vt hæ tantum omne animal omnis homo eſt, non tantum animal omnis homo eſt. Sunt contrarię quia primę exponentes ſunt contrarię. ſ. omne animal omnis homo eſt: & non animal omnis homo eſt. Et hę tantum animal omnis homo eſt, non tantum omne animal omnis homo eſt: ſubcontrarię. Quia iſtę ſubcōtrarię ſunt: animal omnis homo eſt, & non omne animal: omnis 2.

homo

homo eſt. Quia caſu quod ſolus ſit vnus homo, & ſint alia animalia: vtraq; eſt vera.

3. ¶ Omnes propoſitiones, quæ conuertuntur cum duabus contradictorijs: ſunt contradictoriæ, & quæ cum duabus contrarijs: ſunt contrariæ: et quæ cum duabus ſubcontrarijs, ſunt ſubcontrariẹ. Vt hæ tantum animal homo eſt, non tantum animal eſt homo ſunt contradictoriẹ quia prima conuertitur cum hac: omnis homo eſt animal, & ſecunda, cum hac: homo non eſt animal. Exemplum ſecundi, tantum animal eſt homo, & tantum animal non eſt omnis homo. Sunt contrariẹ, quia cõuertuntur cum duabus contrariis: ſ. omnis homo eſt animal, & nullus homo eſt animal.

¶ Et hæ non tantum homo nõ eſt animal, & nõ tãtũ homo eſt animal: ſunt ſubcontrariẹ, quia duæ exponentes ſunt ſubcontrariæ ſ. aliquid nõ homo non eſt animal, & nõ homo eſt animal. Capiendo ly non infinitanter.

1. Regula. ¶ Circa ſuppoſitionẽ ſit regula Omnis terminus precedens dictionẽ excluſiuam ſupponit ſecundum exigentiam ſignorũ. Vt in hac, cuiuslibet hominis tantum equus eſt animal. Ly hominis ſtat diſtributiue. & c. Et ſic tales propoſitiones ſunt reſoluẽdẹ ratione talium terminorum.

2. Regula. ¶ Secunda regula, dictio excluſiua ſicut cõfundit ſubiectum: ſic diſtribuit prædicatũ, niſi ab aliquo ſigno impediatur. Vt in hac, tantum homo eſt animal, ly homo ſupponit confuſſe: & ly animal diſtributiue. Et hic, tãtũ, b, homo eſt animal, ly homo ſupponit determinate. Et veritas regulẹ fundatur in hoc. Quia hec, tantum homo eſt animal, cõuertitur in iſtã, Omne animal eſt homo. Dixi niſi aliquo ſigno impediatur. Pro quo ſit.

3. Regula. ¶ Tertia regula, quãdo in terminum fertur aliud ſignum a dictione excluſiua: ſupponit ille terminus ſecundum exigentiam ſigni. Vt in hac, tantum, b homo eſt animal. Ly homo, ſupponit determinate. Et in hac, tantum omnis homo eſt animal, diſtributiue. Et in hac, tantum, a, homo eſt animal confuſe tantum.

¶ Circa modum aſcendendi, vel deſcendẽdi: ſit regula.

1. Regula. ¶ Prima, ſub terminis qui præcedunt ſignum excluſiuum fiet aſcenſus vel deſcenſus ſecundum exigentiam ſuppoſitionis termini. (Sicut diximus) in materia de aſcenſu, & deſcenſu. Ita, vt ſi determinate ſupponat: aſcenſus disiunctiuus erit.

¶ Secunda regula, ſub totali prædicato excluſiuẹ, ~~habentis vniuerſalem~~: licet aſcendere, & deſcendere, copulatiue, ad omnia ſuppoſita. Vt in hac, tantum homo eſt animal. Sic, tãtum homo eſt hoc animal, & tantum homo eſt hoc animal &c. Dixi habentis vni ~~uerſalem, quia non ſequitur. Tantum, a, e-~~ quus cuiuſlibet hominis animal eſt, ergo tãtum, a, equus iſtius hominis animal eſt, & ſic de ſingulis. Quia caſu quod quilibet homo habeat ſuum proprium equum, & vnus habeat vnum canẽ, antecedens eſt verum: & conſequens falſum, demonſtrãdo hominẽ, qui habet cum equo canem. Dictum eſt ad omnia ſuppoſita, quia in hac, tantum Deus ens neceſſario eſt. Solum licet demonſtrare ~~ſub ly ens entia neceſſaria. Quia in vniuerſali ſolum pro illis diſtribuitur~~. — 2. Regula.

3. Regula. ¶ Tertia regula, ſub prædicato excluſiue, vbi ſolum copula negatur. Non licet aſcendere: vel deſcendere, neq; copulatiue, neq; disiunctiue. Nam non ſequitur tantũ Deus non eſt creatura: ergo tantum Deus nõ eſt iſta creatura. Antecedens eſt verum, & cõſequens eſt falſum. Quia plura alia a Deo, non ſunt iſta creatura: quia creatura homo: non eſt iſta creatura leo. &c. Et hẹc ſufficiãt dixiſſe, de excluſiuis. Qui voluerit alia videre, quæ a ſummuliſtis tradũtur: in principio libri exponibilium inueniet, verum (vt ſæpe retuli) ſine fructo leget. Quia iſtarum exponibilium non eſt vſus freq̃ns, & quando occurrit, ex modo cõcipiendi, ex ſenſu quẽ fecit: poteſt exponi, & intelligi.

CAPITV. TERTIVM.
De exceptiuis.

PROPOSITIO exceptiua: eſt propoſitio exponibilis, ratione ſigni exceptiui in ea poſiti. Vt omne animal præter hominem eſt irrationale. In huiusmodi propoſitione oportet

Quatuor termini exceptiuę.

oportet conſiderare, terminum a quo fit exceptio. Qui eſt, quem ſequitur dictio exceptiua. Vt ly animal Et conſiderandus eſt terminus extra captus, qui eſt accuſatiuus, qui ſequitur poſt dictionem immediate. Et prędicatum in quo fit exceptio, & ſignum exceptiuum. Primum eſt ly animal, ſecundum eſt ly hominem, tertium ly rationale, quartum ly præter.

1. Reqſitũ.

¶ Requiſitum eſt ad congruentiam exceptiuę, vt pars extra capta ſit inferior ad terminum a quo fit exceptio. Vt ly homo, inferior eſt ad animal. Obid non eſt congruitas in iſta, omnis homo pręter animal diſputat hoc eſt verum, quando dictio ſumitur exceptiue: quia ſi diminutiue, non eſt neceſſariũ Vt in hac, decẽ, præter quimq́ ſunt quimq́.

2.

¶ Secundum requiſitum eſt, quod termin⁹ a quo fit exceptio ſumatur cum ſigno vniuerſali. Vt in exemplo propoſito, omne animal. &c, Non eſt apta exceptio, animal præter hominem eſt irrationale. Quia oportet ſit exceptio partis a toto. & inferioris, a ſuperiori diſtributo.

Exceptiua in quadruplici differentia,

¶ Exceptiua propoſitio exponibilis reperiri poteſt in quadruplici differentia. (Sicut in excluſiuis dictum eſt). Nam vel totum affirmatur, vt in exemplo poſito.

¶ Vel totum negatur, ſ. ſignum, & copula. Vt non omne animal præter hominem, eſt irrationale.

¶ Vel ſignum affirmatur, copula negata: vt omne animal pręter hominem, non eſt irrationale.

¶ Vel ſignum negatur, copula affirmata: vt non omne animal pręter hominem, non eſt irrationale.

Vbi totum affirmatur

¶ Propoſitio vbi totum affirmatur, exponitur [redacted], per tres propoſitiones. [redacted], omne animal pręter hominem eſt irrationale. Omne animal non homo eſt irrationale, & omnis homo eſt animal, & nullus homo eſt irrationalis.

¶ Vbi vero totum negatur, vt hæc: non omne animal pręter hominem eſt irrationale. [redacted], non omne animal, nõ homo eſt irrationale, Vel non omnis homo eſt animal. Vel aliquis homo eſt irrationalis, tandem, per tres propoſitiones: cõtradictorias ad primum dictas

¶ Quando ſolum copula negatur, copulatiue [redacted] exponitur, [redacted] omne animal pręter hominem non eſt irrationale. Sic, omne animal non homo non eſt irrationale, & quilibet homo eſt animal: & quilibet homo eſt irrationalis.

¶ Si tamen ſignum & copula negatur, exponitur disiunctiue [redacted]. Non omne animal præter hominem non eſt irrationale. Non omne animal non homo non eſt irrationale, vel non omnis homo eſt animal, vel non omnis homo eſt irrationalis.

Quomodo ſit oppoſitio.

¶ Circa oppoſitionem iſtarum exceptiuarum, conſtat primum & ſecundum: modũ eſſe cõtradictorias. ſ. omne animal præter hominem eſt irrationale, & non omne animal pręter hominem eſt irrationale. Et tertium, & quartum, ſimiliter. Vt hę duæ, omne animal pręter hominem non eſt irrationale: & non omne animal pręter hominem non eſt irrationale.

¶ Sed tamen ſecundus & quartus ordo, cũ exponantur disiunctiue: ſub contrariãtur. ſ. non omne animal pręter hominem eſt irrationale: & non omne animal preter hominem: non eſt irrationale, Sed de illis, quę copulatiue exponũtur, in quibus contrarietas reperitur, ratione de ly, &, eſt.

1. Regula.

¶ Regula, omnes duę exceptiuæ, quę copulatiue exponuntur: ſi aliqua exponens vni⁹ repugnet in veritate alicui alterius: ſunt cõtrarię formaliter. Vt hæ duæ omne animal pręter hominem eſt irrationale omne animal præter hominem non eſt irrationale. Quia primę exponentes, repugnãt, ſ. omne animal non homo eſt irrationale, & omne animal non homo non eſt irrationale. Sed quando vna disiunctiue, & altera copulatiue: ſit.

2. Regula.

¶ Secũda regula, ſi duæ exponẽtes vnius, contradicunt duabus exponentibus alteri⁹ ſibi correſpondentibus: participant legem aliarum duarum exponentium, Ob id omnis homo pręter Petrum currit, & omnis homo non pręter Petrum currit, ſunt contrariæ Quia ſecundę & tertię exponentes ſunt contradictoriæ, prime vero ſunt contrarię. [redacted] ipſe ſunt cõtrarię (verbi gratia) omnis homo, Præter Petrum currit, habet hanc primã. Omnis homo non Petrus currit. Et alia, omnis homo non præter Petrum currit habent hanc primam. omnis homo non Petrus,

trus,

trus,non currit.Quæ duę ſunt contrariæ.Et ſecunde & tertie exponentes ſunt contradictoriæ:quia ſunt hæc,Petrus eſt homo,&nõ Petrus currit:& ſecũde ſunt,non Petrus eſt homo,vel aliquis Petrus currit.

1. Argumẽ. ¶Sed contra hęc eſt argumentum,ſi regula eſſet vera ſequeretur duas propoſitiones affirmatiuas eſſe contrarias:(immo quod maius eſt) duas ſinonomas ,ſ. iſtas duas, omne animal præter hominem eſt animal, & omne animal pręter hominẽ eſt animal. Patet.nam ſi ſufficit,exponentes ſint cõtrariæ,cum ſecunda expones q̃ eſt omnis homo eſt animal,contrarietur huic , nullus homo eſt animal:quæ eſt tertia exponens:ipſę eſſent contrariæ. Quod videtur falſum, cũ ad contrarietatem requiſita ſit oppoſita q̃litas·& nichil ſibi ipſi poſsit eſſe contrariũ.

Solutio. ¶Ad argumentum dicendum illas nõ eſſe contrarias:& quando arguis,ſecundã & tertiam exponentes eſſe cõtrarias : diſtinguo. Vel ſecundum ſitum exponentium , nego,vel ſecundum ſinonomitatem intrinſecam oppoſitarum,concedo. Non enim habent contrarietatem , ſecundum ſitum exponentium:quia ſecunda. & tertia exponẽs ſolum ſinonomitatem ſeruant intrinſecam ſubiecti,ad ſubiectum: & non prædicati ad prædicatum Ob id in ſimili forma dantur ſimul vere.ſ.omnis homo eſt animal,& nullus homo eſt lapis . Ob quod,illæ non erant veræ contrariæ. Et ſic non valet argumentum,contra regulam . Si tamen ſumeretur contrarietas ſecundum ſinonomitatem intrinſecam oppoſitarum : non eſſet dubium eas eſſe contrarias .Neq́ꝫ ex hoc contra regulam. Quia tunc non eſſet oppoſitio quia exponentes ſunt,ſed quia oppoſitę qualitatis. Eiuſdem quãtitatis:participantes vtroq́ꝫ termino.Ordine eodem.&c.

Suppoſitio nũ regulę. ¶De ſuppoſitione, & aſcẽſu:brebiter: terminus pręcedens dictionem exceptiuã ,ea ſuppoſitione ſupponit : quam ſignum cauſat,ſupra ipſum cadens. Ad modum quo in alijs ſimplicibus propoſitionibus . Verũ nõ valet aſcenſus,vel deſcenſus ſub tali termino.Non enim ſunt congruę ſingulares.hoc aĩal pręter hominẽ eſt irrationale.&c.Quia (vt p̃diximꝰ) oportet terminꝰ ille a quo fit exceptio,ſit ſupior, & vniuerſalit̃ capiatur

¶Terminus qui immediate ſequitur, poſt dictionem exceptiuam:ſupponit diſtributiue,Et valet aſcenſus copulatiuus in illis,vbi dictio eſt affirmata.Vt in illis,quę in primo & tertio ordine. Sed tamen non ſic valet deſcenſus . Non enim ſequitur,omne animal pręter hominem eſt irrationale , & iſti homines ſunt omnes homines : ergo omne animal pręter iſtum hominem eſt irrationale,datur antecedens verum, & conſequens falſum,eſt argumentatio ab inferiori ad ſuũ ſuperius,cum diſtributione ſuperioris . Eſt enim ac ſi fieret ,omne animal non homo eſt irrationale : ergo omne animal non hic homo,eſt irrationale.Ly animal non homo inferius eſt,ad ly animal, non hic homo. Quomodo ſupponunt termini in exponibilibus.

¶Pręđicatum tamen exceptiuę non plene diſtribuitur , quia in vna exponentium diſtribuitur & in alia non. Vt in hac,omne animal præpter hominẽ eſt irrationale.In tertia exponentium , quę eſt , nullus homo eſt irrationalis,diſtribuitur:& in prima nõ diſtribuitur.ſ.in hac , omne animal non homo eſt irrationale,pro parte qua diſtribuitur: liceret:copulatiue aſcendere.

¶Regulę ponũtur nõnullę pro iſtis exceptiuis,& ſit.

1. Regula. ¶Prima , omnis propoſitio vniuerſalis , in parte vera,& in parte falſa:poteſt per exceptionem ſuppoſitorum reddi vera.Vt hæc, omne animal eſt irrationale , in parte vera eſt:& in parte falſa. Per excęptionem illorũ pro quibus eſt falſa fiet exceptiua vera. Sic omne animal p̃ter hominẽ,eſt irrationale.

2. Regula. ¶Secunda regula,omnis exceptiua copulatiue exponibilis, repugnat ſuę præiacenti Vt hę omne animal eſt irrationale,& omne animal pręter hominem eſt irrationale. & hæ omne Animal non eſt irrationale . Et omne animal pręter hominem non eſt irrationale. Dixi ſi copulatiue, quia ſi diſiunctiue, ~~vt in hac, non omne animal pręter hominem eſt irrationale~~,bene ſtãt. Vt hę duæ non repugnant. Non omne animal eſt irrationale,&non omne animal pręter hominẽ eſt irrationale. Quia vna infert aliam, nam cum exponãtur diſiunctiue,ab vna exponẽtium,ad ipſam exponibilem:valebit . Sicut a parte diſiunctiuę,ad totam. Et apertũ eſt iſtas ſimul ſtare . Non omnis homo præter Petrum eſt lapis , & non omnis homo eſt lapis. Vtraq́ꝫ eſt vera.

¶Tertia

3. Regula. ¶Tertia regula, omnis exceptiua primi ordinis, vbi vtrunq; affirmatiue: infert duas ſubcontrarias, in quibus ſubijcitur termin⁹ a quo fit exceptio, & prędicatur prędicatũ exceptiuę. Vt ſequitur formaliter, omne animal pręter hominem eſt irrationale; ergo aliquod animal eſt irrationale, & aliquod animal non eſt irrationale. Nam prima infertur ex prima exponente, quę eſt: omne animal non homo eſt irrationale. Ab inferiori, ad ſuperius non diſtributum affirmatiue. Et ſecunda infertur: ex ſecunda, & tertia exponentibus, ſimul. Vt ſequitur bene, nullus homo eſt irrationalis, omnis homo eſt animal: ergo aliquod animal non eſt irrationale, in Felapton.

CAPITVLVM.IIII.
De reduplicatiuis.

Dictio reduplicatiua.

SEquitur de exponibili reduplicatiua, vbi ly in quantum ponitur. Vt omnis homo in quãtum animal, eſt ſenſibilis. Omnis homo in quantum rationalis, eſt riſibilis. &c.

Nota. ¶Notandum eſt, ſignum iſtud poſſe capi ſpecificatiue, diminutiue, & reduplicatiue.

Specificatiue. Specificatiue quando actum ſpecificat, & quando conceptum & quando actum: dicit rationem formalem: vt in hac, ens in quantum ens, eſt ſubiectum methaphiſice. Ly in quantum, ſpecificat rationem formalẽ, ſeu actum. Et exponitur per duas exponentes, ſic. Ens eſt ſubiectum methaphiſicæ, & ratio formalis eſt, eſſe ens. Ratione concęptus, vt ſic, Deus odit hominem, in quantum peccatorem. Ly in quantum proprium concęptũ ſpecificat, ſ. in quantum peccatorem: non in quantum hominem. Et ſic per duas exponẽtes exponitur, Deus odit peccatorem, & iſto concęptu: quia peccator. &c.

diminutiue ¶Diminutiue ſumitur, vt in hac, ethiops eſt albus quantum ad dentes, vel ſecundum dẽtes Et in hac, Chriſtus ſecundum humanitatem eſt creatura: ibi ſumitur diminutiue.

Reduplica. ¶Reduplicatiue tamen, & facit reduplicatiuam, exponibilem, & per quatuor propoſitiones exponitur. (Vt dicemus).

Quatuor termini reduplicatiuę ¶Quatuor termini ſunt in reduplicatiua, ſ. terminus qui immediate pręcedit ſignum, & qui immediate ſequitur, & prædicatum: & ſignum.

¶Sicut in ſuperioribus dictum eſt, conſtituendo quadruplicem ordinem exponibilium, ſ. vbi tan dictio quam copula affirmatur, & quando totum negatur, & tertium, quando ſolum copula, & quartum: quando ſolum ſignum, ſic in præſentiarum.

1. Ordo. ¶Primus ordo, omnis homo in quantũ rationalis, eſt riſibilis, quæ exponitur copulatiue, per quatuor: ſic omnis homo eſt riſibilis, & omnis homo eſt rationalis, & omne rationale eſt riſibile, & quia aliquid eſt rationale ipſum eſt riſibile.

2. ¶Secundus ordo, vbi vtrunq; negatur, ſcilicet non omnis homo in quantum rationalis eſt riſibilis Diſiunctiue ſic. Non omnis homo eſt riſibilis, vel non omnis homo eſt rationalis, vel non omne rationale eſt riſibile, vel nõ quia aliquid eſt rationale, ipſum eſt riſibile, Tandẽ ex oppoſito fit, per vnã diſiunctiuam: contradictoriam copulatiuæ prius date in primo ordine.

3. ¶Tertius ordo eſt, quando ſolum copula negatur. Vt hęc omnis homo in quantum rationalis non eſt riſibilis. Exponitur copulatiue ſic. Omnis homo non eſt riſibilis, & omnis homo eſt rationalis, & omne rationale non eſt riſibile, & quia aliquid eſt rationale: ipſum non eſt riſibile.

4. ¶Quartus ordo, vbi ſolum ſignum negatur, ſic. Non omnis homo in quantum rationalis, non eſt riſibilis. Diſiunctiue ſic. Aliqs homo eſt riſibilis, vel aliquis homo non eſt rationalis, vel aliquod rationale eſt riſibile, vel non quia aliquid eſt rationale: ipſum nõ eſt riſibile.

Oppoſitio in reduplicatiuis. ¶Circa oppoſitionem in reduplicatiuis, id conſiderandum: quod in propoſitionibus cathegoricis ſimplicibus, dum modo hoc obſeruetur, quod dictio reduplicatiua in vna negetur, & in alia affirmetur, ad contradictionem. Et ſi oporteat contrarias aſſignare, quod in vtraq; vel ſaltin in altera affirmetur. Et ad ſubcõtrarietatem, quod in vtraq; vel ſaltin in altera negetur, (exempli grã). Omnis homo in quantum rationalis eſt riſibilis & omnis homo in quãtũ ratiõalis, nõ ẽ riſibilis: contrariantur. Et hæ, non omnis homo in quantum rationalis, eſt riſibilis; & non omnis homo in quantum rationalis, nõ

eſt

eſt riſibilis: ſubcontrariantur.

Suppoſitio ¶Circa ſuppoſitionem in iſtis, ſubiectum in reduplicatiua, & tandem omnes termini præcedentes ſignum reduplicatiuum: ſupponunt ſecundum exigentiam ſignorum. Et ſic erit aſcenſus, vel deſcēſus ſecundum talem ſuppoſitionem. [illegible], dato reduplicatiue poſsint immediate exponi: (Vt dictum eſt) preſtat, fiat reſolutio prius terminorum precedentium. Vt in hac, omne animal inquantum habet animā, eſt ſenſibile. Fiet aſcenſus ſub ly animal, & ſingularizato hoc animal inquantum animatum, eſt ſenſibile: poteſt expoſitio fieri.

Terminus reduplicatiuus mixtin ſupponit. ¶Terminus reduplicatiuus, licet poſſet dici diſtributiue ſupponere, quia in tertia exponente diſtribuitur, ſ. in hac, omne animatum eſt ſenſibile: tamen equiualenter ſupponit mixtin. Quia in aliqua exponentium diſtribuitur, & in aliqua non. Diſtribuitur quidem in tertia, & in ſecunda: & quarta: manet ſine diſtributione. Vt, omne animal eſt animatum, & ſi aliquod eſt animatum: illud eſt ſenſibile, &c. Ob hoc, ſub illo termino, non valet aſcenſus, vel deſcenſus copulatiuus: quia non plene diſtribuitur, neq; disiunctiuus, quia non plene particularizatur. Nā iſta, omnis homo in quantum rationalis, eſt riſibilis, eſt vera, & omnes deſcendētes ſub ly rationale ſunt falſe, vt hæc eſt falſa, omnis homo in quantum iſte rationalis eſt riſibilis, & hæc. Iſte homo inquantum iſte rationalis, eſt riſibilis. Et econtra, Petrus in q̄ntum animal eſt homo, eſt falſa, & aliqua ſingularis ſub ly animal, eſt vera, Petrus in q̄ntū hoc animal, eodē demōſtrato, eſt homo.

¶Predicatum in reduplicatiua primi generis, ſi ſubiectum diſtribuitur: ſupponit confuſe tantum. Vt in hac, omnis homo in quā tum rationalis, eſt diſciplinabilis. Ly diſciplinabilis, ſupponit confuſe.

CAPITV. QVINTVM.
Sequitur de ly immediate.

Hic breuiter poterit ordo propoſitionum ſignari, ſicut in precedētib⁹. Nā vbi totū affirmatur, vt in hac Petrus īmediate poſt hoc erit alb⁹: exponitur ſic, Petrus poſt hoc erit albus, & quocunq; inſtātin dato poſt hoc, inter illud & hoc: Petrus erit albus. 1. Ordo.

¶Secundus ordo, quando negatur totum. Vt Petrus non immediate poſt hoc erit animal. Exponitur ſic diſiunctiue, Petrus non poſt hoc erit animal, vel non quocunq; inſtāti dato poſt hoc: inter illud & hoc, Petrus erit animal: tandem per duas contradictorias, duabus primis. 2.

¶Tertius ordo, vt hec, Petrus immediate poſt hoc nō erit animal ſic Petrus poſt hoc non erit animal, (quæ eſt præiacens) & quocunq; inſtati dato poſt hoc, inter illud & hoc Petrus non erit animal. 3.


¶Quartus, Petrus non immediate poſt hoc non erit albus, [illegible] disiunctiue, Petrus non poſt hoc non erit albus, vel non quocunq; inſtanti dato poſt hoc, inter illud & hoc: nō erit albus. Et ſicut dictum eſt in propoſitionibus de futuro: ſic etiam dicendum, in propoſitionibus de preterito. Solum hoc mutato, quod loco inſtati dato poſt hoc: dicamus inſtati dato ante hoc. Vt petrus immediate ante hoc fuit albus. [illegible] expōitur, petrus ante hoc fuit albus, & quocunq; inſtati dato ante hoc, inter illud & hoc petrus fuit albus. 4.

Nota. ¶Oportet hic conſiderare, quod terminus qui præcedit ly immediate debet reſolui antequ exponatur. Vt in hac, homo immediate poſt hoc erit ſapiens: ly homo prius debet reſolui, ſ. iſte homo, &c. Sed tamen ſi ly immediate precederet, ſtatim deberet exponi. Vt hec, immediate poſt hoc erit ſapiens.

Suppoſitio ¶Circa ſuppoſitionē terminorū aduertendū: ſicut termini qui p̄cedunt ly immediate ſecundū exigētiam ſignorū ſupponūt: ſic q̄ ſignū immediate ſequūtur, ſupponunt cōfuſe, ſi non modificētur aliquo ſigno Nam ly immediate eſt ſignum vniuerſale affirmatiuum, diſtribuens ly inſtans: atq; ob id confundens terminum immediatum.

Oppoſitio. ¶Circa oppoſitionē in, ppopoſitionibus de ly immediate, oportet ſicut in alijs cathegoricis hoc cōſiderare. Quod cū ly immediate ſit ſignum vniuerſale, nō debet in vtraq; cōtradictoriarum, aut ſubcontrariarū affirmari. Neq; in vtraq; contradictoriarū, aut contrariarū, negari Quia alias, in primis maneret eadē vniuerſalitas, & in ſecūdis eadē particularitas. Sicut in iſta figura.

¶Iſte



¶ Iſtę etiam ſunt contrarię, petrus immediate poſt hoc erit animal, & petrus immediate poſthoc non erit animal. Quia manet eadem vniuerſalitas. Et iſte petrus non immediate poſt hoc erit animal, & petrus non immediate poſt hoc non erit animal: ſunt ſubcontrarię: quia manet eadem particularitas.

Corrolariū ¶ Ex quo ſeqtur has duás, homo immediate poſthoc erit albus: homo immediate poſt hoc non erit albus, nullam legem participare. Non ſunt contrarię, quia manet eadem particularitas, ex parte đ ly homo: nec ſunt ſubcontrarię, quia manet eadem vniuerſalitas, ex parte de ly immediate.

CAPITV.VI. DE Ly incipit & deſinit.

IN hac materia, oportet conſiderare: quod ſicut ad incipiēdum duo ſignantur inſtantia ſ. primum eſſe, & vltimū non eſſe: ſic ad deſinēdum vltimū eſſe, & primum non eſſe: omne quod incipit eſſe, vel nūc eſt, & immediate ante hoc non fuit: vel nunc non eſt, & immediate poſt hoc erit. Sic quę deſinit, nunc nō eſt, & immediate ante hoc fuit: vel nunc eſt, & immediate poſt hoc non erit.


¶ Iſtorum inſtantium, quędam applicantur

ad

ad res permanentes, & alia ad res ſucceſsiuas. Et ſic, ly deſinit, &c. Res ſucceſsiue ſunt in duplici differẽtia: quędam ſucceſsiuę quo ad eſſe, & fieri: vt motus, & tempus, quia & eſſe eſt ſucceſsiuum, & fieri: eo quod partes nõ poſſunt eſſe ſimul. Res ſucceſsiuę quo ad fieri, quia fieri eſt ſucceſsiuum, ſed poſſunt habere ſuas partes ſimul. Vt color in aqua, qui ſucceſiue fit, & tamen eſt ſine ſucceſſione, Quia ſuas habet partes ſimul. &c,

¶ Res omnes ſucceſsiuę, ſiue quo ad fieri ſolum: ſiue quo ad eſſe, & fieri: incipiunt p vltimum non eſſe: ſed res permanentes, incipiunt per primum ſui eſſe. Vt petrus, & alia. Sed quo ad deſitionem, omnes res mundi: (niſi momẽtaneę durent) deſinunt per primum non eſſe, Momentaneę tamen, deſinunt, per vltimum inſtans eſſe, Sicut inſtãs quod nunc eſt, & non immediate poſt hoc erit.

¶ Oppoſitio in iſtis conſideranda eſt ſicut in propoſitionibus de ineſſe. Vno hoc conſiderato: quod ly incipit, cum ſit vniuerſalitas: non debet in vtraq; contradictoriarum nec ſubcontrariarum affirmari: ſicut neq; in vtraq; contradictoriarum & contrariarũ negari. Quia ſic, eadem maneret particularitas. Quare in hac figura eſt inuenire omne genus oppoſitionis. Oppoſitio.



Suppoſitio

¶Et circa ſuppoſitiones terminorum, dicẽdum: terminos qui præcedunt ly incipit, ſecundum exigentiam ſignorum ſupponere. Termini tamen ſequentes, licet formaliter diſtribuantur a negatione incluſa in ly incipit: verum æquiualenter ſupponunt mixtin ideſt non habẽt vnicam ſuppoſitionem. Ob id non valet aſcenſus, nec deſcenſus copulatiuus, neq; disiunctiuus. (Vt ſupra in alijs exponibilibus dictum eſt) Sed debet probari propoſitio per ſuas exponẽtes immediate. Et ſic tales termini ſequentes ly incipit: ſupponunt immobiliter. Quantum ad aſcẽſum vel deſcenſum: immo etiã ſupponerent immobiliter, quãuis ab alio ſigno modificarẽtur, quod eſt peculiare in iſtis de incipit, & deſinit. Vt in hac, incipit omnis homo viuere. Debet [redacted] immediate exponi.

Duplex inſtans.

¶Conſiderandum erit hic, inſtans duplex eſſe. ſ. completum, & in completum. Primũ inſtans completum illud eſt, in quo res eſt, & non immediate ante hoc fuit ipſa neq; aliquid eius. Et vltimum non eſſe completũ eſt in quo res non eſt, neq; aliquid eius: ſed immediate poſt hoc erit, ipſa res: & totum eſſe eius. Vt ſi nunc non eſſet Ioannes ſed immediate poſt hoc eſſet totus Ioannes dicitur vltimũ non eſſe completum eius, & econtra inſtans in completum. Et vltimum non eſſe in completum.

¶Iſtis notatis, erit conſiderandum: quod communiter dicitur. Quod rei permanentis nõ eſt dabile vltimum eſſe completum. Quod probatur, ſuppoſito duæ formæ ſubſtantiales: nunq̃ ſimul, neq; aliq̃ndo materia ſine forma, tũc ſic probatur, cum forma ſubſtantialis incipiat eſſe, per primum eſſe, vel in illo inſtanti tranſmutationis, vel forma corrũpenda eſt, vel nõ, ſi ſic, duæ formæ erunt: & quæ generatur, & q̃ corrũpitur: qđ eſt omnino impoſsibile. vel non eſt forma corrũpenda, & tunc quero, vel tunc eſt generanda, vel non: ſi non, ergo materia ſine forma, quod repugnat. Si ſic, vel forma corrũpenda immediate ante hoc fuit, vel non: ſi ſic, ergo deſinit eſſe per primum non eſſe: ergo non per vltimum eſſe. Quia alias idẽ eſſet, & non eſſet: ſi idem eſſet primum nõ eſſe, & vltimum eſſe. Si dicas quod non immediate ante hoc fuit. Tunc ſic, forma corrũpenda, non immediate ante hoc fuit: [redacted] et forma generanda non fuit: ergo fuit immediate ante hoc: materia ſine forma. Obid ꝓbatur, non dari vltimum eſſe completũ, rei permanentis. Sed primum non eſſe.

CAPITVLVM.VII.DE ly differt.

Differẽtia.

INter differt, & diuerſum eſt differentia. Nam differentia, & alietas. ſemper ẽ in terentia ſimul exiſtentia, & in aliquo conuenientia. Ob id Deus eſt diuerſus a creatura ſed non ꝓprie differt.

¶Exponibiles de ly differt, ſolum ſumũtur affirmatiue, vel negatiue, ſ. Petrus differt a Ioanne, & Petrus non differt a Ioanne, & affirmatiua exponitur [redacted], Petrus eſt & Ioãnes eſt. Et petrus non eſt Ioannes, & negatiua [redacted]. Petrus eſt vel Ioannes eſt: vel Petrus eſt Ioannes.

¶Eſt notandum, quod ſi aliquis terminus reſolubilis prẹcedat ly differt: debet primo reſolui, anteq̃ exponatur ratione de ly differt. Vt in hac, Leo differ ab equo, prius reſolui debet, ratione de ly leo & terminus q̃ ſequitur poſt ly differt, rectus ab eo: ſupponit diſtributiue (niſi aliunde impediatur). — Nota.

¶Eſt argumentum contra modũ exponendi: nam ſi eſſet verum, ſequeretur hanc eſſe falſam: eſſentia diuina differt a patre. Capiẽdo ly eſſentia in complete, patet, quia exponetur ſic, eſſentia diuina eſt, & pater eſt: & eſſentia diuina non eſt pater. Iſta tertia eſt falſa. Sed tamen propoſitio illa, eſſentia diuina differt a patre: eſt vera. Patet, quia ſub prẹdicato ſupponẽte determinate, datur vna vera. Nã demonſtrato filio, hẹc eſt vera: eſſentia diuina, eſt hoc differens a patre. — 1. Argumẽ.

¶Ad hoc reſpõdetur, diſtinguẽdo: vel ly differt capitur ſintcathegorematice exponibiľr, & ſic eſt falſa, (vt ꝓbatũ eſt) ratiõe tertię exponẽtis. Et tũc nõ eſt aſcẽdẽdũ ſub ly differt. Vel ly differt capitur cathegorematice, & nõ expõibiľr, & ſi ſubſtãtiue ẽ vera ꝓpter vnã ſingularẽ, demõſtrãdo filiũ, vt ĩ ter arguẽdum factũ eſt: aut capitur ly differens adiectiue, habendo pro ſubſtantiuo eſſentiã diuinã, capiendo in complete: & ſic, eſt falſa. — Solutio.

falſa. Neq; tunc eſt ſua ſingularis illa, vbi in ly differens, demonſtratur filius quia cum ſit adiectiuum de ly eſſentia, ſingularis erit, hęc eſſentia differens. Cum ergo hæc propoſita propoſitio poſsit eſſe vera: & falſa, ſecundum alium & alium ſenſum, quando ſimpliciter proponitur: debet abſq; diſtinctione negari Quia de rigore capitur exponibiliter ly differt: & ſic ſincathegorematice.

CAPITV. OCTAVVM de comparatiuis.

COmparatiuorum duplex ordo datur, (vt in differt diximus) vt homo fortior eſt leone, homo non eſt fortior leone. Et exponitur prima, per tres exponentes copulatiue ſ., homo eſt fortis, & omnis Leo eſt fortis, & nullus Leo eſt ita fortis ſicut homo. Et negatiua exponetur contradictorio modo ſ., nullus homo eſt fortis, vel non omnis leo eſt fortis, vel aliquis Leo eſt ita fortis ſicut homo.

Quãdo prę cedit termi nus reſolubilis.

¶ Sed tamen hic conſiderandum, in exemplo propoſito. Quia præcedit comparatiuũ ly homo, qui eſt terminus reſolubilis: debet prius reſolui, anteq; exponatur. (Vt dixim⁹ in præcedentibus). Nam ſi immediate exponeretur: darentur exponentes veræ exponibili exiſtente falſa. Dato caſu quod homines aliqui eſſent in fortitudine varij, ſecũdum magis, & minus a non gradu vſq; ad quatuor, & eodẽ mõ. leones: illa eſt falſa exponibilis. Homo eſt fortior leone. (Vt patet ex caſu) quia quælibet deſcendẽs ſub ly homo eſt falſa. Et tamen exponentes ſunt veræ. ſ. homo eſt fortis, & quilibet Leo eſt fortis, & nullus leo eſt ita fortis, ſicut homo. Prima, & ſecunda conſtant, tertia probatur quia ſua contradictoria eſt falſa, Leo eſt ita fortis ſicut homo: quia ly homo, tenetur diſtributiue, dantur ſingulares falſæ.

CAPIT. NONVM. De infinito.

Infinitũ varie ſumitur

INfinitum capitur dupliciter & cathegorematice & ſincathegorematice. Et primo modo, dupliciter, vno modo, vt attribuitur magnitudini. Et ſic valet, res ſine termino. Alio modo vt tribuitur multitudini, & valet: multitudo cuius conſequenter numerãdo, non reperitur vltima vnitas.

¶ Sincathegorematice, dupliciter: vt magnitudini tribuitur, & tunc exponitur dupliciter, vno modo, non tantum: quin magis. Alio modo, per quantumlibet maius. Et ſic, infinitum pondus Petrus poteſt portare, i. aliquantum pondus poteſt portare, & quantumlibet maius. Et ſic eſt impoſsibilis quia ſi pondus excedat virtutem agentis: nõ potest eſſe actio: cum ſemper fiat, a proportione maioris inæqualitatis. Proportionabiliter exponitur, quando tribuitur multitudini: per non tot quin plures, vel quantũlibet plures. In primo ſenſu aliqua conceduntur: nam ſi ſincathegorematice: conceditur iſta infinita. ſunt finita. Quia aliqua ſunt finita, & non tot: quin plura. Et conceditur, infinite partes proportionales ſunt in hoc cõtinuo. Itẽ conceditur, infinitum pondus petrus poteſt portare. Quia nõ tantũ quin maius. Et infinitum põdus poteſt muſca portare, quia non tantum: quin maius. Et petrus maius poteſt pondus portare ipſa muſca.

Infinitũ ſin cathegorematice.

LY OMNES COLLECTIVE.

¶ De hoc nil aliud: quã quę dicta ſunt: quando de contradictorijs agebamus. Vt. ſ. omnes apoſtoli Dei ſunt duodecim, ſit exponẽda: tota collectio apoſtolorũ eſt duodecim.

CAPITV. DECIMVM. De ly totus.

TOtus capitur cathegorematice, & ſincathegorematice. Sincathegorematice, valet: quælibet pars: & ſic totus ſortes eſt minor ſorte. Exponitur: q̃libet pars ſortis, ẽ minor ſorte: in quo ſẽſu cõceditur hęc. Capitur cathegorematice dupliciter: vno modo, p̃ ente qđ nõ ẽ ps alteri⁹, ſecũdo pro ente habẽte ptes, & exiſtẽte p ſe. Et ſic cõcedit̃ iſta, totũ qđ ẽ in mũdo: ẽ in domo mea.

 ¶ Dicunt

¶Dicũt nõnulli, quod ly totum a parte ſub iecti: ſumitur ſincathegorematice. Et a par te prædicati, cathegorematice. Sed eſt queſ tio, de nomine.

CAPITVLVM. XI.
Sequitur de ly æternum.

LY æternum poteſt ca pi cathegorematice, tanq̃ nomen: & ſinca thegorematice. Sin- cathegorematice, red dit propoſitionem ex ponibilem. Vt ſi iun- gatur verbo prçteriti temporis, tantum valet: ſicut ante quodli- bet tempus, verum, vel imaginarium, & q̃n do verbo futuri, valet poſt quodlibet tẽpus verum: vel imaginarium. Vt in iſta, anima æterna erit. ſ. poſt quolibet tempus. Eſſen- tiæ rerũ fuerunt æternę in diuina cognitiõe

De ratione æternitatis qđ totum ſimul.

¶Sed tamen qui iſta dicunt, non ponunt differentiam eſſentialem, inter æternitatẽ: & tempus. Nam licet tempus a parte ante- riori, neq̃ poſteriori: haberet principium neq̃ finem: non eſſet æternitas. Quia non eſſet menſura habentium totum ſuum eſſe ſimul. Quod eſt de ratione, & eſſentia æter- nitatis. Vt aſſerit Boetius. Et. ſ. Tho. pul- chre. 1. p. Q. 10. traddit. Vbi dicit, ęternum eſſe: quod habet totum ſuum eſſe ſimul. Et non ſucceſiue, ſine principio, ac fine duratio nis & ſic ſoli Deo poteſt cõuenire: ob id da- to Petrus, vel alius homo eſſet productus an te quodlibet tempus, verum, vel imagina- rium: non diceretur æternus. Quia ſuum eſ ſe non haberet ſimul. Et ſi cõcederetur qđ fuit ab æterno: caperetur æternum loco de ly ſemper. Ob id ly æternum, vere ſumitur: prout dicit illud quod habet ſuum eſſe to- tum ſimul: abſq̃ ſucceſione.

Boetius.
S. Tho.

CAPITV. XII. DE Ly contingenter.

COntingenter, capitur generali- ter: & valet, vt ly poſsibiliter. (Sicut in modalibus dictum eſt) quod cui tribuitur poſsibile, eidẽ & contingens. Aliquando ſumitur ſpeciali- ter, & exponitur per duas exponentes. Ioã nes contingenter currit, per iſtas: Ioannes poſsibiliter currit, & Ioannes poſsibiliter non currit. Et in hoc ſenſu, Ariſto. ait primo priorum: propoſitionem de contingenti cõ uerti in oppoſitam qualitatem. Et ratio eſt, quia ſi vna contradictoriarum eſt contin- gens: & altera eſt contingens. Nam ſi Petro conuenit contingenter currere, eidem con uenit contingenter non currere Ob id iſtæ æquiualent, Petrus contingenter currit, Pe- trus contingenter non curit. Nec differunt niſi quia prima exponens vnius, eſt ſecun- da alterius, & econtra.

Ariſto.

¶Duplex ordo reperitur in propoſitioni- bus de contingenter. Primus, vbi ly contin genter & copula affirmatur, & ex ponitur hæc (vt dictum eſt). Secundus ordo, vbi v- trunq̃ negatur: & contradictorio modo ex ponitur. Vt hæc, Petrus non contingenter currit. Sic exponitur, Petrus impoſsibiliter currit: vel Petrus neceſſario currit. Et ad ve ritatem propoſitionis primi ordinis: ſuffi- cit ſua de ineſſe ſit contingens. Et hæc ſufficiant dixiſſe: pro ma teria exponibilium, nam prolixius ea tracta- re: eſſet abſq̃ fructu.

Duplex ordo propoſitionum de contingenter.

✠

Exponibilium finis.

¶INCIPIT TRACTA tus Syllogiſmorum.

CAPITVLVM. I.

POST ABSOLV tum tractatum exponibi- lium, ſequitur ſyllogiſmo- rum: qui eſt pręcipua pars dialecticę & primo diffini tur ſic propoſitio.

¶Propoſitio

Textus.

PROPOSITIO eſt oratio affirmatiua. vł negatiua: alicuius de aliquo, vel alicuiꝰ ab aliquo

¶ Terminus eſt, in quẽ reſoluitur propoſitio: vt in ſubiectum & prędicatum,

Dici de oĩ. ¶ Dici de omni eſt: qñ nichil eſt ſumere ſub ſubiecto: de quo nõ dicatur prędicatũ vt oĩs hõ diſputat. Vbi diſputatio p̃dicatur de hoĩe: & nichil eſt ſumere ſub homine, de quo nõ dicatur diſputatio.

Dici đ null. ¶ Dici de nullo eſt: qñ nichil eſt ſumere ſub ſubiecto: a quo nõ remoueatur p̃dicatũ, vt nullꝰ hõ diſputat: hic diſputatio remouet̃ ab hoĩe, & nichil ẽ ſumere ſub hoĩe: a quo nõ remoueatur diſputatio.

Quid ſyllogiſmus. ¶ Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdã poſitis & cõceſſis: neceſſe ẽ aliud accidere: p̃ter ea q̃ poſita ſunt, & cõceſſa. Vt, omne aĩal eſt ſubſtãtia: oĩs hõ eſt animal: ergo oĩs hõ eſt ſubſtãtia. Hoc totũ eſt oratio: in qua quibuſdã poſitis. ſ. duabus præmiſsis, neceſſe eſt aliud accidere. ſ. concluſionem.

Gloſa.

¶ Relicta expoſitione textus ad literã, q̃ clara eſt, oportet cõſiderare, quod dici de omni, & dici de nullo, ſunt modi poſiti in litera, per quos regulatur ſyllogiſmꝰ oĩs. Nã p dici de omni, regulãtur oẽs ſyllogiſmi perfecti: quales illi ſunt, qui habẽt oẽs pręmiſſas affirmatiuas. Per dici đ nullo, regulãtur modi negatiui: qui aliq̃ꝫ p̃miſſarũ habent negatiuã. (Vt inferius dicemus) & cũ dici de omni ſit quod mediũ in aliq̃ p̃miſſarũ cõplete diſtribuatur: oportet diſſerere, quot modis dicatur, ly dici de omni: & quid ſit medium. &c.

Dici de omni duplex. ¶ Dici de omni, eſt duplex. ſ. prioriſticũ, & poſterioriſticũ. Poſterioriſticũ eſt, ꝓpoſitio vera in omni tẽpore, & pro quolibet ſuppoſito ſiue ſit vniuerſalis, ſiue nõ, vt cõtingit in materia naturali, hõ eſt aĩal: hõ ẽ ſenſibilis.

¶ Sed dici de omni prioriſticũ eſt, qñ ꝓpoſitio eſt vniuerſalis, ſiue ſit vera, ſiue ſit falſa: cuius ſubiectum cũ ſit terminus cõmunis cõplete diſtribuitur. Vt eſt hæc, omnis homo eſt animal Et eſt ſimiliter: omnis homo eſt lapis. Hic in præſentiarum, ſolum mentio fit, de dici de omni prioriſtico. Hic de dici de omni prioriſtico ſit mentio.

¶ Medium eſt terminus: qui ſumitur bis in præmiſsis, vt in hac, oĩs hõ eſt animal, omne ratiõale eſt hõ: ergo oẽ rationale eſt animal Ly homo eſt medium, quia in præmiſsis bis ſumitur. Oportet ergo ſyllogiſmꝰ ſit oratio in q̃ quibuſdã poſitis. ſ. p̃miſsis: (vt in exemplo dato) in quo ponit differentiã ſyllogiſmi, qui cõſtat, ex tribus ꝓpoſitionibus: & enthimemate, quod ſolum ex duabꝰ, ergo poſitis & conceſsis, neceſſe eſt aliud euenire ſ. concluſionẽ. Neceſsitate conſeq̃ntię, & nõ conſeq̃ntis. Duplex eſt. n. neceſsitas, cõſeq̃ntię: & conſeq̃ntis. Conſeq̃ntię eſt neceſsitas cõditionata: vt ſi dicamꝰ, neceſſe eſt hoĩem loq: ſi diſputat. Et ſi currit, moueri. Quia tũc denotatur, quod poſito añi qđ currat: ſequitur in bona conſequentia, quod moueatur. Neceſsitas conſeq̃ntię & conſeq̃ntis.

¶ Alia eſt neceſsitas conſeq̃ntis, quę eſt abſoluta, vt dicimus Deum eſſe, eſt neceſſe. In diffinitiõe ergo q̃ndo dicitur, neceſſe eſt aliud accidere, &c. Ideſt oportet præmiſsis poſitis, & cõceſsis: etiam ſit verum quod ſequitur, non tamen dicit neceſſarium.

Textus.

¶ Omnis ſyllogiſmꝰ cõſtat ex tribꝰ terminis: & duabꝰ ꝓpoſitiõibꝰ. (Sũptus ratiõe p̃miſſarũ). Quarũ prima maior ſecũda minor. Ex tribus terminis non poſſent duæ formari propoſitiones cũ q̃libet oportet habeat duos: niſi vnꝰ Bis ſumatur. Tunc ille qui bis ſumitur.

¶ Si ſubijcitur in vna, & p̃dicatur in alia cõſtituit primã figurã. Et ſi p̃dicatur in vtraq̃ꝫ, eſt ſecũda figura. Aut ſubijcitur in vtraq̃ꝫ, & ſic eſt tertia figura.

¶ Terminꝰ q bis ſumit̃ vocat̃ mediũ: & t̃minꝰ q ſumit̃ cũ medio ĩ priori propoſitiõe: vocat̃ maior extremitas. Et q ſumit̃ cũ medio in ſecũda ꝓpoſitiõe: vocatur minor extremitas.

¶ Ex duabꝰ ꝓpoſitiõibꝰ, q̃ ĩ añi: p̃rima, vocat̃ maior; & ſecũda vocat̃ minor.

CAPITVLVM.PRIMVM.

Figura qd. ¶Ad ſyllogiſmū requiritur modus ,& figura. Figura.eſt ordinatio trium terminorum ſecundum debitam ſubiectionem,& prædicationem. Et ſic.

1.Figura. ¶Prima figura eſt ,quando mediū ſubijcitur in vna ꝓpoſitiõe & ꝑdicatur in alia. Vt oẽ aial eſt ſubſtãtia,ois homo ẽ animal:ergo omnis homo eſt ſubſtãtia.

2. ¶Secūda figura,qñ mediū ꝑdicatur in vtraq̃. Vt null9 lapis eſt aial, ois hõ eſt animal:ergo nullus homo eſt lapis.

3. ¶Tertia figura , qñ mediū ſubijcitur in vtraq̃. Vt omnis homo eſt ſubſtantia,omnis homo eſt aial: ergo quodam aial eſt ſubſtãtia.vnde verſus.Sub, Pre, prima ,ſecūda Pre,Bis.Tertia,Bis ſub.

¶Mod9 eſt ordinatio duarū ꝓpoſitionum in debita quãtitate & qualitate.

¶Debita quantitas eſt, quod ſi vna eſt particularis:alia ſit vniuerſalis . Et qualitas debita,quod ſi vna ſit negatiua . Alia ſit affirmatiua.

Gloſa.

1. Nota. ¶Omnia videntur clara, ob id non indigẽt alia declaratione. Solū circa textū videtur notandū,illos terminos ſic nominari,maior extremitas,minor , & mediū eo quod in ſylogiſmis pfectis,vt ſūt barbara, & darij :(vt dicemus) oportet ſumere pro maiori extremitate, terminū qui ſit ſuperior ad mediū. Et pro minori extremitate , qui ſit inferior ad medium. Vt in hoc ſyllogiſmo,omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Maior extremitas,ſ. ly ſubſtantia , eſt ſuperior ad ly animal:& minor extremitas,eſt ly homo inferior ad ly animal : quod eſt mediū. Licet hoc,non ſit requiſitum:in omnibus ſyllogiſmis. (Vt poſt latius dicemus).

2. Notan. ¶Circa id quod dr̃,primã figuram eſſe:vbi mediū in vna ꝑdicatur, & in alia ſubijcitur, eſt notandnm,aliquos poſuiſſe quatuor figuras,vbi.ſ.prima ſit q̃ndo medium ſubijcitur in maiori,& prędicatur in minori:& quarta figura ſit,q̃ndo prędicatur in maiori & ſubijcitur in minori. Vt ſi in ſyllogiſmo propoſito diceremus ſic, omnis ſubſtantia eſt animal.omne animal eſt homo:ergo omnis homo eſt ſubſtãtia. Sed tamen non eſt neceſſe q̃rtam iſtam apponere figurã,cum ſufficienter in prima intelligatur. Quia ſolum per trãſpoſitionem fit:quod medium in maiori prædicetur & in minori ſubijciatur.

Aliqui ponunt quatuor figuras eſſe.

Non eſt ponenda q̃rta figura.

¶Et ſiquis contra illud quod dicitur, ſyllogiſmum ex tribus terminis conſtare : & tribus cathegoricis inſurgat, dicens. Hūc eſſe ſyllogiſmum: cuiuſlibet hominis albi equus currit,Petrus vel Paulus eſt homo albus:ergo Petri vel Pauli equus currit. In darij & tamen plures quam tres ſunt termini. Argumen.

2. Similiter hic ſyllogiſmus, omnis homo eſt riſibilis & omnis equ9 eſt hinibilis: Petrus eſt homo & brunellus eſt equus: ergo Petrus eſt riſibilis,& brunellus eſt hinibilis. Et quidem hic non ſunt tres cathegoricę,ſed ſex, & tamen vn9 eſt ſyllogiſmus ergo.

Solutio. Dicẽdum ad hoc, qñ dicitur ſyllogiſmū cõſtare ex trib9 terminis:& ex tribus ꝓpoſitionib9,intelligitur tã quã ex partibus eſſentialibus. Itaq̃ ſine illis non poteſt fieri ſyllogiſmus. Sed tamẽ non ſequitur ex hoc,quod non poſsit habere plures terminos,& plures propoſitiones : dum modo ſint debitę diſpoſiti termini , & bene ordinatę ꝓpoſitiones . Et quidem in exemplo poſito, virtualiter ſunt duo ſyllogiſmi.

¶Ponuntur aliquę regulę generales: ad omnes ſyllogiſmos:q̃s optet memorię mãdare,

Textus.

¶Ex puris particularibus , indifinitis, aut ſingularibus nichil ſequitur . Ob id oportet alterã ꝑmiſſarū eſſe vniuerſalẽ. 1. Regula.

¶Ex puris negatiuis nichil ſequit̃.vnde optet, alterã ꝑmiſſarū eſſe affirmatiuã. 2. Regula.

¶Si aliq̃ ꝑmiſſarū fuerit particularis, cõcluſio erit particularis . Et nõ ecõtra. 3. Regula.

¶Si aliq̃ premiſſarum fuerit negatiua, concluſio erit negatiua. 4. Regula.

¶Mediū nūq̃ debet poni in cõcluſiõe. 5. Regula.

Gloſa.

¶Sicut iſtę regulæ docent,ſic euenit in omnibus modis,& in omni figura (Vt infra declaratur),nam in omni modo, ſemp aliqua premiſſarum eſt vniuerſalis:& ſimiliter ſemp aliq̃ ꝑmiſſarū eſt affirmatiua : vel vtraq̃. Saltin nunq̃ vtraq̃ negatiua. Itẽ nūq̃ cõcluſio ẽ affirmatiua, niſi vtrãq̃ ꝑmiſſarū fuerit affirmatiua

affirmatiua. Et ſic dicunt, quod concluſio ſe
quitur partē debiliorē. Cum ergo negatiua
ſit debilio affirmatiua, altera pmiſſarū exiſ
tente negatiua: ipſa concluſio eſt negatiua,
Sic, etiam ſi altera premiſſarum fuerit par
ticularis. Concluſio non erit vniuerſalis, ſed
particularis.

¶ Ad debitam premiſſarum diſpoſitionem
tam interſe: quam in ordine ad concluſionē
quatuor conditiones ſunt requiſitę.

1. Cōditio. ¶ Prima conditio, medium debet eſſe tota-
le extremum, in altera premiſſarum. Deffe
ctu cuius, hę nō ſunt pmiſſe bene diſpoſitę:
cuiuſlibet hominis, quilibet equus currit,
& cuiuſlibet hominis equus quieſcit: ergo
equus currens quieſcit. Nam ly cuiuſlibet
hominis, quod aſſumitur pro medio: nō eſt
totale extremum, in altera præmiſſarum.
Inſtatur hic, cuiuſlibet hominis animal eſt
album, hominis animal eſt nigrum: ergo a-
nimal nigrum, eſt album. Caſu quod quili-
bet habeat animal album, & vnus homo ha
beat etiam nigrum.

2. Cōditio. ¶ Secunda, vt medium ſub ratione medij
non intret concluſionem. De per accidens
tamen, non inconuenit. Vt ſi ponatur ad ſer
uandam ampliationem, aut reſtrictionem.
Vt hic, pater generat, pater eſt eſſentia diui
na: ergo eſſentia diuina, eſt pater qui gene-
rat. Ly pater medium intrat concluſionem
nam ſi non intraret: & diceres: ergo eſſentia
diuina generat. Antecedens eſſet verum:
conſequente exiſtente heretico. Si tamen
intraret medium concluſionem, abſq; nece
ſſitate: non recte concluderetur: vt hic, om-
nis homo diſputat, Petrus eſt homo: ergo pe
trus eſt homo qui diſputat. Sed oportet cō-
cludere ſolum ergo petrus diſputat.

3. ¶ Tertia conditio, id quod ſe tenet ex par-
te medij, in maiori: debet ſe tenere ex parte
minoris extremitatis in concluſione. Et qđ
ſe tenet ex parte medij in minori: debet apli
cari maiori extremitati, in concluſione. Et
debet concludi minor extremitas, in eodē
caſu, quo ſumitur medium in maiori. Et ma
ior extremitas, in eodem caſu, quo ſtat me-
diū in minori. Vt, cuiuſlibet hominis equus
currit: Petrus eſt homo, ergo Petri equus cur
rit. Omnis homo eſt animal, brunellus eſt
hominis equus: ergo brunellus eſt animalis
equus.

¶ Quarta conſideratio, ſeu conditio, extre- 4.
mitates debent eſſe totalia extrema, tam in
præmiſsis: quam in concluſione, niſi id po-
natur, ad ſeruandam logicalem proprieta-
tem: vel aliquid ponatur cum medio, quod
debeat applicari extremitatibus: iuxta præ
dicta, in tertia conditione. Ex quo iſte ſyllo-
giſmus non tenet, in Baroco: cuiuſlibet ho-
minis quilibet equus currit, & riſibilis equus
non currit, ergo riſibile non eſt homo. Nā
ſi totalia ſubiecta ſumantur in præmiſsis ꝓ
extremitatibus: non ſunt totalia extrema,
in concluſione. Et ſic ſolę determinationes
non ſunt totalia extrema: in premiſsis.

CAPITV. SECVNDVM.
De deffectibus Syllogiſmorum.

Ponuntur deffectus qui ſo-
lent contingere: ob quod
ſyllogiſmus bonus non eſt
Et quidam vocātur intrin
ſici: alij extrinſici.

¶ Intrinſici illi ſunt, qui cō Deffectus intrinſici.
mittuntur inter Premiſsas
ex parte medij. Ob quod premiſse reddun-
tur inhabiles ad inferādam concluſionem.

¶ Primus eſt, quando medium tenetur ęqui 1. Deffect⁹
uoce, quia tunc eſt virtualiter argumentari:
in quatuor terminis. Quare iſtæ præmiſſæ
non ſunt ſufficienter diſpoſitæ. Omnis ho-
mo eſt totus in quantitate, Petrus eſt homo.
Quia ly homo, in prima: materialiter: in ſe-
cunda perſonaliter. Item ſic, omnis canis
eſt latrabilis, ſidus celeſte eſt canis, &c. Nō
ſequitur, omnes epiſcopi ſunt ſacerdotes: a-
ſini ſunt epiſcopi: ergo aſini ſūt ſacerdotes

¶ Secundus deffectus eſt, quando medium 2.
in vna præmiſſarum accipitur vnice: in alia
non vnice. Ob id hæ, hominis equus non eſt
animal, & quilibet equus hominis eſt hinibi
lis: non ſunt diſpoſitæ in Bocardo. Quia me
dium in maiori pluribus, & in minori vnica.

¶ Terti⁹ deffect⁹ eſt, qñ mediū in nulla prę 3.
miſſarū diſtribuitur cōplete. ob id iſtæ non
ſunt habiles. Homo eſt riſibilis, lapis homo
non eſt. Bene tñ ſi diceremus lapis non eſt
homo. Et ob id, iſte etiam nō ſunt habiles,
vterq; homo diſputat, omne riſibile eſt hō.
Quia ly homo, in nulla cōplete diſtribuitur.

 ¶ Quartus

4. ¶Quartus deffectus, quando medium vbi non diſtribuitur accipitur magis ample, quam vbi diſtribuitur: aut minus reſtricte. Ita, vt ſtet ſupponere pro aliquo, vbi non diſtribuitur: pro quo non ſupponit vbi diſtribuitur. Quare hę non ſunt diſpoſitę, omne animal eſt homo. omnis equus poſsibiliter eſt animal, &c.

5. ¶Quintus eſt, quando medium in præmiſſa affirmatiua accipitur magis ample quam in negatiua. Quare iſtę, omnis homo poſsibiliter eſt animal, nullus homo eſt animal: non ſunt diſpoſitę in Cameſtres.

6. ¶Sextus deffectus eſt, quando nulla pręmiſſarum eſt affirmatiua. Quia vt dictum eſt ex puris negatiuis: nichil ſequitur. Quare neceſſarium eſt, non ſolum quod non ſint ambę formaliter negatiuę, ſed quod etiam neq̃ virtualiter. Ratio huius eſt, vt aducit.

S.Tho. ſ. Tho. opus. 47. Quia concluſio affirmatiua non infertur niſi propter conueniētiam extremitatum in vno tertio: ob id ambe oportet ſint affirmatiuę, quando concluſio eſt etiam affirmatiua: concluſio negatiua non infertur: niſi quia altera extremitatum diſconuenit alicui tertio cui altera conuenit. Et ob id altera præmiſſarum, oportet ſit affirmatiua. Sic eſt verum, quod ſi concluſio eſt affirmatiua: vtraq̃ pręmiſſarum erit affirmatiua, & ſi concluſio fuerit negatiua, neceſſario altera p̄miſſarum erit negatiua.

CAPITVLVM TERTIVM DE deffectibus extrinſicis ſyllogiſmorum.

DEffectus extrinſici ſunt, qui committuntur in modo ſubſu mēdi inter p̄miſſas & ex parte medij.

1. Deffectꝰ. ¶Primus eſt, quando aliqua extremitatum tenetur æquiuoce. Ob id non ſequitur, nullum rationale eſt nomen, homo eſt rationalis: ergo homo non eſt nomen. Nam ly homo minor extremitas, ſumitur in minori perſonaliter: & in concluſione materialiter.

2. ¶Secundus deffectus, quando aliqua extremitatum in pręmiſsis accipitur vnica, & in concluſione pluribus, aut econtra. Ob id non ſequitur, omne hinibile eſt animal, hominis equus non eſt animal: ergo aliquis hominis equus non eſt hinibilis, ſumitur enim in minori pluribꝰ, & incluſione vnice. Quia determinatur illo ſigno aliquis. &c. (Vt nos diximus ſupra).

¶Tertius, quando arguitur, a non diſtributo: ad diſtributum. Ob id non ſequitur, omnis homo eſt animal, equus non eſt homo: ergo equus non eſt animal. Ex parte de ly, animal, eſt argumentum: a non diſtributo, ad diſtributum. 3.

¶Quartus committitur: quando argumentum eſt a cōfuſa: ad determinatam. Vt ſi ſic, omnis homo eſt animal, omne riſibile eſt homo: ergo omne riſibile eſt. b. animal. 4.

¶Quintus deffectus, quando arguitur. a nō amplo ad amplium, cum diſtributione ampli: ſiue affirmatiue, ſiue negatiue. Ob id non ſequitur, omnis homo poſsibiliter eſt riſibilis, omne animal eſt homo: ergo omne animal poſsibiliter eſt riſibile. Item non valet, omnis homo poſsibiliter eſt riſibilis, nullum animal eſt riſibile: ergo nullum animal poſsibiliter eſt homo. Ibi ex parte minoris extremitatis. ſ. de ly animal: arguitur a non amplo ad amplum. 5.

¶Sextus deffectus eſt, arguendo ab amplo ad non amplum affirmatiue: ſiue ſit cum diſtributione, vel ſine ea. Non ſequitur, omnis homo diſputat, omne album omnis homo eſt vel fuit: ergo omne albū diſputat: caſu quod nullꝰ ſit albꝰ modo, & fuerit olim 6.

CAPITVLVM QVARTVM.
Sequitur de modis.

Textus.

PRIMA FIGVRA habet nouem modos: quatuor concludunt directe, & reliqui indirecte. Concludere directe eſt, maiorem extremitatem prædicari de minori in concluſione. Indirecte concludere, eſt minorem extremitatē: prædicari de maiori in concluſione. Concludere directe quid?

¶Prima regula, maiori exiſtenti particulari: nichil ſequitur. 1. Regula.

¶Secunda minori exiſtente negatiua, nichil ſequitur, 2. Regula.

¶Barbara

Barbara.1⁹ ¶ Barbara, primus modus: conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis, vniuerſaliter affirmatiuam directe concludentibus. Vt, omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo, omnis homo eſt ſubſtantia.

Celarēt.2⁹ ¶ Cellarēt, ſecundus modus: conſtat ex maiori vniuerſali negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem negatiuam directe cõcludentibus. Vt nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal: ergo, nullus homo eſt lapis.

Darii. 3⁹ ¶ Darij, tertius modus: cõſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua: particularem affirmatiuam directe concludentibus. Vt, omne animal eſt ſubſtantia, quidam homo eſt animal: ergo, quidam homo eſt ſubſtantia.

Ferio. 4⁹. ¶ Ferio, eſt quartus modus: cõſtans ex vniuerſali negatiua maiori, & particulari affirmatiua minori: directe cõcludentibus, particularē negatiuam. Nullum animal eſt lapis, aliquis homo eſt animal: ergo, quidam homo non eſt lapis.

Baraliptõ 5 ¶ Baralipton, quintus modus: conſtat ex maiori & minori vniuerſalibus affirmatiuis: particularem affirmatiuam indirecte concludentibus. Vt omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo, aliqua ſubſtantia, eſt homo, & reducitur ad primum modum .ſ. ad barbara: per conuerſionem concluſionis, per accidens.

Cellãtes 6. ¶ Cellantes, ſextus modus: conſtat ex maiori vniuerſali negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem negatiuam indirecte concludentibus. Vt, nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal: ergo, nullus lapis eſt homo. Et reducitur ad ſecundum modum primę figurę, concluſione conuerſa ſimpliciter.

Dabitis 7⁹ ¶ Dabitis, conſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua, & ex minori particulari affirmatiua: concludētibus indirecte particularem affirmatiuam. Omne animal eſt ſubſtantia, aliquis homo eſt animal: ergo, aliqua ſubſtantia eſt homo. Reducitur ad tertium modum primæ figuræ: concluſione conuerſa ſimpliciter.

Fapeſmo 8 ¶ Fapeſmo, conſtat ex vniuerſali maiori affirmatiua, & minori vniuerſali negatiua: concludentibus indirecte particularem negatiuam. Vt, omne animal eſt ſubſtantia, nullus lapis eſt animal: ergo, aliqua ſubſtantia non eſt lapis. Et reducitur ad modum quartum primę figurę: maiori conuerſa per accidens: & minori ſimpliciter, & per tranſpoſitionem premiſſarum.

Friſeſomorum. 9. ¶ Friſeſomorũ, nonus modus: conſtat ex maiori affirmatiua particulari, & minori vniuerſali negatiua: concludentibus particularem negatiuam indirecte. Aliquod animal eſt ſubſtantia, nullus lapis eſt animal: ergo, aliqua ſubſtantia non eſt lapis. Et iſte reducitur ad quartum modum, maiori & minori conuerſis ſimpliciter: & per tranſpoſitionem præmiſſarum.

Gloſa.

9. Modi in prima figura, ¶ Iſti omnes nouem modi ponũtur in prima figura: in qua medium ſubiicitur in vna pręmiſſarum, & prædicatur in alia. Et ex iſtis nouem, quatuor concludunt directe .ſ. maiorem extremitatem de minori. Barbara, Cellarent, Darii, Ferio. Et alii quinq; concludunt indirecte .ſ. minorem extremitatem, de maiori: & reducuntur ad quatuor primos perfectos: per conuerſionem: qui quinq; ſunt Baralipton, Cellantes, Dabitis, Fapeſino, Friſeſomorum. Et iſta reductio ſignatur per literas conſonantes: appoſitas vocalibus. (Vt infra dicemus.) quatuor directe, qnq; indirecte cõcludunt.

 ¶ Sequitur

CAPITVLVM.V.
de ſecunda figura.

Textus.

1. Regula SEquitur de ſecunda figura, cuius tales dantur regulæ.

2. Regula. ¶ In ſecunda figura ex puris affirmatiuis nil ſequitur & in ſecunda figura ſemper concluditur negatiuè.

3. Regula. ¶ In ſecunda figura, maiori exiſtēti particulari: nil ſequitur. Cuius figuræ ſex ſunt modi.

Ceſare. 1. ¶ Ceſare, primus modus ſecundæ figurę: cōſtat ex vniuerſali negatiua, maiori & minori vniuerſali affirmatiua: directe concludentibus vniuerſalem negatiuam. Nullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal: ergo, nullus homo eſt lapis. Reducitur admodum ſecundum, primę figurę adcellarent: maiori conuerſa ſimpliciter.

Cameſtres ¶ Cameſtres, ſecundus ſecundę figurę conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori, & minori vniuerſali negatiua: directe concludentibus vniuerſalem negatiuā. Reducitur ac cellarent per tranſpoſitionem pręmiſſarum: & conuerſionē minoris ſimpliciter, & ſimiliter concluſionis. Omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal: ergo, nullus lapis eſt hō.

Feſtino. 3. ¶ Feſtino, tertius modus ſecundę figuræ: cōſtat ex vniuerſali maiori negatiua, & minori pticulari affirmatiua: concludentibus directe particularem negatiuam. Nullus lapis eſt animal, quidam homo eſt animal: ergo, quidam homo non eſt lapis. Reducitur ad quartum modum, Ferio: maiori conuerſa ſimpliciter.

¶ Baroco eſt quartus modus ſecundæ figurę: conſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori particulari negatiua concludentibus particularem negatiuam directe. Vt omnis homo eſt animal, aliquis lapis non eſt animal: ergo, aliquis lapis non eſt homo. Et reducitur ad primum modum primę figurę, per reductionem ad impoſsibile. Baroco. 4.

¶ Reducere per impoſsibile eſt, ex oppoſito concluſionis cum altera pręmiſſarum inferre oppoſitum alterius præmiſſæ: ſumatur oppoſitum concluſionis, omnis lapis eſt homo: cum hac maiori, omnis homo eſt animal. Et arguetur ſic, omnis homo eſt animal, & omnis lapis eſt homo: ergo, omnis lapis eſt animal: quę concluſio eſt contradictoria minoris. Reducere p impoſsibile quid.

CAPITVLVM.VI.
de tertia figura ſequitur.

Textus.

DE tertia figura tales dantur regulę. ſ. quod minori exiſtente negatiua, nil ſequitur, item concluſio debet eſſe particularis: & habet ſex modos. 1. Regula. 2. Regula.

¶ Darapti, primus modus tertiæ figuræ: conſtat ex maiori & minori vniuerſalibus affirmatiuis, particularem affirmatiuam directe concludentibus. Omnis homo eſt ſubſtantia: & omnis homo eſt animal: ergo, aliquod animal ē ſubſtantia. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ, ad Darij minori conuerſa per accidens. Darapti. 1.

¶ Felapton, ſecundus modus tertię figurę: conſtat ex vniuerſali negatiua, maiori & minori vniuerſali affirmatiua: directe Felapton.

recte concludentibus particularem negatiuam. vt nullus homo eſt lapis, omnis homo eſt animal: ergo, aliquod animal non eſt lapis. Reducitur ad quartum modum primę figurę, minori cōuerſa per accidens.

Diſamis. 3 ¶ Diſamis, eſt tertius modus tertię figurę: conſtat ex maiori particulari affirmatiua, & minori vniuerſali affirmatiua: concludētibus directe particularem affirmatiuam. Aliquis homo eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia: ergo, aliqua ſubſtantia eſt animal. Reducitur ad tertium modum primę figuræ, conuerſa maiori ſimpliciter: & tranſpoſitis pręmiſsis.

Datiſi. 4. ¶ Datiſi, quartus modus in tertia figura: conſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua: directe concludentibus particularem affirmatiuam. Omnis homo eſt animal, aliquis homo eſt ſubſtātia: ergo, aliqua ſubſtantia eſt animal. Reducitur ad tertium modum primæ figuræ conuerſa minori ſimpliciter.

Bocardo. 5 ¶ Bocardo, quintus modus: conſtat ex maiori particulari negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua: directe concludentibus particularem negatiuam, ſic. Aliquis homo non eſt lapis, omnis homo eſt animal: ergo aliquod animal nō eſt lapis. Et reducitur ad primum modum primę figurę, per impoſsibile, ſumatur oppoſitum contradictoriū concluſionis: omne animal eſt lapis, cū minori, omnis homo eſt animal: & infertur oppoſitum maioris. ſ. omnis homo eſt lapis.

Feriſon 6. ¶ Feriſon, ſextus modus tertiæ figurę: conſtat ex maiori vniuerſali negatiua, & particulari affirmatiua minori: inferentibus directe concluſionem negatiuam particularem. Nullus homo eſt lapis, aliquis homo eſt animal: ergo, aliquod animal non eſt lapis. Reducitur ad quartum modum primę figurę minore conuerſa ſimpliciter.

¶ Syllogiſmorum concludentium particularem negatiuā indirecte tales dantur regulæ.

¶ Nullus ſyllogiſmus concludens particularem negatiuam indirecte, poteſt eam concludere directe: nec concludens eam directe, poteſt concludere indirecte. Quod debet intelligi, ſi ſolum concludant particularem negatiuam. 1. Regula.

¶ Prima figura concludit omnia genera propoſitionum. ſ. vniuerſalem, particularem, affirmatiuam: & negatiuam. 2. Regula.

¶ Secunda figura concludit particularem negatiuam: & vniuerſalem negatiuam. 3. Regula.

¶ Tertia figura, concludit particularem affirmatiuam, & negatiuam. Verſus ſunt, Barbara, Cellarent, Darij, Ferio, Baralipton, Cellantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum, in prima. Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, in ſecunda. Darapti, Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon. In tertia. Sūt decem & nouem dictiones: decem & nouem modis deſeruientes. 4. Regula.

Quid per vocales in modis. ¶ Sciendum quòd per has vocales, a, e, i, o. intelliguntur quatuor genera propoſitionum: per vocalem, a. intelligitur vniuerſalis affirmatiua, & per, e, vniuerſalis negatiua. Et per, i, particularis affirmatiua, & per, o. particularis negatiua. Et in qualibet dictione ſunt tres ſyllabę: ad min9. Per primā illarū ſyllabarū intelligitur maior ꝓpoſitio, per ſecūdam, minor. Et per tertiam: concluſio. verbi gratia: prima dictio, ſcilicet, Barbara, habet tres ſyllabas, in quarū quælibet

A. vniuerſalē affir. E negatiuā I. particulārem affir. O. negatiuam.

libet ponitur,a, & per .a, ter poſitum. Significatur:quod primus modus primæ figuræ conſtat,ex duabus propoſitionibus vniuerſalibus affirmatiuis,vniuerſalem affirmatiuam concludētibus. Et ſic intelligitur de alijs dictionibus: ſecundum vocales ibi poſitas.

¶Sciendum quod quatuor dictiones a principio poſitę incipiunt ab iſtis quatuor conſonantibus,b,c.d.f. ſicut omnes alię dictiones ſequentes. Et per hoc intelligitur,quod omnes modi qui incipiunt per dictionem inchoatam per. b. debent reduci ad primum modum primę figurę. Et omnes qui per c. Ad ſecundum,& qui per d,ad tertium,& qui per f,ad quartum.

¶Item vbicunq; ponitur.ſ. in illa dictione ſignificatur:quod propoſitio,intellecta per vocalem immediate præcedentem debet conuerti ſimpliciter. Et intellecta per vocalem immediate precedentem literam p, debet conuerti per accidens. Et vbicunq; ponitur m,ibi debet fieri tranſpoſitio pręmiſſarum.

Tranſpoſitio premiſſarum.

¶Eſt tranſpoſitio in præmiſsis, facere de maiori minorem,& de minori maiorem. Et vbicunq; ponitur,c, ſignificatur, quod modus intellectus per illam dictionem,in qua ponitur:debet reduci per impoſsibile. Vnde verſus.

¶Simpliciter verti vult.ſ.p.vero,p acci
Vult tranſponi,c, per impoſsibile duci,
ſeruat maiorem, variatq;. ſecunda minorem,tertia maiorem variat, ſeruatq; minorem.

Gloſa.

¶Omnia videntur clara in textu, ſolum oportet conſiderare illum modum reducendi per impoſsibile: in Baroco, & in Bocardo. Et oportet notare,quod quidam eſt ſyllogiſmus circularis.alius eſt ſyllogiſmus cōuerſiuus:alius per impoſsibile,alius expoſitorius.

Quid circularis ſyllogiſmus.

¶Circularis ſyllogiſmus eſt,ſyllogiſmus ex concluſione propoſiti ſyllogiſmi cum conuertente alterius premiſſæ inferens alteram premiſſam. Vt ſi propoſito hoc ſyllogiſmo,omne riſibile eſt ſubſtātia,omnis homo eſt riſibilis: ergo, omnis homo eſt ſubſtantia. Arguas ſic,omnis homo eſt ſubſtantia,omne riſibile eſt homo:ergo, omne riſibile eſt ſubſtantia:quia cōſtat minor ex terminis conuertibilibus,In primo ſyllogiſmo potuit talis ſyllogiſmus, circularis formari. Et dicitur ſic circularis quia cum ſit ab A.ad B,rurſus fit a,B,ad,A. Vt in exemplo poſito

ſyllogiſm9 conuerſiu9

¶Syllogiſmus conuerſiuus eſt quando ex contrario vel contradictorio concluſionis propoſiti ſyllogiſmi cum altera præmiſſarum infertur contrarium aut contradictorium alterius pręmiſſę. Vt ſi,omne animal eſt ſubſtantia,omnis homo eſt animal:ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Eſt formalis in Barbara.(Vt conſtat)& hic erit formalis, omne animal eſt ſubſtātia,nullus homo eſt ſubſtantia.ergo,nullus homo eſt animal. In ſecunda figura, in Cameſtres. Et ſimiliter hic, omne animal eſt ſubſtantia, aliquis homo non eſt ſubſtātia:ergo, aliquis homo non eſt animal. In Baroco,in ſecunda figura,etiam & hoc conuenit cuilibet modo cuiuſlibet figurę:in virtute illius regulę,in omni bona conſequentia. ex oppoſito conſequentis:ſequitur oppoſitum antecedentis.

CAPITVLVM VII.DE REDVctione per impoſsibile.

ſyllogiſm9 per impoſsibile.

Syllogiſmus per impoſsibile eſt,qui conſtat ex contradictorio propoſitionis a reſpondente negatæ , cum vna manifeſte vera : inferens vnam manifeſte falſam. Ex cuius falſitate regreditur ad manifeſtandam veritatem propoſitionis negatę. Vt ſi contra negantem hanc,luna recipit lumen a ſole: ſic argueres. Omne quod per interpoſitionem alicuius opaci inter ipſum & ſolem eclypſatur,recipit lumen a ſole:ſed luna non recipit lumen a ſole per te:ergo , nō eclypſatur per interpoſitionem alicuius opaci inter ipſam & ſolē. Sed concluſio eſt falſa ergo,antecedens.Et non maior:ergo,minor quę eſt

contradictoria

contradictoria ꝓpoſitionis negatæ, hic eſt modus vſitatus. Et idem eſſet ſi conceſſo a reſpondente aliquo falſo, ex ipſo & alio manifeſte vero: infertur manifeſte falſum. Vt ſi quis negaret hanc, Petrus eſt riſibilis, tunc eſſet argumentum, illa eſt falſa: ergo ſua cõtradictoria eſt vera, ſ. Petrus non eſt riſibilis. Tunc ſic, omne animal rationale eſt riſibile: Petrus non eſt riſibilis: ergo, Petrus nõ eſt animal ratõnale. In Baroco, conſequentia eſt bona. Sed conſequens eſt falſum: ergo, antecedens. Et non pro maiori: ergo, ꝓ minori: ergo, eius contradictoria eſt vera, Petrus eſt riſibilis: quam negabas. Iſte modus differt ab illo quo reducitur Bocardo, quia hic non eſt neceſſarium duos formare ſyllogiſmos. Sed in modo cõuerſiuo de Baroco, & Bocardo eſt neceſſarium.

¶ Duo modi, ſ. Baroco, & Bocardo: primus ſecundæ figuræ: & ſecũdus tertię reducuntur ad Barbara per impoſsibile. Qui modus conuerſiuus etiam dicitur, quod contingit per hoc, quod ex contradictorio concluſionis illius qui reducitur: & altera eius præmiſſa: infertur contradictoria alterius. Vnde Baroco ad Barbara fit ſeruata maiori: & pro minori ſumendo oppoſitum concluſionis inferrendo oppoſitum minoris. In Bocardo tamen fit ſeruando minorem, & ꝓ maiori aſſumendo contradictorium concluſionis: & inferendo oppoſitum maioris in Barbara. Et id denotant illa verba in vltimo verſu. Seruat maiorem, variatq́ ſecunda, ſ. figura: minorem. Et, ſ. in Baroco, quia eſt ſecundę figurę. In Bocardo, tertia maiorem variat, ſeruatq́ minorem.

Quõ. Baroco ad Barbara.

¶ Exempli gratia, ſi quis in Baroco negat hanc conſequentiam, omnis homo eſt animal, lapis non eſt animal: ergo, lapis nõ eſt homo: concedit antecedens eſſe verum, & conſequens falſum. Ad impoſsibile poteſt ſic ad Barbara reduci. Omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo: ergo, omnis lapis eſt animal. Tunc ſic, hæc conſequentia eſt bona in Barbara, ſed conſequens eſt falſum, omnis lapis eſt animal: ergo, & antecedens, & non pro maiori: ergo, ꝓ minori, ſ. omnis lapis eſt homo. Et illa eſt cõtradictoria, quam negabas, quæ erat conſequens in Baroco: ergo, illa concluſio in Baroco erat vera, quam tu negabas. Sic ſimiliter in Bocardo, in tertia figura: homo non eſt lapis, omnis homo eſt animal: ergo, aliquod animal non eſt lapis. Si quis negaret conſequentiam, conſequenter ſequeretur antecedens eſſe verum, & conſequens falſum. Tunc ſic, conſequẽs eſt falſum, ſ. animal nõ eſt lapis. Formo in Barbara hanc conſeqñtiam, omne animal eſt lapis: quę eſt contradictoria concluſionis. & pono minorẽ: omnis homo eſt animal, ſequitur: ergo, omnis homo eſt lapis: iſta eſt bona conſequentia in Barbara, & conſequens eſt falſum: ergo, antecedens, & non pro minori: ergo ꝓ maiori. Et illa maior erat contradictoria illius quam negabas: ergo, ſequitur, quod illa negata erat vera, ſ. aliquod animal non eſt lapis. Et ſic ad impoſsibile deductus eſt reſpondens, per hoc quod negauit illam, nam deberet concedere. Sed operępretium eſt latius explicare in ſequenti capitulo.

Quõ. Bocardo ad Barbara.

CAPITVLVM OCTAVVM DE modo reducendi alios modos per impoſsibile.

Modus reducendi ſyllogiſmos omnium modorum ad illos quatuor perfectos excepto Baroco, & Bocardo: vocatur reductio oſtenſiua (Vt dictum eſt,) fundatur in illa conſequentiarũ regula, ſiue maxima: quicquid ſequitur ad conſequens bonę conſeqñtiæ, ſequitur ad eius antecedens. Quod patet in reductione Ceſare, ad Cellarent: ſic, nam premiſſę in Ceſare diſpoſitæ in bona conſequentia inferunt pręmiſſas de Cellarent. Sunt enim ęedem, niſi quod maior eſt conuerſa ſimpliciter in Ceſare. Vt ſic, præmiſſę in Cellarent ſunt, nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal. In Ceſare ſunt, nullus lapis eſt animal, omnis homo ẽ animal. Si maior conuertatur ſimpliciter, (vt notat ly, ſ) eſt nullum animal eſt lapis. Tunc iſtæ duæ nullum animal eſt lapis, & omnis homo eſt animal: ſunt p̃miſſę de Cellarent. Quæ ſequutę ſunt ex illis, de Ceſare. Sed ad illas de Cellarent ſequitur concluſio, ibi nullus homo eſt lapis: ergo, etiam ſequetur ad pręmiſſas de Ceſare eadem concluſio:

Notandũ.

cluſio:nullus homo eſt lapis. Et ſic iſte ſyllogiſmus de Ceſare conuerſus eſt ad perfectū de Cellarent:quia quicquid ſequitur ad cōſequens bonæ conſequentiæ,ſequitur ad antecedens, & iſto modo probabitur in omnibus aliis modis,nam per bonam conſequētiam conuertendo ,vel præmiſſas transponendo:pręmiſſæ modi imperfecti,inferunt pręmiſſas modi perfecti. Et tunc cū ex premiſsis modi perfecti ſequatur concluſio directe:ſic etiam eadem debet ſequi ex præmiſsis modi imperfecti:cum quicquid ſequitur ad conſequens bonę conſequētię. ſequatur ad eius antecedens.

Modus reducēdi per impoſsibile.

¶ Sic ſimiliter in reductione de Baroco, & Bocardo ad Barbara per impoſsibile fit in virtute illius maximę in Dialectica, in omni bona conſequentia:oppoſitū conſequentis, infert oppoſitum antecedentis. Vt [illegible], homo currit:ergo,homo mouetur: ſed nullus homo mouetur:ergo, nullus homo currit. Cū ergo reducitur Baroco ad Barbara, ſumitur maior,prout iacet,& pro minori ſumitur oppoſitum concluſionis de Baroco: & infertur oppoſitum minoris in Barbara, [illegible],omnis homo eſt animal,aliquis lapis nō eſt animal:ergo,aliquis lapis non eſt homo, fit ſic,omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo: ergo, omnis lapis eſt animal : in Barbara:ſi ergo,quis negaret conſequentiā de Baroco: ſequeretur ergo ,quod antecedens eſſet verum,& conſequens falſum:tūc [illegible],formo iſtam conſequentiam omnis homo eſt ſenſibilis,aliqua ſubſtantia no eſt ſenſibilis:ergo,aliqua ſubſtantia non eſt homo Hic tenet in Baroco:ſi quis neget,tūc ſequitur antecedens verū & conſequens falſum: ergo iſta eſt vera aliqua ſubſtantia non eſt ſenſibilis,& hæc eſt falſa : aliqua ſubſtantia non eſt homo tunc capio contradictoriam: omnis ſubſtantia eſt homo. Et facio argumentum,omnis homo eſt ſenſibilis,& omnis ſubſtantia eſt homo: ergo, omnis ſubſtantia eſt ſenſibilis: in Barbara. Iſte ſyllogiſmus tenet in barbara,ſed conſequens eſt falſum:ergo,& antecedens,& non pro maiori:ergo,pro minori. Et minor eſt contradictoria concluſionis de Baroco , quam dixiſti falſam:ergo,duæ contradictoriæ ſunt ſimul falſę:ſed hoc non poteſt eſſe:ergo, ſyllogiſmus in baroco erat bonus. Et reducitur ad Barbara per impoſsibile. Tamen Bocardo reducitur per hoc, quod ſumitur pro maiori oppoſitum concluſionis:& pro minori ipſa,(Vt iacet,) & infertur oppoſitum maioris. Quod,iſtis verſibus declaratur. Seruat maiorem,variatq́ ſecunda minorem. Tertia maiorem variat,ſeruatq́ minorem:ſicut,ergo,iſti duo modi ſic reducti ſunt:poſſunt & omnes alii modi in omni figura:& reducuntur ad illos quatuor perfectos,licet nō eadem conſideratione:(ſicut diximus de aliis.)

Pro. 5. primæ figuræ neſciebatis

¶ Pro quo ponuntur quędam voces, & pro quinq́ modis primæ figuræ,hæc dictio neſciebatis ponitur. Vbi ſunt quinq́ ſyllabæ, deſeruientes quinq́ modis. Prima deſeruit ꝓ primo modo impfecto Baraliptō,& quia ly,e,denotat vniuerſalem negatiuam:ſignificat,quod debet ad Cellarent reduci : quia ibi inuenitur concluſio negatiua vniuerſalis. Secunda ſyllaba eſt,ci,deſeruit ſecundo modo impfecto ſ.cellantes. Et quia.i.denotat particularem affirmatiuam, & in nullo quatuor concluſio eſt particularis affirmatiua,niſi in Darii : denotatur quod Cellantes debet reduci ad Darii per impoſsibile. Et quia tertia ſyllaba eſt,e,denotat concluſionem vniuerſalem negatiuam. Deſeruit tertio modo impfectorum.ſ.Dabitis,debet reduci ad Cellarent. Quarta ſyllaba eſt,ba, deſeruit quarto modo.ſ. Fapeſmo. Et quia a,eſt vniuerſalis affirmatiua,& ſolum concluditur in barbara:denotat,Fapeſmo debere reduci ad barbara,5, ſyllaba eſt. is. & deſeruit,5,modo Friſeſomorū. Et qa,i,dicit particularem affirmatiuam,quę ſolum concluditur in Darii: eſt ſignum, quod Friſeſo, debet reduci ad Darii per impoſsibile.

Baraliptō. Cellantes. Dabitis. Fapeſmo. Friſeſo.

Pro ſecunda figura. Odiebam.

¶ Pro modis ſecundę figurę ponitur dictio odiebam, vbi quatuor ſyllabę ,quia ſolum quatuor modi in ſecunda figura. Prima, o, denotat concluſionem negatiuam particularem,& deſeruit ꝓ primo ſecundę,ſ.Ceſare. Et quia particularis negatiua ſolum in ferio infertur. Hinc eſt,quod Ceſare:ad ferio reducitur per impoſsibile. Secunda ſyllaba eſt.i,deſeruit ſecundo modo ſecundæ figurę.ſ Cameſtres. Et quia.i.particularem affirmatiuam denotat, & non concluditur niſi in Darii:debet reduci ad darii. Tertia ſyllaba eſt,e,deſeruit tertio modo. ſ. Feſtino.

Cameſtres

no. Et quia denotat vniuerſalem negatiuã, & ſolum concluditur in Cellarent: debet reduci ad Cellarent. Quarta ſyllaba eſt, a, ſignificat vniuerſalem affirmatiuam, & deſeruit baroco. Et quia vniuerſalis affirmatiua ſolum in barbara concluditur: debet reduci ad barbara.

Pro tertia figura Letare Romanis.

¶ Pro tertia figura quæ habet ſex modos, ponũtur iſtę duę dictiones. ſ. Letare, Romanis. Et quia in prima eſt, e, deſeruit primo modo tertię. ſ. Darapti Et quia, e, vniuerſalem negatiuam debet ad Cellarent reduci. Vbi concluſio eſt talis Secunda ſyllaba, a. Secundo modo. ſ. Felapton, & quia, a, dicit vniuerſalem affirmatiuam: & hęc ſolum cõcluditur in barbara, ad barbara dẽt reduci. Seqtur tertia, e, quę deſeruit Diſamis, qui ad Cellarent. Et ſic Datiſi, ad Ferio. Bocardo ad barbara. Et Feriſon, ad Darii.

Darapti. Felapton. Diſamis. Datiſi.

¶ Suppoſito ergo, quod in reductione in ſecunda figura ſeruatur maior, & minor variatur. Vt in baroco, & in tertia maior variatur, & ſeruatur minor, vt in bocardo, fit reductio [redacted], Ceſare: ad Cellarẽt, [redacted], nullus lapis eſt animal, & omnis homo eſt animal: ergo, nullus homo eſt lapis. Tunc [redacted], concluſio eſt vniuerſalis, eius contradictoria erit particularis: & debet eſſe minor in ſyllogiſmo pfecto, & maior ſeruanda eſt vniuerſalis negatiua. Iſtę duę p̃miſſæ diſpoſitæ ſunt in Ferio: ergo: Ceſare reducetur a Ferio.

Ceſare ad Ferio.

[redacted], nullus lapis eſt animal, aliquis homo eſt lapis ergo, aliquis homo nõ eſt animal. Iſta eſt bona conſequẽtia in Ferio: ergo, prima in Ceſare erat bona Cum hic ſolum facta eſt argumentatio ex oppoſito conſequentis: ad oppoſitum antecedentis.

¶ Si vis reducere in tertia figura Darapti, [redacted] fiet, omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia: ergo, aliqua ſubſtãtia eſt animal. Fiet reductio ſumendo pro maiori oppoſitum concluſionis, ſ, nulla ſubſtantia eſt animal: & ꝓ minori ipſam minorem de Darapti, omnis homo eſt ſubſtantia. Tunc iſtę duę ſic diſpoſitę, ſolum in Cellarent inueniũtur: ergo, Darapti per impoſsibile reducetur ad Ceſare inferendo ex oppoſito concluſionis cum minori oppoſitum maioris: [redacted], nulla ſubſtantia eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia: ergo, nullus homo eſt animal, cum iſta ſit bona conſequẽtia: ergo, illa quę erat in Darapti.

Darapti ad Cellarent.

¶ Sit exemplum in prima figura, [redacted], in Baralipton, Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo, aliqua ſubſtantia eſt homo Capio maiorem contradictorium concluſionis: & minorem, vt iacet, [redacted] nulla ſubſtantia eſt homo, & omnis homo eſt animal. ergo, nullum animal eſt ſubſtantia. Quod erat contradictorium maioris. Sufficit enim in reducendo ad impoſsibile inferre contrarium, vel contradictoriũ antecedentis. Hic ergo, ſyllogiſmus de baralipton, omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo, aliqua ſubſtantia eſt homo: reducitur ad Cellarent, [redacted], ſumendo maiorem, & contradictorium concluſionis, [redacted]. Nulla ſubſtantia eſt homo, & omnis homo eſt animal: ergo, nullũ animal eſt ſubſtantia, quod eſt contrarium maioris de baralipton. Sic poteſt in aliis modis dari exemplum, nunc ſumendo ꝓ maiori contradictorium. ſicut in tertia figura fit, reducendo bocardo. Vt hic contingit, nunc inferendo contradictoriam ſicut in aliis modis: nunc contrariam, ſicut in exemplo poſito.

Exẽplum in figura.

¶ Vel ſi vis baralipton reducere ad Cellarent alio modo, fiet ſic. Aſſumendo contradictorium concluſionis ꝓ maiori, & ꝓ minori maiorem in baralipton: & inferas contrarium minoris, non immediate, ſed infertur vna, ex qua immediate infertur contrarium ipſius minoris. Verbi gratia, iſte ſyllogiſmus in Baralipton, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal: ergo quędam ſubſtantia eſt homo. Reducitur ſic, nulla ſubſtantia eſt homo, & omne animal eſt ſubſtantia: ergo, nullũ animal eſt homo. Quæ non eſt immediate contraria minoris de baralipton. ſ. huius, omnis homo eſt animal. Sed tamen quia iſta: nullum animal eſt homo, immediate infert iſtam per conuerſionem ſimplicem: nullus homo eſt animal: quę eſt contraria minoris de baralipton. ſ. omnis homo eſt animal, ſequitur. Baralipton reduci ad Cellarent per impoſsibile.

¶ Cellantes modus ſecundus imperfectis reducitur ad Darii, non eodem modo ſicut in Baralipton dictum eſt: ſed ſumendo pro maiori minorem de Cellantes, & ꝓ minori contradictorium concluſionis. Et inferen-

do

do oppoſitum maioris. Non quidem immediate ,ſed inferendo mediate propoſitionē,ad quam per bonam conſequentiam inferatur contradictoria maioris de Cellantes. Exempli gratia,in Cellantes, nullum animal eſt lapis,omnis homo eſt animal : ergo nullus lapis eſt homo Reducitur ad Darii ſic,omnis homo eſt animal, aliquis lapis eſt homo: ergo quidam lapis eſt animal. Ex qua ſequitur conuerſione ſimplici:quodam: animal eſt lapis. Sic etiam, poteris Dabitis ad Cellarent. Et Fapeſmo, ad Barbara. Et Friſeſomorū ad Darii.(Vt dictū eſt)ex quibus euadit exploratum quomodo non ſolū Baroco,& Bocardo,reducuntur ad Barbara,modum perfectum : ſed etiā omnes alii modi reduci poſſunt,qa in virtute illius regulæ ſeu principii in omni bona conſequentia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis.

CAPITVLVM NONVM
De arte inueniendi medium.

Quomodo inuenietur medium.

SEd quia Ariſtote in prioribus oſtendit coniugationes in quibus non ſequitur cōcluſio ex præmiſsis vtilis eſt inuentio talium terminorū, vbicunq; fiat inutilis coniugatio: contra regulas ſyllogiſmorum priusaſſignatas. Sunt ergo accipiēdi duo termini diuerſi.ſ. duę ſpecies ſub genere vno : quæ differant differentia,vel ꝓprio,vel accidente: vt homo,equus,animal. Vel duo termini, quorū alter de altero prędicetur, ſiue conuertibiliter,ſiue non:cum extraneo vtriusq;. Vt homo,riſibile, lapis, vel accipiendi,ſunt duo termini:quorum alter de altero prędicetur ſiue conuertibiliter:ſiue non, cum ſuperiori ad vtrunq;. Vt homo, riſibile, ſubſtantia, vel homo,animal,ſubſtātia. Per hanc enim regulam diſiunctiuam,cuicunq; generi applicetur,ſiue ſubſtantię,ſiue quantitati,ſiue alicui aliorum: ſemper inueniuntur termini,per quos inutilis coniugatio demonſtratur non tenere. Et tales terminos appellat Ariſto.terminos in quibus non.

Termini in quibus nō

¶ Et nota quod inuenire terminos in quibus non,eſt acceptis tribus terminis: facere coniugationem, in qua pręmiſſæ ſunt verę: & concluſio falſa,manente eadem qualitate,& quantitate,ꝓpoſitionum. Verbi gratia Hęc eſt inutilis coniugatio,nullus homo eſt equus,nullus lapis eſt homo:ergo,nullus lapis eſt equus. Et iſti ſunt termini in quibus ſic. Et contra hanc inutilem coniugationē, accipiuntur termini, in quibus non per ſecundum membrum regulę. Homo,equus, riſibile:& arguitur ſic,nullus equus eſt riſibilis,nullus homo eſt equus:ergo, nullus homo eſt riſibilis. Vbi præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio eſt falſa. Seruata eadem qualitate,& quantitate propoſitionum, in vtraq; coniugatione,& vtrobiq; manente eadem figura.


Quid eſt inuenire terminos in q bus non.

¶ Hic Petrus Hiſpanus poſt Ariſtotelē docet:quomodo quis intelliget coniugationē aliquam pręmiſſarum eſſe inutilem ad inferendam concluſionem. Quod eſt dare terminos in quibus omni, & terminos in quibus nulli. Quod tamen non poteſt intelligi, niſi prius poſita fuerit ars inueniendi medium,quam Ariſtot, in fine primi priorum tradit.

¶ Ars inueniendi medium eſt ars, qua: propoſitione quauis propoſita inueniatur terminus qui ſit medium ad concludendum illam,in aliquo certo modo. Vt ſi vis concludere in Darii hanc propoſitionem , animal eſt ſubſtantia, quis nam terminus debet eſſe medium. Aut ſi vis concludere in Darapti,quis nam alius Et omiſsis aliis conſiderationibus, ibi ab Ariſtote. traditis: hęc ars ſex regulis continetur. Deſignatis per has dictiones,Fecana,Cageti,Daſenes,Hebare,Gedaco,Gebali. Quibus adduntur alię tres,ſcilicet, Febas, Hedas, Hecas. Deſignantes tres inutiles cōbinationes,quę nouem dictiones,in ſequenti figura diſponuntur.

Ariſto.pri. prio.capit. 28.29.31.

¶ SEQVITVR PONS ASINORVM.


PRÆDI
A
CATVM.
P
RVM.
CONSADPRÆDICATV
EXTRANEVADPRÆ.
NSA
SINO
añsadpræ.
B
C
D
BARE
BALI
GEB
NA
D A
DACO
FEBAS
CAGETI
HEDAS
HECAS
FECA
FENES
GE
HEC
F
G
H
CONSADSVBIECTV
añsadsub.
EXTRANEVADSVBA.
E
SVBIE
CTVM.

HAec figura olim pons aſinorum vocabatur, eo quod homines tardi ingenio ſuccumberent,nec valerent intelligere: verum ſuceſſu temporis, ſic elucidata eſt. Vt ab omnibus intelligi poſsit,ſi modo apponãt conatum.

¶In capite ſignatur. A,litera,quę deſignat p̃dicatũ propoſitionis ſyllogiſſandę. In pede ponitur,E, quæ ſignificat eiuſdem ſubiectum,quæ ſunt duæ primę vocales, cuiuſlibet dictionis poſitę. Tertia vocalis, denotat quantitatem,& qualitatem propoſitionis ſyllogiſſandę.

Nota quid ſit añs ad aliud.

¶Præterea venit notandum, quod terminus qui alium infert, dicitur antecedens ad ipſum:tanquaꝫ inferior ad ſuperiorem. Vt, homo, ad animal. Aut dicitur conuertibilis, ad conuertibilem. Et qui infertur, dicitur conſequens ad ipſum: ſicut ſuperior ad inferiorem, aut conuertibilis ad conuertibilem. Et qui non verificatur de alio: dicitur extraneus ad ipſum. Vnde in qualibet dictarum dictionum, ſunt duæ harum ſex conſonantiũ, ſcilicet,,b,c,d,f,g,h. Quarum tres primę ſemper pręponuntur literę,a. Et b. Significat conſequens ad pręd icatum. Et,c,antecedens ad prædicatum. Et, d, extraneum ad pręd icatũ. Et tres vltimę conſonantes pręponuntur literę.e. Et,f, ſignificat conſequens ad ſubiectum, &, G, ante cedens ad ſubiectum. Et, h, extraneum ad ſubiectum. Eſt:ergo,prima regula.

1. Regula. ¶Ad concludendum vniuerſalem affirmatiuam(quę ſolũ cõtingit in Barbara.)ſume pro medio conſequẽs ad ſubiectũ & añs ad pręd icatum. Quod denotat dictio Fecana. Vt ad concludendum,omnis homo eſt ſubſtantia,ſume pro medio animal, & ad concludendum omnis homo eſt animal,ſumatur riſibile.

Fecana.

2. Regula. ¶ Ad concludendum particularem affirmatiuam in tertia figura,ſumẽdum eſt medium, quod ſit antecedens ad vtrunq; : vt deſignat cageti Vt ſi debet concludi aliqd' animal eſt ſubſtantia. Sume pro medio homo,& ſi vis concludere homo eſt animal,ſume pro medio riſibile. Vt, in Darapti ſic. Omnis homo eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal:ergo,aliquod animal eſt ſubſtantia.

Caieti.

¶Ad concludendnm vniuerſalem negatiuam,in Cellarent,aut in Ceſare: ſumẽdum eſt pro medio extraneum ad prædicatum, & conſequens ad ſubiectum. Vt, patet per Dafenes. Vt, ad concludendum nullus homo eſt lapis,ſume pro medio animal,vel riſibile. Vt ſic,in Cellarent,nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal: ergo, nullus homo eſt lapis. 3. Regula.

Dafenes.

¶ Si autem debeat concludi in Cameſtres in ſecunda figura, aut in Cellantes indirecte:in prima,medium debet eſſe extraneũ ad ſubiectum,& ad pręd icatum conſequẽs: quod denotatur in Hebare. Vt ad concludendum nullus homo eſt lapis, ſume pro medio inſenſibile. Sic in Cellantes,nullũ inſenſibile eſt lapis, omnis homo eſt inſenſibilis:ergo,nullus lapis eſt homo Et in Cameſtres in ſecunda figura ſic,omnis lapis eſt inſenſibilis,nullus homo eſt inſenſibilis:ergo, nullus homo eſt lapis. 4. Regula.

Hebare.

¶Ad concludendum particularem negatiuam in tertia figura ſumẽdum eſt medium, quod ſit antecedens ad ſubiectũ:& ad prædicatum extraneum. Vt patet, per Gedaco Vt ad concludendum, animal non eſt lapis ſumatur pro medio homo, vt in Felapton, nullus homo eſt lapis,omnis homo eſt animal:ergo,aliquod animal non eſt lapis. 5. Regula.

Gedaco.

¶Ad inferendum particularem affirmatiuam indirecte,vt in Dabitis ſumendum eſt medium quod ſit antecedens ad ſubiectũ, & conſequens ad pręd icatum. Vt ſignificatur per Gebali. Vt ad concludẽdum, aliqua ſubſtantia eſt homo:pro medio ſume animal antecedens ad ſubiectum: & conſequens ad pręd icatum. Sic in Dabitis, omne animal eſt ſubſtantia, aliquis homo eſt animal:ergo,aliqua ſubſtantia eſt homo. 6. Regula.

Gebali.

¶Neq; ſunt alię combinationes vtiles pręter has ſex: nam maxime ſi daretur mediũ conſequens ad vtrunq; extremum,vt ſignificat Febas,vel extraneum ad vtrũq;. Vt,ſi gnificat Hedas,vel qñ eſſet extraneũ ad ſubiectũ: & antecedens ad prædicatũ. Vt ſignificat Hecas,ſed tales diſpoſitiones ſunt inutiles Et ꝑpter ea nõ additur eis tertia ſyllaba,ad denotandũ ꝙ nullã concluſionẽ inferãt,nã cũ p̃ſupponantur tales cõbinationes fieri

Febas.

Quę eſt inutilis combinatio.

fieri in ꝓpoſitionibꝰ veris,& directis.Prima inſinuat medium affirmari de vtraq; extremitatum:cum nõ ſit conſequens ad vtrũq; & tunc in ſecũda figura. Et ſi eſſent de modo loquendi conſueto, in neutra diſtribueretur:vt,ſi deberet concludi homo eſt animal,ſi ſumatur conſequens ad vtrunq;, ſcilicet,ſubſtãtia:fiet ſic, aliquod animal eſt ſubſtantia.aliquis homo eſt ſubſtantia:ergo,aliquis homo eſt animal. Hæc conſequentia nõ tenet in aliquo modo,quia ex puris particularibus nihil ſequitur.

Hedas. ¶ Et ſecunda dictio, ſcilicet, Hedas. denotat extraneum ad vtrunq;. Et [redacted] inſinuat vtranq; eſſe negatiuam:& tunc etiam nil ſequeretur, quia ex puris negatiuis nil ſequitur. Vt.ſi quis concludat,homo non eſt animal,ſic capiendo extraneum ad vtrunq;,ſcilicet,lapis. [redacted],nullum animal eſt lapis,,nullus homo eſt lapis:ergo, homo non eſt animal.

Hecas. ¶ Tertia dictio, ſcilicet, Hecas extraneum ad ſubiectum:& antecedens ad prædicatũ. Denotat maiorem extremitatem affirmari de medio, & medium negari de minori: aut minorem de medio. Quod non poteſt fieri,niſi in prima figura, vel tertia: & tunc (vt viſum eſt) in tertia figura aut in prima in modis concludentibus directe:minori exiſtente negatiua,nil ſequitur. Vt ſi quis vellit hanc concludere,homo non eſt ſubſtantia. Et ſumat pro medio lapis, extraneum ad ſubiectũ:& antecedens ad prædicatum [redacted],in prima figura: omnis lapis eſt ſubſtantia,nullus homo eſt lapis:ergo,homo nõ eſt ſubſtantia,non tenet in Cellarent, neq; in Ferio,nec in aliquo modo tertię figurę:quia in nullo modo minori exiſtente negatiua,aliquid ſequitur.

Modi alii regulatiui ſyllogiſmorum. ¶ Ariſtoteles ponit duos modos regulatiuos ſyllogiſmorum,ſcilicet, dari terminos, in quibus omni,& dari terminos in quibus nulli. Dari in quibus omni, eſt dare vnam vniuerſalẽ affirmatiuam ex extremitatibus compoſitam,quæ ſtat in veritate,cum ſyllogiſmo ex eiſdem tribus terminis compoſito,in hoc ſyllogiſmo:qui fit.

¶ Ex puris particularibus, particularitate medii:dicit Ariſtoteles,debemus capere genus pro medio,& pro extremitatibus:duas ſpecies illius generis diſparatas. [redacted],aliquod animal eſt homo,equus eſt animal:cum quibus ſtat in veritate, nullus equus eſt homo quæ eſt contradictoria concluſionis inferendæ ab illis pręmiſsis. Hic dantur termini,in quibus nulli, quia compoſita eſt vna negatiua vniuerſalis:quæ eſt oppoſita concluſionis inferendæ,quæ ſtat cum præmiſſis:& ipſa ex extremitatibus compoſita eſt.

Danturtermini in quibus nulli. Ex quo ſequitur, primam conſequentiam non eſſe bonam:quia in omni bona conſequentia,oppoſitum conſequentis: non debet ſtare cum antecedenti, ſed repugnare.

Termini ĩ quibus omni. ¶ Dari poſſunt termini in quibus omni, ſi ſumatur ly homo,& riſibile,& animal. [redacted], aliquod animal eſt homo, aliquod riſibile eſt animal:ergo,omne riſibile eſt homo.

Conſideratio. ¶ Eſt ergo conſiderandum, quod ſi in aliqua combinatione præmiſſarum dentur termini in quibus omni:tales pręmiſſæ non poſſunt inferre aliquam negatiuam. Nam ſi inferunt,vel vniuerſalem: vel particularem. Si vniuerſalem,[redacted] daretur in aliqua bona conſequentia, oppoſitum cõtrarium conſequentis,ſtare cum antecedenti. Et ſi particularem inferrent, iam daretur oppoſitum contradictorium, ſtare cum antecedenti. Exempli gratia. Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal. Quia dantur termini in quibus omni,ſcilicet, omnis homo eſt ſubſtantia,quæ ſtat cum duabus pręmiſsis. Non poſſunt tales inferre negatiuam vniuerſalem: nec particularem: quia ſequeretur ꝙ oppoſitum contrarium vel contradictorium :ſtaret cum Antecedenti.

Nota. ¶ Eadem ratione, ſi in aliqua combinatione dentur termini in quibus nulli,talis combinatio, non poteſt inferre aliquam affirmatiuam. Quia vel inferret vniuerſalem, vel particularem,ſi vniuerſalem:[redacted] in bona conſequentia, oppoſitum contrarium conſequentis:ſtaret cum antecedenti. Et ſi particularem,oppoſitum contradictorium Vt [redacted], nullũ animal eſt lapis, omnis homo eſt animal:ergo,nullus homo ẽ lapis.Eſt in quibus nulli,quia ſtat in veritate cum præmiſsis. Non poſſunt ergo illæ præmiſſæ inferre affirmatiuam :quia inferrent iſtam, omnis homo eſt lapis,vel iſtam, aliquis homo eſt lapis. Et ſimiliter inferrent illam negatiuam,nullus homo eſt lapis:oppoſitam.

Et [redacted] ſequeretur quod in bona conſequentia:oppoſitum conſequentis, ſtaret cum antecedēti:ergo, illę pręmiſſę inhabiles erant, ad inferendum affirmatiuā concluſionem.

¶ Ad inſtandum pręmiſsis quę non ſunt habiles, ad inferendam concluſionem: Ariſtoteles poſuit aliquas regulas in hac forma, in prioribus.

1. Regula. ¶ Ad inſtandum inutili combinationi, quę eſt ex puris particularibus particularitate medii aut ex puris affirmatiuis in ſecunda figura capiantur tres termini, ſcilicet, genus & duę ſpecies diſparatæ. Vt animal, leo, equus. Et genus ſit medium, ſpecies extremitates: & [redacted] inſtabitur, aliquod animal eſt leo, aliquis equus eſt animal: ergo, equus eſt leo In ſecunda figura ſic, omnis leo eſt animal, omnis equus eſt animal: ergo, omnis equus eſt leo.

Quomō inſtatur quādo ex puris particularibus.

2. Regula. ¶ Ad inſtādum inutili combinationi in puris negatiuis, capiatur mediū terminus extraneus & pro extremitatibus duo conuertibiles, Vt lapis, aſinus rudibile. [redacted] nullus lapis eſt aſinus: nullum rudibile eſt lapis ergo nullum rudibile eſt aſinus. Et quando minor eſt negatiua, ſumantur duo termini diſparati, vnus pro medio: & alius pro minori extremitate, & pro maiori genus. [redacted], omnis homo eſt animal, equus non eſt homo: ergo, equus non eſt animal.

Quō inſtatur ex puris negatiuis.

3. Regula. ¶ Ad inſtandum, quando minori exiſtente particulari, concluſio eſt vniuerſalis: oportet accipere duos terminos conuertibiles, & vnum illorum accipere pro medio: & pro minori extremitate vnum ſuperiorem ad illos. [redacted], omnis homo eſt riſibilis, aliqđ animal eſt homo: ergo, omne animal eſt riſibile.

CAPITVLVM. X. DE MODO arguendi in modalibus.

Ponuntur nunc aliquæ regulę, quæ videntur pertinere ad Syllogiſmos, qui ex propoſitionibus Modalibus conficiuntur.

1. Regula. ¶ Prima regula, ex vtraq; præmiſſarum de neceſſario, vel de contingenti, vel de poſsibili: ſequitur concluſio de neceſſario, vel de contingenti, vel de poſsibili.

¶ Ex maiori de neceſſario, minore exiſtente de poſsibili: ſequitur concluſio de neceſſario, vel de poſsibili. Vt ſequitur bene, omnis homo neceſſario eſt animal, omne riſibile poſsibiliter eſt homo: ergo, omne riſibile neceſſario eſt animal, vel poſsibiliter eſt animal. Nam illę pręmiſſę ſunt diſpoſitę, ad inferendam vtranq; concluſionem. 2. Regula.

¶ Ex maiori de neceſſario, & minori de cōtingenti: ſequitur concluſio de neceſſario, vel de poſsibiliter: non de contingenter, capiendo contingenter ſpecialiter. Quia ſequitur, omnis homo neceſſario eſt, a, omne riſibile contingenter eſt homo: ergo omne riſibile neceſſario eſt, a, vel poſsibiliter eſt, a. Non tamen ſequitur cōtingenter eſt, a, quia ſi ly, a, valet ſicut iſtud conditionatum, ſortes ſi eſt ſortes. Antecedens eſt verum: & conſequens eſt falſum. 3. Regula.

¶ Ex maiori de poſsibili, & minori de neceſſario: ſequitur concluſio non de neceſſario, ſed de poſsibili. Et ſimiliter, ex maiori de contingenti, & minori de neceſſario: ſequitur concluſio de contingenti, & non de neceſſario: quia bene ſequitur, omnis Deus poſsibiliter eſt creans, omnis eſſentia Diuina neceſſario eſt Deus: ergo, omnis eſſentia Diuina poſsibiliter eſt creans. Non tamen ſequitur: ergo, omnis eſſentia Diuina neceſſario creat. Et ſimiliter ſequitur omnis Deus contingenter eſt creans, omnis eſſentia Diuina neceſſario eſt Deus: ergo, omnis eſſentia Diuina contingenter eſt creans Et tamen nō ſequitur, neceſſario eſt creans 4. Regula.

¶ Ex maiori de contingenti, & minori de poſsibili: ſequitur concluſio de contingenter, & de poſsibiliter. Tamen ex maiori de poſsibiliter, & minori de contingenter: ſequitur concluſio de poſsibiliter, & non de contingenti. Sequitur bene, omnis homo contingenter eſt animal, omne riſibile poſsibiliter eſt homo: ergo, omne riſibile contingenter eſt animal, vel poſsibiliter. Sed non ſequitur, omne creans poſsibiliter eſt Deus, omnis eſſentia Diuina contingenter eſt creans: ergo, omnis eſſentia Diuina contingenter eſt Deus. 5. Regula.

¶ Hic ſolent regulas multiplicare Summuliſtę, pro modo arguendi in relatiuis, in obli

quis

quis,in exponibilibus: & multiplicant argumenta, petunt,& repetunt,& inculcāt multa quæ Laberinthum Dedali imitantur. Ob id ſimus contenti modos omnes ab Ariſtotele poſitos,& a Petro Hiſpano,& a cæteris declratos:in medium tradere. Nam aliorum non eſt vſus,neq; cum fructu poſſet in illis homo inſudare. In omni figura & in omni modo oportet ſume cauere:quemcunq; deffectum: & quidem ſi ſit oculus ad modum & figurę rationem:non erit deceptio. Caueamus ergo ne medium in vtraq; quod debet coniungere extrema : maneat indiſtributus,ſed ſaltim in vna diſtribuatur Et ſimiliter conſiderandum, vt non teneatur aliquis terminus diſtributiue in concluſione,qui nō fuerit diſtributus in aliqua prę miſſarum. Ob quod non valet, aliqua ſubſtantia non eſt animal, aliquis homo eſt animal:ergo aliquis homo non eſt ſubſtantia. Antecedens verum:conſequens falſum:eſt deffectus, quia ly ſubſtantia in concluſione tenetur diſtributiue, cum tamen in maiori non diſtribuatur. [redacted] etiam non valet,animal eſt equus,& aſinus eſt animal: ergo, aſinus eſt equus:quia medium non ſumitur in aliqua vniuerſaliter,& [redacted] ſunt purę particulares.

Mediū nō maneat in diſtributꝰ in vtraq; cauendū eſt.

CAPITVLVM. XI. DE SYLlogiſmo expoſitorio.

DE ſyllogiſmo expoſitorio breuiter aliquid dicēdum. Eſt enim medii ſingularis, & tunc bene ſequitur:nam quando in ſuperioribus data eſt regula, ex particularibus puris nil ſeqtur,intelligitur particularitate medii,ſ,ſuppoſito mediū ſit terminus communis:nam ſi ſingularis eſt [redacted].Vt ſortes eſt homo,& ſortes eſt animal:ergo,homo eſt animal. Et in prima figura, Plato eſt homo, & philoſophus eſt Plato:ergo,philoſophus eſt homo: ex puris particularibus aliquid ſecutum eſt,quia medium eſt terminus ſingularis.

ualet

Diffinitur ſyllogiſmꝰ expoſito.

¶ Syllogiſmus: ergo, expoſitorius ille eſt, qui eſt medii ſingularis. Vt,hic homo eſt riſibilis,hic homo eſt rationalis: ergo, rationale eſt riſibile,qui ob id reſolutorius [redacted] dicitur,quia ad ſenſum probet, & reſoluat. Qui tenet in virtute illius principii,quęcūq; ſunt eadem vni tertio:ſunt eadem inter ſe pro affirmatiuis. Et in negatiuis, quecunq; quorum vnum eſt idem vni tertio:& cui aliud eſt diuerſum, ſunt diuerſa inter ſe. Vt [redacted],homo eſt animal:& lapis non eſt homo : ergo,lapis non eſt animal.

Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe.

¶ Codſiderandum eſt ſyllogiſmū expoſitorium ſolum in tertia figura inueniri proprie Ratio eſt,quia cum terminus diſcretus non poſsit eſſe prędicatum,ſubiicitur optime. Et ſic eo ſumpto pro medio: recte conficitur ſyllogiſmus in tertia figura.

Nota

¶ Si quis argumentetur,contra hęc: non ſequitur,hoc animal eſt homo, & hoc animal eſt equus:primo pronomine demonſtrante Petrum, & ſecundo equum· ergo, equus eſt homo,& tamen eſt ſyllogiſmus expoſitorius.

1.Argu.

¶ Reſpondetur oportere in ſyllogiſmo expoſitorio ſeruare omnia quę ſeruanda ſunt in ſyllogiſmo de medio communi,(ſicut dictum eſt ſupra) quādo poſuimus deffectus intrinſicos, & extrinſecos ſyllogiſmorum. Hic non valet ſyllogiſmus expoſitorius, eſt enim deffectus in hoc, medium nō eodem modo ſumitur:ſed ęquiuoce,cum vnum demonſtret in maiori, & aliud in minori. Et [redacted] virtualiter argumentatio non eſt in tribus,ſed in quatuor terminis.

Solutio.

¶ Item non ſequitur expoſitorie, eſſentia diuina eſt pater,& filius eſt eſſentia diuina: ergo,filius eſt pater. Nam antecedens eſt verum: & conſequens eſt hæreticum : nam alius pater,alius filius.

2.Argu.

¶ Sumpta occaſione, oportet aliqua diſſerere,ſcilicet, de modo ſyllogiſſandi in terminis Diuinis. Et quidem licet quantum ad materiam,ſcilicet,de Diuinis loqui, non ſit munus Dialectici,ſed Theologi:verū quantum ad vſum terminorum, quantumcunq; Diuinorum:attinet ad Dialecticum. Ob id operępretium erit,aliqua catholice, & modeſte loqui:ne ignari iſtorum decipiantur: putantes regulas Ariſtotelis ſyllogiſmorū, non tenere in terminis Diuinis.

Solutio.

CAPITVLVM.XII. DE MODO ſyllogizandi in terminis diuinis

Queſtio. VT ordinate procedamus, proponatur queſtio: Vtrũ leges oppoſitionum, & omnia Dialecticæ principia, quantum ad conſequentias, poſsint ſtare in termi-

1.Argumẽ. nis Diuinis ſicut in prophanis?(Vt ita dicam) & quidem videtur quod nõ, quia hæc ſunt contradictoriæ per regulas ſupra dictas: omnis eſſentia diuina eſt pater, aliqua eſſentia diuina non eſt pater: & tamen ambæ ſunt ſimul veræ,(vt patet) Affirmatiua conſtat, & negatiua ſimiliter, quia bene ſequitur, hęc eſſentia diuina demonſtrato filio, non eſt pater: & hęc eſſentia diuina, eſt aliqua eſſentia diuina: ergo, aliqua eſſentia Diuina non eſt pater: expoſitorie.

2. ¶ Secundo, non valet in Darii: omnis eſſentia Diuina eſt pater, filius eſt eſſentia diuina ergo, filius eſt pater. Antecedens eſt verum & conſequens eſt falſum.

3. ¶ Tertio non valet, hęc eſſentia Diuina eſt pater, & hęc eſt filius: eandem eſſentiam demonſtrando: ergo, filius eſt pater. Et tamen expoſitorie deberet ſequi.

In contrarium. ¶ In contrariũ eſt veritas: verum vero conſonat, ſed omnia ſyllogiſmorum principia ab Ariſtot. tradita: ſunt vera, & in veritate

infallibiliter fundata: ergo, cum quę fidei ſunt, nõ ſolum ſint vera, ſed [redacted]: ſimul ſtabunt Et [redacted] omnes Theologi catholici fatentur principium Dialecticum, etiam tenere verum: in terminis diuinis.

Notan. ¶ Pro ſolutione queſtionis, & totius difficultatis: oportet aliqua notare. ſ. diſtributionem, & particularizationem: in Diuinis

Duplex diſtributio in diuinis. eſſe duplicem. Quædam eſt completa, alia incompleta, completa illa eſt, quę eſt pro ſignificato immediato & mediato. Vt hic, omnis eſſentia Diuina: ibi eſt completa diſtributio, quando ſumitur, & pro immediato ſignificato, ſ, eſſentia: & pro Diuinis perſonis, quę ſunt idem cum eſſentia. Et ſic eſſentia Diuina, eſt particularizatio completa, ſ, pro eſſentia, & perſona. Et hanc antiqui vocabant in termino: extra terminum, & extra numerum. Et diſtribui incomplete eſt, ſolum diſtribui pro immediato ſignificato. Et ſic dicunt, nomen eſſentiale poſſe diſtribui, vel particularizari complete, vel incomplete.

¶ Et ſic ad argumenta eſſet ſolutio, quando dicis illę contradicunt: omnis eſſentia diuina eſt pater, & aliqua eſſentia Diuina non eſt pater: & tamen ambę ſunt veræ. Negandum eſt, ſi ly eſſentia vtrobiq; complete: nam affirmatiua eſt falſa, quia ſenſus eſt, omnis res quæ eſt eſſentia Diuina, eſt pater, & eſt falſa, & negatiua vera. Et ſi econtrario in vtraq; ſumatur incomplete: ſunt contradictorię, & tunc negatiua eſt falſa, aliqua eſſentia diuina non eſt pater: & hæc eſt vera, omnis eſſentia diuina eſt pater: quia tũc non licet perſonas demonſtrare. Solutio argumẽtorũ.

¶ Secundo notandum, (vt ait beatus Auguſtinus) nobis ad certam regulam loqui licet. Maxime, ne in verbis demus hæreticis anſam errandi. (Vt ait tertio libro de Trinitate.) Ob id iſta vniuerſalizatio completa, & particularizatio termini eſſentialis: cum non ſit ſecundum antiquorum ſententiam, non placet, eo quod ex illa fictione, ſcilicet, quod eſſentia poſsit diſtribui, & particularizari, pro perſonis. Concedunt conformiter ad ſuam opinionem aliqua, quæ fides Catholica negat: & Eccleſia vniuerſalis condemnat. Ex quo licet ſenſum retineat Catholicum, qui Catholicus eſt: ex verbis tamen inordinate prolatis, anſam prębet erroris: quod patet: ne gratis videamur loqui. Lib.x.de ciui.c.23. Hierony.

¶ Hæc propoſitio eſſentia generat damnata eſt, contra Abbatem Ioachin Et tamen moderni eam affirmant veram, in aliquo ſenſu, ſcilicet, ſi ly eſſentia, ſtet pro mediato ſignificato, ſcilicet, pro perſona. Quia tunc eſſentia eſt pater, & pater generat: ergo, eſſentia generat: cum ergo vna ſingularis ſit vera, tota erit vera, ſub ly eſſentia, ſolum patre demonſtrato. Nam licet filium & ſpiritum ſanctum ſignificet: ſufficit veritas vnius ſingularis. Sed tamen quia Eccleſia illam ſine diſtinctione damnauit: eo factum eſt, quia illa ſtat ſolum pro eſſentia: & non habet niſi tantum vnum ſenſum. Ob id non eſt opus ſapere, pluſq; oportet ſapere: ſed ad ſobrietatem. Extr.de ſumma. Trini. Et ſi.catho c. Firmiter Ad Ro.12.

¶ Sequitur etiam cõtra modernos, q̃ iuxta poſitam diſtinctionem, de complete & incomplete, habent concedere iſtas duas. Contramodernos.

Aliqua

1.Nota. Aliqua eſſentia diuina eſt pater,& aliqua eſ
ſentia diuina non eſt pater : cum tamen ſit
vna ſimpliciſsima res, ſi.n. hereticus,vel in
fide dubius audiat catholicũ concedentem
has duas:aliqua eſſentia diuina eſt pater,a-
liqua non eſt pater,ſcandalũ patietur,quip-
pequi concipiet diuiſionem illius rei ſimpli
ciſsimę:& omnibus modis indiuiſibilis. Et
conſequenter male ab eis iſta conceditur,
eſſentia diuina eſt differens a patre,quã ca-
piunt li eſſentiam:pro filio.
2.Nota. ¶Conſequenter non contenti, ſemper in
ſua opinione ſtando:concedunt iſtam. Pa-
ter eſt filius:quia capiendo terminos com-
plete,ſcilicet,pro eſſentia,eſt vera: cum eſ-
ſentia patris,ſit eſſentia filii. Et tamen Ec-
cleſia in ſymbolo dicit,pater non eſt filius:
quia alius pater,alius filius. Et Chriſtus in
Ioan.x. Euangelio dixit,Ego & pater vnum ſumus
ſed non dixit, ego ſum pater.&c. Imo ad-
dentes adhuc iſti Neoterici : iſtam habent
concedere. Pater non eſt pater. Patet,te-
nendo terminos incomplete : quia pater,
eſt hoc non pater:demonſtrata eſſentia:er-
go,pater non eſt pater quia ſub ly pater,da
tur vna vera:demonſtrando filium.
3.Nota. ¶Tertio notandum ; quod dato aliquis ter
minus ſupponat: pro aliqua re, videlicet, a,
ſupponit pro aliquo,&, b, eſt idem cum,a,
non ſequitur quod,b, ſupponat pro illa re,
pro qua,a. Sic Ariſto,3 Phyſicorum. actio,
& paſsio ſunt idem & tamen actio non eſt
Ariſtot. 3. phyſi. tex. co.xix. paſsio. [illegible] ad propoſitum ly eſſentia in iſta:
eſſentia diuina generat,ſupponit pro eſſen
tia:& quanuis pater ſit eadem res , quæ eſ-
ſentia:tamen intellectus non ſic accipit. Si-
cut dato actio & paſſio ſit eadem res , non
tamen pro eodem intellectus capit. Sic pa
ter generat,& pater:eſt idem quod eſſentia
& tamen non conceditur,eſſentia generat.
Similiter filius eſt genitus,& eſt idem quod
eſſentia:& tamen intellectus non intelligit,
vt eſſentia ſit genita. Sic etiam exemplum
in aliis poſſet dari.
4. Notan. S.Tho. ¶Quarto notandum,(vt ait doctor,S,pri-
ma parte, quæſtione.39 articulo,quinto,)
Licet Deus,& deitas: ſeu eſſentia , eandem
eſſentiam formaliter ſignificent: nihilomi-
nus,quia Deus ſignificat diuinam naturam
in concreto:habet ex ſuo modo ſignifican-
di,ſolum ſtet pro perſona:& pro ea ſuppo-
nat. Deitas vero,& eſſentia: quia in abſtrac
to , formam dicunt : non habet ex modo
ſuo ſignificandi ſupponere pro perſona.
Et ſi contingat eſſentiam de perſona prędi-
cari,hoc eſt per modum idęptitatis : prop-
ter ſimplicitatem diuinę perſonę,quia ſigni
ficatum de ly eſſentia,& ſignificatum de ly
perſona:ſunt eadem res. Nam ad hoc quod
terminus ſupponat pro aliqua re,non ſuffi-
cit quod idemptica prædicatione verifice-
tur de illa ſed requiritur,quod prędicatione
formali. Et [illegible].dato eſſentia ſit pater, & pa
ter,ſit eſſentia:vnum de alio dicatur:idem-
ptice tamen,non formaliter. Quia intelle-
ctus non capit [illegible] eſſentiam,pro patre:nec
patrem,pro eſſentia.
¶Quinto notandum,ſecundum rei verita-
tem:& admodum quo intellectus concipit
loquendo,quod quando nomen eſſentię in 5.Notand.
propoſitione affirmatiua ponitur a parte
ſubiecti:& alterum extremũ eſt nomen per
ſonale diſcretum:non valet vni de omni,e-
tiam ſi ſubiectũ ſumatur cum ſigno vniuer-
ſali. Nam hęc,omnis eſſentia diuina eſt pa-
ter,tantum valet,ſicut aliqua eſſentia Diui-
na eſt pater. Et non æquiualet huic , omnis
res quę eſt eſſentia Diuina,eſt pater. Et ſi ſu
matur in propoſitione negatiua:reddit ſen
ſum de omni.(etiam ſi nullo ſigno vniuer-
ſali.)Vt in hac,eſſentia non eſt pater tantũ
valet,ſicut nulla res,quę eſt eſſentia:eſt pa-
ter. Dixi quãdo alterum extremum eſt per
ſonale diſcretũ,quia ſi ſit perſonale non diſ
cretum: vel eſſentiale : tunc æquiualet vni
de omni.quia hęc, omnis eſſentia eſt eſſen-
tia,& omnis eſſentia eſt perſona , faciunt
ſenſum de omni.
¶Si vero ſumatur nomen diſcretum perſo
nę a parte ſubiecti:ſemper ęquiualet vni de
omni:in affirmatiua,vt,pater eſt eſſentia.
Valet,omnis res quę eſt pater, & hæc pater
eſt filius,omnis res quę eſt pater,&c. Si ta-
men negatiue,nunquã valet vni de omni:
nam hęc nullus pater eſt filius,non æquiua-
let huic: nulla res quę eſt pater eſt filius. Sed
huic,aliqua res quę eſt pater, non eſt filius.
Iſtæ omnes æquiualentiæ ex articulo ſan-
ctiſsimę Trinitatis conſtant. Ex quo ſequi-
tur.
¶Idem eſſe nomen eſſentiale abſolutum,
& abſtractum:& nomen perſonale diſcre- 1.Corrola.

 tum,

tum,diſtribui,particularizari, aut ſingulari zari. Aequiualent enim omnis eſſentia diuina eſt pater,& eſſentia diuina eſt pater. Item omnis pater eſt filius, & hęc pater eſt filius. Et eſt ratio,quia cum neutrum nomē ſupponat ꝓ ſignificato alterius:non poteſt diſtribui,niſi pro ſuo ſignificato formali.& immediate. Et ſic,eſſentia: ſolum ꝓ eſſentia:& ly pater.ꝓ ſolo patre. Et ſic ly eſſentia eſt terminus ſingularis in ſupponendo, Licet de pluribus realiter diſtinctis prędicetur,de Diuinis perſonis. Ob id ly eſſentia ſingularizatum,non eſt ſufficiens medium ſyllogiſmi expoſitorii. Ex omnibus iſtis.

2. Corrolꝫ ¶ Sequitur etiam non eſſe opus hic diſtinguere diſtributionem cōpletam, & incompletam: nec particularizationem,cum omnis vniuerſalizatio de ly eſſentia,in affirmatiuis:ęquiualeat particularizationi. Et in negatiuis, quęcunqꝫ particularitas: complete diſtributioni, & econtrario de nominibus diſcretis perſonarum, (vt paulò ante diximus)

Ad quæſti. ¶ Ad propoſitam quęſtionem:ergo,reſpondentes,dicimus,verum vero ſic conſonare vt nullo modo repugnet. Ob id,leges oppoſitionum, & ſyllogiſmorum principia, ab Ariſto.tradita:non ſolum non repugnat in iſta materia,ſed cōueniūt maxime. Quapp

Ad. Primū Argumen. ad argumentū cōcedimus illas duas cōtradictorias:omnis eſſentia diuina eſt pr̄, aliq̄ eſſentia diuina nō eſt pr̄. Sed tñ non ſunt ſimul verę,qa negatiua falſa ē, & qñ ꝓbatur, quia filius non eſt pater,& filius eſt eſſentia diuina. Dicendum, nō valere: quia eſſentia diuina non ſupponit niſi pro eſſentia:& nō pro perſonis. Ob id,hæc eſt falſa: eſſentia non eſt pater.

Ad ſcd̄m. ¶ Ad ſcd̄m argumētū,dicendū conſeq̄ntiā nō valere in Darii,omnis eſſentia diuina eſt pr̄,filius eſt eſſentia diuina:ergo,filius eſt pr̄ Ratio eſt,qa arguitur ex pluribus particularibus, ꝑticularitate medii: tantū valet, oīs eſſentia diuina eſt pr̄:ſicut eſſentia diuina ē pr̄. Et qa in neutra mediū diſtribuitur: non valet conſeq̄ntia:neqꝫ tenet in aliquo modorum:quia illa vniuerſalis non æquiualet vni de omni. Hęc tamen tenet ſyllogiſtice, omnis eſſentia diuina eſt perſona, filius eſt eſſentia diuina:ergo,filius eſt perſona,quia tunc ęquiualet vni de omni: quando eſſentia diſtribuitur, reſpectu termini communis perſonę.

¶ Ad tertium dicitur,quod ille ſyllogiſmus non ſequitur,neqꝫ eſt expoſitorius. Et ratio eſt,qa medium non ſingularizatur ſufficiēter. Nam ly eſſentia in abſtracto,habet aliquid nominis ſingularis: quia accipitur, & ſupponit:pro vna ſola re. Et ideo nō prędicatur pluraliter. Sed tamen habet ſimilitudinem cum termino communi, in hoc: quod de tribus perſonis prędicatur diuiſim ꝓpter idemptitatem. Et quia dato ſingularizetur:prędicatur de illis,non eſt tamē medium ad ſyllogiſmum expoſitorium, quia non ſingularizatur in ſenſu ęquiualenti vni de omni:quia nunq̄ꝫ poteſt eſſe de omni. Ob id in argumento,dato ꝙ videtur expoſitorius ſyllogiſmus:nō eſt. Sed arguitur ex puris particularibus,ex parte de ly eſſentia Ob id nō valet. (vt ſupra dictū ē.) Sed ſi diceremus,hęc res quę eſt eſſentia diuina, ſeu hęc perſona eſt pater,filius eſt hęc res, quæ eſt eſſentia diuina,(demonſtrādo vtrobiqꝫ eandem perſonam:)ergo,filius eſt pater. Formaliter ſequeretur expoſitorie. Et ſi demoſtrares filium.maior eſſet falſa: & ſi patrem:minor eſſet falſa. — Ad tertiuꝫ

¶ Antiqui tamen iſtud argumentum,ſ. omnis eſſentia diuina eſt pater, filius eſt eſſentia diuina,&c. Solebant ſoluere dicentes: cōmitti fallaciam accidentis. Sic ſanctus Thomas in opuſculis,tractatu de fallaciis. Aliquę enim res omnino de per ſe ęedem, ſcilicet,re,& ratione,id eſt,eadē res ſecundum eandem diffinitionem. Vt,veſtis & indumentum. Et tunc quicquid de vno prædicatur:& prędicatur de alio. Alia ſunt,quorum diffinitio vnius non eſt alterius diffinitio:q̄uis aliquando ſint eadem res, quæ proinde dicuntur eſſe idem per accidens. Et iſto modo ſe habent, eſſentia & perſona. — Solutio antiquorum. S.Tho.

Vnde in his, quando aliquid conuen[illegible]ni: non ſecundum ratiōnē qua diſtinguitur ab altero,pariter cōuenit alteri. Ob id ſeqtur, eſſentia eſt ſubſtantia,pater eſt eſſentia:ergo,pater eſt ſubſtantia. Sed quando conuenit vni ſecundum rationem:ſecundum quā diſtinguitur ab altero:non ſeqtur, ipſum cōuenire alteri:& ſic,cū nomē pr̄ cōueniat eſſentię:ſcd̄m rōnē q̄ diſtinguitur a filio,nō ſeqtur omnis eſſentia eſt pr̄,filius eſt eſſentia: — Non quæcunqꝫ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe.

ergo,

ergo filius eſt pater. Item quia genera-
re conuenit patri ſecundum rationem:
qua diſtinguitur ab eſſentia. Non ſequitur,
omnis pater generat, eſſentia eſt pater: er-
go eſſentia generat. Dicuntur fallacię acci-
dentis, quia videlicet: ex hoc quod medium
conueniat extremitatibus, aut alteri illarũ:
per accidens: denotatur ſequi conuenientiã
extremitatum interſe. Nam pater & filius
conueniunt in eſſentia: quia eſt vna ſimplici
ter in omnibus tribus perſonis. Et propor-
tionabiliter in negatiuis, null9 pater eſt fili9
eſſentia diuina eſt pater: ergo eſſentia diui-
na nõ eſt filius. Item nulla eſſentia generat,
pater eſt eſſentia: ergo pater non generat.
Eſt fallacia accidentis, quia ex affirmatiõe,
ſeu conuenientia: de per accidens: alterius
extremitatis cum medio, a quo remouetur
alia extremitas denotatur ſequi extremita-
tum adinuicem negatio.

Replica. ¶ Sed tamen poſſet quis adhuc probare ve
ritatem huius: pater eſt filius. Licet non mo
do expoſitorio, ſed ſic: quęcunq; ſunt eadẽ
vni tertio, ſunt eadem interſe. Sed pater &
filius ſunt idem cum eſſentia Ergo & erunt
idem interſe: & ſic licet non detur ſuppoſi-
tio completa, & incompleta: ſequitur in
tentum.

Solutio. ¶ Ad hoc argumentum poteſt reſpõderi. ſ.
S. Tho. (vt docet doctor. ſ. 1. p. Q. 28. ar. 3.). Quod
illa maxima, quęcunq; ſunt eadem vni ter-
tio: ſunt eadem interſe intelligatur, quando
cunq; illa ſunt idem re & ratione. Vt quia
Petrus eſt animal, & Petrus eſt homo: homo
eſt animal: quando vero ſunt eadem re ſolũ
& ſunt idem vni tertio ex idemptitate, non
ſequitur idẽptitas interſe. Sed ſolum ſequi-
tur, quod vnum eſt aliquid, quod eſt aliud.
Ariſto. 3. Et in hoc ſenſu Ariſto. 3. phiſicorum ait, qđ
phico, Tex. actio eſt idem motui, & ſimiliter paſsio: ſed
co. 19. tamen actio non eſt paſsio. Ob id ad propo
ſitum, licet pater & filius, ſint idem eſſentię:
re, ſed quia non ratione, non ſequitur: quod
pater ſit filius, ſed ſolum ſequitur, quod pa-
ter ſit aliqua res, quæ eſt filius. Sed de iſtis
alias cõmodius, tum in poſterioribus, tum
in primo ſententiarum.

CAPITVLVM. XIII. DE Syllogiſmo in expo nibilibus.

SED TAMEN RE
ſtat aliquid dicere de
ſyllogiſmo ex propoſi
tionibus exponibilib9
Et cõtra prædicta fiat
argumentum dictum Argumen.
enim eſt, ex puris par-
ticularibus nichil ſyl-
logiſtice ſequi. Cõtra:
iſtæ eſt bonus ſyllogiſmus, tãtum homo eſt
animal, tantum riſibile eſt homo: ergo tan-
tum riſibile eſt animal. Et contra aliam re- 2. Argumẽ.
gulam, quod vna præmiſſarum exiſtẽte ne-
gatiua: concluſio non erit affirmatiua. Sic,
tantum homo non eſt animal, & tantũ ho-
mo non eſt riſibile: ergo riſibile eſt animal.
Iſte ſyllogiſmus eſt bonus, & tamen commi
ttitur iſte deffectus, quod ex puris negatiuis
aliquid ſequitur. Et alius, quod exiſtente v-
na præmiſſarum negatiua, concluſio eſt a-
ffirmatiua.

¶ Pro ſyllogiſmo ex exponibilibus, eſt con- 1. Nota.
ſiderandum: an concluſio ſit exponẽda co-
pulatiue, vel disiunctiue? quia ſi copulatiue,
debet vtraq; exponens concluſionis inferri
a præmiſsis, vel a conuertibilibus earũ. Ra-
tio eſt, nam cum concluſio ſit exponibilis
copulatiue, reputatur ſicut ſi eſſet vna copu
latiua. Et [illegible], cum adueritatem copulatiuæ
veritas vtriusq; partis ſit requiſita: oportet
tota inferatur ex pręmiſsis: & non pars, Si
tamen disiunctiue ſit exponenda, ſufficit
vna exponens cõcluſionis inferatur ab am-
babus præmiſsis. Quia ad veritatem disiun
ctiuæ ſufficit veritas vnius partis. Et infe-
rens vnam partem, infert totam: quia a par
te: ad totam, valet argumentum.

¶ Secundo eſt notandum, quod ſi præmiſ- 2. Nota.
ſæ exponuntur copulatiue, ſufficit quod v-
na pars vnius: cum vna alterius, inferat con
cluſionem. Si tamen ambæ exponãtur diſ-
iunctiue, requiritur: quod quęlibet pars diſ-
iunctiuę inferat concluſionem. Quia disiun
ctiua nunq; infert concluſionem: niſi quæli-
bet pars inferat illã: quia ſi ſolum vna pars
inferat, ſtat antecedens eſſe verum pro alia
parte: & conſequens falſum.

¶ Ad argumentum ergo, quando dicitur: Ad. 1.
iſtæ ſyllogiſmus eſt bonus, tãtum homo eſt
animal: tantum riſibile eſt homo, ergo tan-
tum riſibile eſt animal. &c. Cõcedo eſſe bo

num. Et quando dicis, eſt argumentum ex puris particularibus,negatur. Nam mediū diſtribuitur in minori, ratione de ly tātum. Quod ſi non diſtribueretur non valeret. Vt hic,omnis homo eſt animal,tantum riſibile eſt homo: ergo tantum riſibile eſt animal. Quia argumentum eſt a non diſtributo ad diſtributum : ex parte de ly animal.Et ſicilla prima conſeq̄ntia , tantum homo eſt animal,tantum riſibile eſt homo:tenet in virtute huius,omnis homo eſt riſibilis , omne animal eſt homo : ergo omne animal ē riſibile. Cuius maior eſt conuertens minoris primi: & minor conuertens maioris , & concluſio conuertens cōcluſionis . Item tenet,quia in diſamis in tertia figura, ex prima exponente maioris,& conuertente minoris:ſequitur prima exponens concluſionis.Vt [redacted],homo eſt animal,& omnis homo eſt riſibilis : ergo riſibile eſt animal.

A non diſtributo ad diſtributū non valet.

Ad.2.

¶ Ad ſecundum argumentum , concedendum valere ſyllogiſmum. Sed negatur eſſe ex puris negatiuis. Non enim ſunt virtualiter negatiuę.Etiam quia dictę præmiſſę inferunt duas ſecundas exponētes,ſ. omne nō homo eſt animal, & omne non homo eſt riſibile:inferentes in darapti dictam concluſionem. Vt [redacted],omne non homo eſt animal, & omne non homo eſt riſibile: ergo riſibile eſt animal in tertia figura . Et hoc eſt modo pure affirmatiuo :ergo illæ non erant negatiuę Et tādem de exponibilium ſyllogiſmorum ſufficiat ſumis labijs (vt dicūt deguſtaſſe) tractantur enim cum magna difficultate,& labore.& tamen fruſtra:cum non ſit vſus in diſciplinis . Qua propter ex ꝓpoſito illa omittimus,Qui voluerit legat ſuper omnes Ferdinandum enzinam & nonnullos alios eum ſequentes,quos propter eorū honorem nominare non licet Hic etiam adducere ſolent de ſyllogizatione in terminis infinitis:ſūpta occaſione exponibilium. Cum exponantur excluſiue ,tantum homo eſt animal : per propoſitionem compoſitam ex terminis infinitis,&c. [redacted] ſic, hęc ſit formalis conſeq̄ntia in darij:omne non animal eſt inſenſibile, Petrus eſt animal : ergo aliquid non Petrus eſt inſenſibile. Et ſimiliter ſequitur,non homo eſt animal ,riſibile eſt homo: ergo riſibile animal non eſt.Quia maior infert hanc,animal eſt non homo: per conuerſionem ſimplicem . Et ex ea infertur iſta,animal non eſt homo. Per locum,ab affirmatiua ad negatiuam,prędicato variato,penes finitum:& infinitum. Et ex hac animal non eſt homo,ſequitur cum minori :riſibile ē homo, riſibile animal non eſt. Quæ erat concluſio.

Non eſt vſus in diſciplinis exponibilium.

De ſyllogiſmo in terminis infinitis.

CAPITVLVM.XIIII.
De modo ſyllogizandi in obliquis.

DE modo ſyllogizandi in obliquis oportet aliqua tradere clarius : licet in parte aliqua ſint dicta.

¶ Conſiderandum tamē eſt, aliq̄ndo medium poni in obliquo,& aliquando extremitates . Et contingit medium aliquando in vna præmiſſarū. Aliquando in vtraq;. Vt hic,omnis hominis eſt aſinus,& Petrus eſt homo: ergo Petri eſt aſinus .Hic ponitur ſolum in maiori . In minori contingit ſic , omnis homo eſt animal, & equus eſt hominis: ergo equus eſt animalis.Exemplum quando vtrobiq; ponitur in obliquo: nullus equus eſt hominis, & omnis aſinus eſt hominis : igitur nullus aſinus eſt equus.

Nota.

¶ Si contingat obliquè poni extremitatem aliquam: ſic debet poni in concluſione . Vt [redacted],omne iumentum eſt hominis, & omnis equus eſt iumentum.ergo omnis equus eſt hominis . Et [redacted] omnis leo eſt animal,& Petri eſt leo: ergo Petri eſt animal.In omnibus caſibus poteſt contingere ſyllogiſmum ex obliquis formare:in genitiuo , omnis ſcibilis eſt ſcientia,homo eſt ſcibile : ergo hominis eſt ſcientia. In datiuo,omni homini conuenit appetitum ſubijcere ſpiritui iuuenis eſt homo:ergo iuueni cōuenit appetitū ſubijcere ſpiritui. In accuſatiuo,omnes homines iudicabit Deus , & potentes ſeculi ſunt homines : igitur & potentes iudicabit Deus. &c. De omni verbo otioſo reddēda eſt ratio in die iudicij, iocoſe loqui eſt verbū otioſum: ergo de iacoſa loqutione reddēda eſt ratio.

Si termin⁹ in obliquo in extremitatib⁹ etiā erit in concluſione.

Mathe.12.

¶ Ad recte concludendum in iſtis:vis intellectus attendenda,potius quam ad ſyllogiſmorum regulas ſupra poſitas. Licet poſsint poni ſaltin duæ regulæ, quarum.

¶ Prima

1. Regula. ¶Prima regula, in omnibus modis affirmatiuis, vbi. ſ. vtraq; premiſſarum affirmatiua eſt: cuiuſcunq; ſit figurę, ſi altera præmiſſarum eſt de obliquo: & ſimiliter cõcluſio erit. Ita: quod ſi extremitatum aliqua ponitur in obliquo in præmiſsis, ſic debet in concluſione. Si tamen medium ponatur in altera in obliquo, obſeruandum vt extremitas quæ ponitur cum medio in recto, ponatur in cõcluſione in obliquo. Et quæ ponitur cũ medio in obliquo, ponatur in concluſione in recto. Exempli gratia, quilibet homo eſt animal. & omnis equus eſt hominis: ergo omnis equus eſt animalis: non tamen poteſt inferri, omnis equi eſt animal & ex iſtis cuiuſlibet hominis eſt equus, Petrus eſt homo: ergo Petri eſt equus, non tamen infertur: petrus eſt equi. Et manifeſtum eſt concluſionem in recto non inferri.

2. Regula. ¶Secunda regula, in modis negatiuis: quãdo ſyllogiſmus fit ex altera de recto, & altera de obliquo: ſi negatiua ſit de obliquo: & concluſio ſimiliter. Si vero affirmatiua de obliquo. & negatiua de recto: non ſimiliter concluditur, verbi gratia, nullius animalis ẽ æternitas, omnis homo eſt animal: ergo nullius hominis eſt æternitas. Et in ſecũda figura ſequitur. intellectus nõ eſt bruto, & ſimia eſt brutum: ergo ſimie non eſt intellectus in feſtino & in tertia figura. Nullius irrationalis eſt intellectus & omne irrationale eſt animal: ergo alicuius animalis non eſt intellectus in Felapton.

2. Pars. regulæ. ¶Secunda pars regulæ declaratur quia nõ valet, nullus homo eſt brutum, & omnis equus eſt hominis: ergo nullus equus eſt bruti. In ſimili nõ valet. Nullus homo eſt Deus, & omne iumentum eſt hominis: ergo nullũ iumentum eſt Dei, Sed tamẽ poſſet inferri ergo omne iumentum eſt alicuius quod nõ eſt Deus.

¶Etiam ſolent poni modi ſyllogizandi in hypotheticis: vt ſi quis argumentetur a tota conditionali cum poſitione antecedẽtis, ad poſitionem conſequentis, verbi gratia, ſi homo currit, animal currit. Sed homo currit, ergo animal currit eo quod maior eſt vna hypotetica, eſt modus ſyllogizandi in hypotheticis. Sed quia nos tales modos argumẽtandi poſſuimus q̃ndo de hypotheticis loquuti ſumus: nõ eſt opus nunc repetere.

CAPITV. XV. DE DEffectibus ſyllogiſmorum & quibuſdã preſuppoſitis.

TRes deffectus ſyllogiſmorum, ſolent ab Ariſto. ſignari. Et paucis eos adducere, non erit ſuperuacaneum.

¶Deffectus ẽ, petitio principij. [redacted] contingit, q̃n do inter ſyllogizandũ idẽ per idem probatur: vel ignotum per ignotius. Exemplum primi eſt, ſi quis negaret iſtam Omne animal rationale eſt capax diſciplinę, & argumentaretur quis [redacted], omne animal rationale eſt capax diſciplinę. ergo omne animal rationale eſt capax diſciplinæ: hic eſt petitio principij, quia probatur idẽ per idem. Quid deffectus. Primus deffectus contingit quãdo idem p idem ꝓbatur.

¶Secundo modo contingit, vt ſi quis velit probare hanc: animal rationale eſt capax diſciplinę, & argumentaretur [redacted]: omnis homo eſt capax diſciplinę, & omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt capax diſciplinę. Hic non probatur idem per idem, ſed tamen eſt deffectus, qui vocatur petitio principij quia ignotum animal rationale eſt capax diſciplinę, probatur per ignotius. ſ. per ly omnis homo eſt capax diſciplinę: notior eſt concluſio, quam maior ipſa. Si tamen fieret ſic, omne quod ratiocinatur capax eſt diſciplinæ, omne animal rationale ratiocinatur: ergo omne animal rationale eſt capax diſciplinæ: vitaretur iſte deffectus. Secundus quando ignotum per ignotius.

¶Secundus deffect⁹ eſt, qui appellatur, nõ propter hoc accidere falſum. Et contingit, quando falſitatis cauſa tribuitur propoſitioni: quæ non eſt cauſa. Et eſt quando a parte antecedentis ponitur aliqua propoſitio ſuperflua. Exempli gratia, ſol lucet, & omne animal eſt homo: & omne brutum eſt animal: ergo omne brutum eſt homo. Conſeq̃ntia eſt bona, & conſequens eſt falſum: ergo & antecedens. Et non illa, omne brutũ eſt animal: ergo illa ſol lucet Cõmittitur deffectus, nam cauſa falſitatis non eſt in illa Sol lucet, ſed in illa quę maior eſt, omne animal eſt homo. 2.

¶Tertius deffectus, vocatur fallatia cõtrariæ 3.

riæ opinionis, quando quis concedit duos terminos vniuerſaliter de alio prędicari: & rurſus de altero eorum, alium vniuerſaliter dici: & de alio vniuerſaliter negari. Vt ſi qs concederet de homine vniuerſaliter dici: & animal, & riſibile: [redacted], vt hę ſint verę: omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt riſibilis. Et rurſus de animali, vniuerſaliter cōcederet ſenſibile prędicari. ſ. omne animal eſt ſenſibile. Tñ negaret id de riſibile. Et [redacted] cōcederet, nullū riſibile eſt ſenſibile. Tūc ex iſtis ſequeretur, quod oporteret concedere duas contrarias veras: & duas contradictorias. Patet, ex conceſis [redacted]. Omne animal eſt ſenſibile, & omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſenſibilis, in barbara et antecedens eſt verum: ergo & cōſequēs. Et rurſus in cellarēt, ſic. Nullum riſibile eſt ſenſibile, & omnis homo eſt riſibilis: ergo nullꝰ homo eſt ſenſibilis. Eſt bona conſeqntia in cellarēt & antecedens eſt verum, ergo & cōſequens. Patet, quia maior eſt vera per te, & ſimiliter minor: ergo & iſta concluſio, quæ eſt contraria concluſioni de Barbara: erat vera. Ergo due contrarię vere. Et contradictorię etiam poſſunt, nam ſi inferam: aliquis homo non eſt ſenſibilis: ſicut intuli nullus homo, &c. Eſſēt illę de Barbara, cum iſta: cōtradictorię in feſtino. Sumendo minorem, aliquis homo eſt riſibilis, &c. Et ſimiliter circulariter poſſent probari, nullus homo eſt riſibilis: & omnis homo eſt riſibilis verę: [redacted]. Sumendo cōcluſionem de Barbara. [redacted] omnis homo eſt ſenſibilis, conuertendo illam quam conceſsit, omnis homo eſt riſibilis. Omne riſibile eſt homo. Sic, omnis homo ē ſenſibilis, omne riſibile eſt homo: ergo omne riſibile eſt ſenſibile. Et capiendo: concluſionē de cellarēt, nullus homo eſt ſenſibilis: ſic, nullus homo eſt ſenſibilis, & omne riſibile eſt homo: ergo nullum riſibile eſt ſenſibile.

¶ Solent etiam adducere in iſto loco, quædam quę apud Ariſto. vocantur præſuppoſita. Quæ pro parte ſunt ex ſuperioribus ſatis manifeſta, imo fere omnia dicta. Primū eſt, omnis ſyllogiſmus eſt in aliqua triū figurarum. Et omnes ſyllogiſmi aliarum figurarum per primam perficiuntur. *Primū præſuppoſitū.*

2. ¶ Secundum pręſuppoſitum, in omni ſyllogiſmo, oportet aliquam pręmiſſarum eſſe affirmatiuam, & aliquam vniuerſalem.

¶ Tertium, omnis ſyllogiſmus ex tribus terminis: & non pluribus conſtat 3.

¶ Quartum, quędam propoſitiões difficulter ſyllogiſſantur, quędam facilius. 4.

¶ Quia omnia tria præſuppoſita ſunt iam ſuperius late tradita: ſolum quartum erit declarandum. Illa dicitur propoſitio minus ſyllogiſſabilis, q̄ in pautioribꝰ figuris ꝓbatur. Ob id vniuerſalis affirmatiua ē q̄minꝰ ſyllogiſſatur, Quia ſolū probatur in prima figura & in ſolo vno modo, ſ. in Barbara. Poſt hāc minus ſyllogiſſabilis eſt vniuerſalis negatiua: quia ſolum in prima, & ſecunda figura. In prima quidem, in cellarēt: in ſecunda, in ceſare, & cameſtres. Ob id vniuerſalis negatiua magis ſyllogiſſabilis eſt vniuerſali affirmatiua. Sed tamen magis ſyllogiſſabilis eſt particulari affirmatiua. Ratio eſt, quia particularis affirmatiua, concluditur in pluribus modis, quam vniuerſalis negatiua, primo in prima figura, in darij, In tertia figura, in Darapti: in Diſamis, in Datiſi. Deinde ſequitur particularis negatiua, & hæc maxime ſyllogiſſabilis: ſicut enim vniuerſalis affirmatiua, minime ſyllogiſſabilis, ſic particularis negatiua, maxime ſyllogiſſabilis. Quia in omni figura concluditur, in prima. In Ferio. & in Fapeſmo, Friſeſomorum, in ſecunda figura, in Feſtino, & Baroco, in tertia figura: in Bocardo, & Feriſon. &c. Ecce quomodo negatiua particularis eſt, maxime ſyllogiſſabilis. Et ex hac parte, facile cōſtruitur, & difficulter deſtruitur. Aliquā propoſitionem conſtrui, eſt ipſam probari veram, Et eam deſtrui, eſt ipſam probari falſam. Propoſitio ergo particularis negatiua facile conſtruitur: quia ad veritatem illius ſufficit veritas vnius ſingularis. Item quia in prima, & ſecunda, & tertia figura: probatur vera: & in multis modis. Et difficile deſtruitur, quia nunq̄ deſtruitur: niſi per conſtructionem ſuę contradictorię, quę eſt vniuerſalis affirmatiua, Sed ipſa difficulter conſtruitur, quia ad veritatem, reqritur veritas cuiuſlibet partis. Et ſolum in prima figura, & in modo Barbara, probatur. Et quidem ipſa vniuerſalis affirmatiua, quæ difficile cōſtruitur: facile deſtruitur, nan deſtruitur per vniuerſalem negatiuam contrariam, quæ concluditur in prima, & ſecunda figura. Et per

Propoſitio difficile ſyllogiſſabilis.

magis

Quid eſt ꝓpoſitiōem conſtrui.

que

per particularem negatiuam,ſuam contradictoriam:quæ probatur in tribus figuris. Ob id ipſa ſubiacet multis periculis. Quapropter ſicut eſt verum quod difficile conſtruitur,ideſt vera probatur.eſt verũ, quod facile deſtruitur:quia falſa probatur. Nam ſua contraria exiſtente vera : ipſa eſt falſa, vel ſua contradictoria ſimiliter. In alijs duabus propoſitionibus,vniuerſali negatiua,& particulari affirmatiua,eſt facilitas,& difficultas in conſtrui,vel deſtrui penes contradictionem, &per vniuerſalem affirmatiuã: poteſt deſtrui negatiua vniuerſalis.

CAPITVLVM.XVI.
De ſyllogiſmo dialectico.

VT iſtum tractatum ſyllogiſmorum abſoluamus, ne ſit opus illa adducere in poſterioribus:reſtat dicere de ſyllogiſmo dialectico,litigioſo,falſigrafo,enthimemate ,inductione: & exempli poſitione.

¶Dialecticus ſyllogiſmus, differt a demõſtratiuo, eo quod ille opinionẽ cauſat. Hic, ſcientiam. Et quidem de demõſtratiuo ,peculiariter in in libro poſteriorũ reſolutionũ

Ariſto.1. pos. Tex. co.30.

Ariſto,agendum erit. Vbi docet Ariſto. qd ſit ſcire, & quid ſit demonſtratio propter quid,& a priori, & quę quia , & a poſteriori. Siquidem quando procedit concluſio ex primis veris,& immediatis & cauſis concluſionis [redacted] concluſio [redacted] ex illis probata: ſcietur. Et cauſatur ex tali demonſtratione aſſenſus firmus, & euidens illius concluſionis, &c. De quibus, ibi dictum eſt.

¶Syllogiſmus tamen dialecticus non cauſat ſcientiam:ſed opinionem . Quia non ex neceſſarijs , & primis veris , & immediatis procedit:ſed ſolum ex probabilibus. Vt ſi qs argumentetur , omnis mater diligit filium ſuum,hæc eſt mater: ergo hæc diligit filium ſuum. Quia enim ex probabili maiori argumentum fuit conſtructum:aſſentit intellectus concluſioni : [redacted] tamen non euidenter. Sed cum formidine de oppoſito. Reputat enim ſic eſſe quod hęc ſuum diligat filium: ſed tamen non habet euidentiam,nec caret formidine:verum ne ſit. [redacted] ſimiliter,omne monarchicum regimen m lius eſt Ariſtocratico, ſed [redacted] Hiſpanię regimen eſt monarchicum:ergo [redacted] Hiſpanicũ, melius eſt Ariſtocratico [redacted],ſolum eſt opinio. Et quidem aſſenſus opinatiuus , differt a ſcientifico,in hoc: quod ille eſt cum formidine de oppoſito:hic tamen eſt,abſq; formidine. Et ille qui dialecticus eſt, & opinionis cauſatiuus:deffinitur ſic.

Differẽtia inter aſſenſum ſcientificum & opinatiuum

¶Dialecticus ſyllogiſmus eſt,qui ex probabilibus eſt ſyllogiſſatus. Et quidem probabilia illa dicuntur, quæ [redacted] videntur omnibus aut pluribus,aut ſapientibus. Et his, aut omnibus,aut pluribus,aut maxime probatis.

Diffinitur dialecticus ſyllogiſmus.

Ex quibus conſtat probabilia non equaliter omnibus approbata. Nam quædã ſunt quæ omnes, etiã ex infima plebe ſolent approbare. Vt quod omnis mater fillum diligat. Et parens prolem in intimo cordis habeat. Et benefactori eſſe benefaciendum,& quod talis ſit diligendus. Alia ſunt probabilia, ſed non ſic apparẽt omnibus de plebe. Sicut quod monarchia ſit pręſtantiſsimum regimẽ,& inferior ſit oligarchia, aut Ariſtocratia, & democratia ſic enim iudicant qui prudentia pollent. Sed infimę claſis viri, non ſic. Alia ſunt quæ probabilia videntur, & quidem pautioribus ,quam ſupradictis: quia ſolum ſapientibus Vt quod ſol ſit terra maior, & ſic de alijs. Tandẽ omnia hæc probabilia ſunt, & dicuntur:quatenus vera videntur,& neceſsitatem non habent.

¶Quia ergo in dialectico ſyllogiſmo fit diſcurſus:ex iſtis probabilibus,ad concluſionẽ inferendam & effectus cauſam ſuam nõ excedat,non poteſt eſſe,quod concluſio ſit ſcita:ſi pręmiſſe ſint opinatę. Nec poteſt eſſe concluſio neceſſaria,vbi pręmiſſę ſunt probabiles:& contingentes. Ex quo ſolum cauſatur, per talem dialecticum ſyllogiſmum: opinio , & aſſenſus formidoloſus illius propoſitionis probatę.

CAPITVLVM.XVII.
De ſyllogiſmo litigioſo.

¶Syllogiſmus

Ariſto.pri. topi.ca.1.

SYllogiſmus litigioſus, diffinitur ab Ariſtote. [redacted]. Eſt qui procedit, ex his,quę videntur ꝓbabilia,non ſunt autẽ. Et qui ex probabilibꝰ, aut ex his quę vidẽtur probabilia : eſt apparens, In hac diffinitione,iuxta tres partes diffinitionis, triplicem

Quid ſyllogiſmus litigioſus.

ſyllogiſmi litigioſi,declarat ſpeciem. Siquidem cum litigioſus, eo differat a dialectico: quia ille cum procedat exprobabilibus quæ vere probabilia ſunt,& non ſolum apparẽt: cauſant opinionem concluſionis. Verum litigioſus,non ſic: quia præmiſſæ cum ſolum apparentiam habeant, non concludunt.

Tripliciter peccat ſyllogiſmus litigioſus,primo in materia.

¶ Tripliciter contingit litigioſum ſyllogiſmum defficere:vno modo.peccat in materia:quia,ſ. propoſitio, quę aſſumitur, licet teneat in modo & figura: cum alias tamen ipſa videtur vera & probabilis: ſed tamen falſa eſt. Vt ſi quis argumentetur: nulla oppoſita ſunt ſimul vera,ſubcontrarię,ſunt oppoſita:ergo non ſunt ſimul vera. Inferio videtur diſpoſitus ſyllogiſmus: ſed tamen litigioſus eſt:non probat:peccat enim in materia.Quia aſſumit illã maiorem:nulla oppoſita ſunt vera:tanquã probabilem : cum tamẽ non ſit. Iſte ſyllogiſmus intelligitur in illis primis verbis diffinitionis : eſt qui ꝓcedit ex is quę vidẽtur probabilia. Dicitur hic in materia peccare:quia propoſitiones ſunt velut materia ſyllogiſmi.

2.Deffectꝰ in forma.

¶ Aliquando litigioſus ſyllogiſmus nõ peccat in materia:ſed ſolũ in forma. Vt [redacted],oppoſita ſunt ſimul vera, contraria & contradictoria ſunt oppoſita: ergo contraria & cõtradictoria ſunt ſimul vera. Maior & minor ſunt probabiles propoſitiones, imo & veræ certo Ob id, non eſt peccatum in materia: ſed in forma.Quia in nullo modo diſpoſitus eſt talis ſyllogiſmus: quia ex puris particularibus procedens. Datur antecedens verum & conſequeus falſum. Et iſte ſyllogiſmus intelligitur in illa ſecunda particula. Et qui ex probabilibus. Vitaretur deffectus in ſyllogiſmo,ſi fieret ſic. Omnia oppoſita ſunt ſimul vera, cõtradictoria ſunt oppoſita:ergo ſunt ſimul vera Et [redacted] bona eſſet conſequẽtia in darij, & antecedens eſt falſum: ſicut & conſequens.

3.Deffectꝰ in materia & forma.

¶ Aliquando ſyllogiſmus litigioſus peccat in forma & materia ſimul. Vt ſi quis colligat [redacted],nulla oppoſita ſunt ſimul vera, quædam ſubcontraria ſunt oppoſita ergo nulla ſubcontraria ſunt ſimul vera. Hic duplex cõmittitur deffectus,ſ.in materia:& in forma. In materia quidem, quia maiorem aſſumit vt probabilẽ cum tamẽ non ſit. Et in forma quia concluſionem infert vniuerſalem, particulari exiſtente aliqua pręmiſſarum. ſ.minore Qui deffectus ẽ in ſyllogiſmis,(vt nos ſupra diximus), Ariſtoteles tñ ſyllogiſmum litigioſum ſolum vocaret,qui in forma peccat,Qua propter,qui ſolum in materia, vt in primo exemplo: eſſet dicẽdus ſyllogiſmus. Ratio eſt,quia dialecticus conſiderat, vtrũ ſyllogiſmus habeat debitam formam,ſ.in modo,& figura ſit poſitus. Non curat,quod ſe tenet ex parte materiæ,ſ.ex quibus terminis conſtat. Sed litigioſus, non meretur abſolute vocari ſyllogiſmus, ſed cum additione diminuente:litigioſus ſyllogiſmus. Sicut ethiops non dicitur albus abſolute, ſed albus:ſecundum dentes.

Ariſto.

¶ Syllogiſmus falſigrafus, ille eſt:qui procedit ex propriis principiis diſciplinarum male intellectis. Vt ſi quis ita argumentetur omnes linęę deductę ab eodem puncto, ad idem punctum: ſunt æquales, linea recta & linea curua,deducuntur ab eodem puncto, ad idem punctum:ergo linea curua,& recta ſunt æquales. Antecedens eſt verum,& cõſequens eſt falſum. Deffectus committitur, quia procedit ex illo principio male intellecto. Omnes linęę ab eodem puncto,ad idẽ: ſunt æqles. Oportet intelligatur, de deductis per idem ſpatium. Nam ſi non deducantur per idem ſpatium,ſicut in curua & recta contingit:non erunt æquales.

CAPITVLVM. XVIII.
De enthymemate.

Boetius.

SEquitur de enthymemate,qđ a Boetio ſic diffinitur. Eſt oratio,in qua non omnibus pręmiſsis ante poſitis : feſtinata infertur concluſio. Vt ſi quis diceret, Petrus eſt homo: ergo

go Petrus eſt animal. Vel ſic, homo currit, ergo animal currit. Siquidem in prima debe- ret ſuppleri, ſic: omnis homo ē animal, & petrus eſt homo: ergo Petrus eſt animal. Et in ſecunda, homo currit, & omnis homo eſt animal: ergo animal currit. Eſt enim enthymema ſyllogiſmus imperfectus, vel truncatus. Et [redacted] grece enthymema, quod in mēte, ſiue cogitatione, alteram præmiſſarum occultet.

¶ Ariſto tamen, [redacted] diffinit: enthymema ē ſyllogiſmus, procedens ex icotibus, & ſignis

Quid icos. (Icos in pręſentiarum) idem ſignificat, qđ propoſitio probabilis. Ob id dicere qui procedit ex icotibus, eſt dicere, qui ex probabilibus procedit Et cum ſimiliter ſyllogiſmus dialecticus ex probabilibus: differt ab ēthymemate: quia in ſyllogiſmo dialectico, ponuntur exprẹſſe omnes prẹmiſſe ante concluſionem. Sed in enthymemate, ſubiicitur. Vt ſic, omnis mater diligit filium: ergo hæc diligit ſuum filium. Et omni benefactori eſt benefaciendū: ergo huic eſt benefaciendū.

Quid ſignū ¶ Signum intelligitur, propoſitio demonſtratiua: vel neceſſaria, illatiua alterius, ſiue ipſa in ſe ſit probabilis, ſiue neceſſaria. Vnde icos, ſiue probabile: in ſe conſideratur. Signum tamen, per comparationem ad illud quod infertur ex ipſa: vt ex ſignis procedit. Hoc enthymema: habet in māmilis lac, ergo viro iuncta eſt. Eo quod antecedens: inferat conſequens, tanꝗ̄ ſignum eius ex ꝓbabilibus. Tamen hæc omnis mater diligit ſuum filium: ergo hæc diligit filium ſuū: ex ſignis eſſet, quando infert neceſſario. Vt eſt homo: ergo animal rationale. Nō diceretur ex icotibus, ſed ex ſignis. Hẹc diffinitio data ab Ariſto, ſolum materiam inſinuat ex qua fiant enthymemata. Et quidem forte, idē icos & ſignum. Nam eadem propoſitio, q̄ in quantum in ſe probabilis, dicitur icos: dicetur ſignum, in quantum aliam infert neceſſario. Vt [redacted], omnis benefactor eſt diligēdus: ergo hic benefactor eſt diligendus.

Enthymema reduci poteſt ad ꝑfectum ſyllogiſmum. ¶ Omne enthymema cum ſit ſyllogiſmus, imperfectus, poteſt reduci ad perfectum. Nam ſupplendo deffectum, reducitur. Et aliquando ſupplenda eſt maior, aliquando minor: in reductione: quod contingit, in omni figura: ſecundum diſpoſitionem terminorum, in enthymemate. Ad ſupplendum autē, oportet cōſiderare: quod quia mediū concluſionem non intrat, pro medio in propoſitione ſupplenda, nō ſumetur aliquis terminus poſitus in concluſione: ſed ſolum ſumetur terminus, qui ſolus eſt in antecedenti poſitus. Et ex illo & prẹdicato concluſionis, fiet propoſitio ſupplenda. Exempli gratia, [redacted], hoc enthymema, homo currit: ergo animal currit Reducetur ad perfectum, ſumendo pro medio ly homo. Sic, homo currit, & omnis homo eſt animal: ergo aliquod animal currit in datiſi in tertia figura, ibi reductio facta eſt, ſupplendo minorem. Et iſtud enthymema, homo currit: ergo homo mouetur. Sic omne quod currit mouetur, ſed homo currit. ergo homo mouetur. In darij, in prima figura. Hic ſuppleui maiorem. Et iſtud. Mulier eſt palida: ergo peperit. Sic, omnis mulier quẹ peperit eſt palida: hẹc mulier eſt palida: ergo hæc peperit, in ſecunda figura. Quomodo ſupplenda eſt propoſitio quẹ deficit.

¶ Sed ad cognoſcendum, quando erit ſupplenda maior: & quando minor, ad reducēdum. Sit regula, quod quando ſubiectum antecedentis & concluſionis ſit idem termin⁹: tunc ſupplenda maior. Et quando prẹdicatum idem, [redacted] minor. Hic homo eſt rationalis: ergo animal eſt rationale. Minor ſuppletur, ſic. Homo eſt rationalis, & omnis homo eſt animal: ergo aliquod animal eſt rationale, in tertia figura. Sed hic, Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt animal. Erit ſupplenda maior, ſic. Omnis homo eſt animal, & Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt animal. Regula.

¶ Aliquando inueniuntur enthymemata ex quatuor terminis. Vt [redacted], homo currit: ergo animal mouetur. Et [redacted] virtute ſunt duo enthymemata. Et ſic, ad duos perfectos ſyllogiſmos reducenda. Vt in exemplo poſito. Sunt hẹc, homo currit: ergo animal currit. Et animal currit: ergo animal mouetur. Primū [redacted], reducetur ad tertiam figuram, in diſamis. Homo currit, & omnis homo eſt animal: ergo animal currit. Et ſecundū [redacted], omne quod currit mouetur, & animal currit, ergo animal mouetur in prima figura, in darij Enthymema ex quatuor terminis.

CAPITV. XIX. SEquitur de inductione.

¶ Alia

ALia ſpecies ſyllogiſmi eſt inductio. Quando a ſingularibus ſufficiẽter enumeratis, fit ad vniuerſale ꝓgreſſus. Vt [redacted], iſte homo ẽ capax diſciplinę, & iſte homo eſt capax diſciplinæ, & ſic de alijs: ergo omnis homo eſt capax diſciplinę. Et negatiue ſimiliter [redacted], iſte ignis non infrigidat, & iſte ignis non infrigidat, & ſic de alijs: ergo nullus iginis infrigidat. Oportet hic enumerare ſingularia omnia, alias non eſſet optimus progreſſus. Nam cum ad veritatem vniuerſalis requiratur veritas cuiuſlibet partis: vna ſola exiſtente falſa ſingulari, daretur antecedens verum: pro demõſtratis, & conſequens eſſet falſum: pro illa ſola ſingulari, vbi vnum non eſt demonſtratum. Quapropter non valet: hic homo eſt ſtultus & hic homo eſt ſtultus: ergo omnis homo eſt ſtultus, Quantũcunq; multi ſint demonſtrati, vno ſolo exiſtente prudente, & ſapiente. Et quando demonſtratio fit ab ſpeciebus ad genus: non eſt neceſſarium fiat per ſingularia ſpecierum, ſed ſufficit fiat vniuerſaliter per omnem ſpeciem. Vt [redacted] omnis leo ſentit & omnis aſinus ſentit, & omnis equus ſentit, & ſic de omnibus ſpeciebus: ergo omne animal ſentit.

Quomodo fiat inductio.

Notãdum.

¶ Veruni conſiderandum eſt, quia ly omne ſignum vniuerſale, quando cadit ſupra terminum genericum poteſt diſtribuere complete, & incomplete, complete tũc fit: (ſicut nos ſupra diximus) quando diſtribuit ꝓ ſingulis generum. Vt in hac, omne animal fuit in archa Noe. Senſus eſt, de qualibet ſpecie: quodlibet animal. Et [redacted] eſt falſa propoſitio & tũc oportet, omnia indiuidua cuiuſlibet ſpeciei demonſtrare per inductionem: argumentando a ſingularibus ad vniuerſale. Si tamen ſit diſtributio incompleta, quæ vocatur pro generibus ſingulorum: quæ tunc eſt, quando facit ſenſum: de qualibet ſpecie aliquod, [redacted] ſufficit cuiuſlibet ſpeciei vnũ ſingulare demonſtrare ad inductionem.

Notãdum.

Inductiõe poſſũt principia probari.

¶ peculiariter eſt notandũ, ſicut notat Ariſ. de hac ſpecie argumentationis, quę vocatur inductio, poſſe probari principia demõſtrationum, quæ dicuntur indemõſtrabilia. Vt omne totum eſt maius ſua parte, principium eſt indemonſtrabile: quia non poteſt per alias propoſitiones notiores demõſtrari. Sed tamen per inductionem, nihil prohibet. Sic, hoc totum in quantitate eſt maius ſua parte, & hoc totum in qualitate eſt maius ſua parte, & ſic in aliis: ergo omne totũ eſt maius ſua parte. Sic etiam omne animal rationale eſt diſciplinę capax, eſt principiũ indemonſtrabile, quia per alias propoſitiones notiores non poteſt probari, ſed tamẽ aliquali ſumpta experientia de homine, poteſt ſic per inductionem probari. Hic homo eſt diſciplinę capax, & ille homo. &c. ergo. Et ſic in aliis. Similiter ſi quis hoc principium, nullæ contradictoriæ poſſunt ſimul eſſe verę: velet probare per inductionem. [redacted], hę contradictorię nunquã ſunt ſimul veræ, & hę ſimiliter: ergo nullę poſſunt ſimul eſſe verę.

Inductio ad ſyllogiſmum perfectum reducitur.

¶ Iſte modus argumentandi per inductionem, poteſt ad ſyllogiſmum perfectum reduci: ſumendo pro medio ipſam inductionem, & pro maiori extremitate prædicatũ concluſionis probandę, & pro minori extremitate ſubiectum eiuſdem Sic affirmatiue, omne quod eſt iſte ignis, & ille ignis, & ſic omnibus demonſtratis eſt calidum, & omnis ignis eſt iſte ignis & ille ignis. &c. Ergo omnis ignis eſt calid9. Et negatiue [redacted], nihil quod eſt iſte ignis, & ille ignis, eſt frigidum: & omnis ignis, eſt iſte ignis, & ille ignis, &c. Ergo null9 ignis eſt frigidus in cellarent. Et [redacted] ex inductione fit perfectus ſyllogiſmus: & in alijs ſimiliter.

CAPITVLVM. XX.
De exemplo.

ALia ſpecies, & vltima eſt argumentationis: exemplũ: ex quo fit argumẽtum, ad probandam rem. Et quidem ſolet eſſe argumentũ efficaciſsimum, magis enĩ ſolent mouere exempla: quam verba. Vt ſi quis volens probare deũ miſericordem, & cuilibet pęnitenti indulgere: [redacted] argumentetur. Deus niniuitis quãuis peccãtibus pepercit, quia egerũt pęnitẽtiã: ergo ſimiliter parcet cuicunq; pænitẽti.

Ione. 3.

Et

Et ſi vellet probare Deum punire peccato-
Gene.19. res non penitentes: ſimiliter ſic, Deus ſodo mitas omnes igne de cęlo miſſo conſumpſit, quia in ſuo peccato permanſerunt. Ergo puniet non penitentes.

¶Oportet obſeruare in huiusmodi argumentationibus, vt ſit ſimilitudo in exemplo ad rem, quæ probari debet. Nam ſi quis argumentaretur, Iudas perijt quia peccator
Actuum.9. ergo Paulus ſimiliter: cum etiam peccauerit, & vterq; apoſtolus, Mala eſt illatio, quia non tenet ſimilitudo. Siquidem Paulus, & ſi peccauit, ad Chriſtum conuerſus, doluit, quod perſecutus fuerit eccleſiam: ſed tamē
Math.26. Iudas peccauit tradens ſanguinem iuſti: & quia non egit pænitentiam congruentem. (Congruentem voco) cum ſpe de venia: ſed deſperauit, ob id perijt Iudas, non pe-
Marci.14. rijt Paulus. Nec Petrus, licet peccauerit ne-
Luce.22. gando Chriſtum.

¶Iſte modus argumentandi reducitur ad inductionem imperfectam: & ad ſyllogiſmum, Exempli cauſa [redacted] Ex vno ſingulari, vniuerſalem concludendo: rurſus ſub illo vniuerſali, ſubſumendo: inferendo aliud ſin
gulare. Verbi gratia, Petrus peccator pæni- Luce.22.
tentiam agens veniam eſt conſequtus: ergo Marci.14.
omnis qui egerit penitentiam conſequetur veniam. Ecce quomodo ex vno ſingulari, ſeu ex inductione imperfecta intuli vniuerſalem. Rurſus ex illa vniuerſali [redacted]: omnis
qui penitentiam egerit conſequetur veniā Ezeche.18
peccatorum: ergo Latro pænitentiam agēs veniam conſequetur de ſuo peccato. [redacted] poſſent exēpla alia poni. Ex iſtis tn̄ licet colligere alia, &c. Manet ergo vtcunq; declaratum quot ſint ſpecies argumentationum, & quomodo illæ quæ ſunt imperfectę ſyllogiſſationes, ad perfectas reducuntur: & illa ſyllogiſſatio perfecta vocari debet, quæ tenet in modo, & figura. (Vt ſupra dictū eſt).

¶HIC EST FINIS OMNIVM ILLORVM QVÆ IN SVMMVLIS TRADI SOLENT, QVOD SI ALIQVA per incuriam Tipographi Correctoris ve errata fuerint inuenta: diligens attentus q; lector animaduertat, ſiquidem ne a grauioribus animum auerteremus poliendi recognoſcendi q; alteri commiſſum eſt onus, quippe qui & ſi linceos habuerit oculos non abſq; errore excudi potuerunt, in paucis tamen: & quę facilime a quouis corrigi valeant.

¶Tractatum de Thopicis & Elenchis libuit hic apponere ſtatim poſt ſyllogiſmos: vt ad manum ſit locus vnde facile argumentum poſsit formari.

HEXASTICON.

¶Det curſum facilem, veniam det quoq; delictis
ſpiritu flamifero mortalia pectora cremans.

dose

En desaconder a centor

[illegible]

Dios porro dilatar me
ael Cuerpo hornoro sepulchro

[illegible]

Consumar el [illegible]

esta firma falli
y acel fin al alguilar el banco

[illegible]

[illegible]

lega el [illegible]
y a el cutorar [illegible]
y el [illegible]
faulesfa [illegible]

¶TRACTATVS DE LOCIS DIALECTICIS.

CAPITV. PRIMVM.

POSTQVAM abſoluimus tractatū ſyllogiſmorum, conſeq̄nter & de locis dialecticis diſſerendum erit. Quippequi materiam, prębeāt ad ſyllogiſmos formādos, & ſint velut theſaurus quidā reconditus, & reſeruatus, & ad manum poſitus: quotieſcunq̧ opus ſit. Et quidē apud Ariſto. liber ipſe qui topicorum nuncupatur, ſicut vtilis: ſic & cuicunq̧ obuius. Ob id nō multum curant in ſcholis: diſcipulis hęc tradere non quia inutilia, aut nō neceſſaria ad pfectum dialecticū: ſed qa clara ſunt, & quicunq̧ voluerit humeros apponere, ſine pręceptore duce conſequi poterit. Et poſt Ariſtotelē, & Ciceronem: vnicus
Rodolph⁹. nr̄is tēporibus Rodolphus agricola de inuētiōe & d̄ locis dialecticis edidit libros eruditiſsimos, ſimul & eloq̄ntiſsimos. Quos conſulo legēdos ab illis, qui ſerio in animo ha-
(1. Loci.) bēt hanc dialectices partem, quā (Topichi), Vocant adamuſin penetrare. Ibidē exploratum erit, eruditionē cum grauitate & maieſtate ſermonis cōiunctā, quod per rarum eſt in hac nr̄a tempeſtate. Et quidē hic liber non ſolum dialectico proficuus, ſed in omni facultate admodū neceſſari⁹ ē. Et rethorico, & phiſico: & ſupra modū theologo verbi dei ꝓclamatori, & tādem cuilibet de aliq̄
Ariſto. re diſſerēti. Ob id non temere Ariſto. ſagaciſsimus multū inſudauit in tradēdis locis dialecticis, & velut de nouo, noua quędā congerens in vnum ordinē, non tam perſpicaci,
Themiſti⁹. & claro (ſicut in aliis ſolitus erat) digeſsit.
Boetius. Quapropter Themiſtius, & Seuerinus Boetius: dexteritate quadā ſingulari ordinatiſsime nobis tradiderunt. Nos poſt eos in præſentiarū tractatum iſtū topicorū cōpēdioſe quantū fas fuerit componemus. (Vt narrat Rodolphus libro. 1. de inuētiōe, ca. 3. Scripſit Ariſto. librum topicorū. Verum licet ipſe ſumo ingenio, eloquentia & rerum peritia: homo tamen: & quem latere aliquid potuerit, quiq̧ vt non omnia primus inuenerit, ita aliis poſt, aliqua inuenienda reliquit. Hæc ex Rodolpho. Qui & adducit Ciceronem, qui ad trebatium topica compoſita miſsit, & Quintilianum, Boetium, & Themiſtium: qui omnes licet ſatis perite ſimul & eloquēti ſtylo argumentum tractauerint, licet aliq̄n to ipſo Ariſto latius, & clarius: nō tamen tā in aperto rem tradiderunt, quin ipſe Rodolphus operępretium egerit hanc dialecticę de inuentione partē: pro auctore, ratione ſequutus, adiuuanda aliorū ſtudia, ob oculos ſic depingere: ſtylo modeſto: non affectato, claro & intelligibili. Nō vt ipſe de Ariſ. refert, quē vnū velut oraculum amplectitur omnis ſchola, qui ex propoſito ſic calamum tēperauit: vt vix non ſolum ab ingenio tardo, & humili: ſed neq̧ a perſpicaci, intelligi queat. Quippequi pręter rerum ipſarū difficilem acceſſum, in verbis quibus ea tradidit [redacted] ex propoſito enigmata appoſuit: vt vix vnus aut alter ſit, qui intelligat exacte. Et ne gratis loqui videamur, Themiſtij eſt Themiſti⁹.
teſtimonium, qui in hęc verba ait. Lōge aliter omnia foras ab eo eſſe edita, quam domi tradita. Dementięq̧ ſimile eſſe ſiquis legendis libris ipſius ſperet illius ſe ſententiā cōſecuturū. Difficilis ex propoſito Ariſto.
Sed quid Themiſtii teſtimonio opus eſt, cum ipſemet Ariſto. ad Alexādrum conqueſtum quod libros ediderit & in publicum legendos propoſuerit. Ait, ſic ea quę ad philoſophiā tradidiſſe: vt ītelligat nemo, niſi qui ab eo audierit, & ſic perinde eſſe, ac ſi edita non eſſent eius opera: hęc in ſententia: licet Ludouicus viues de epiſtolæ veritate dubitet. Ariſto. de ſe ipſo qd' obſcuritatem affectauerit.
Hęc omnia adduxi, vt ſicut labor Rodolphi non ſolum non vanus, ſed proficuus fuerit in locis tradēdis, poſt. Ariſto, Ciceronem, Quintilianum, Boetium Themiſtium, eo quod clarius, q̄ illi [redacted]. Hic conatus nō erit reputādus vanus, quia ad profectum illorū erit, quibus vel nō eſt copia Rodolphi: vel nō tātam peritiā habent romani

ſermonis,vt eum valeant intelligere. In his enim quæ a nobis de locorum ratione tradentur: ex propoſito ſic ſermonem temperabimꝰ: vt etiam infimis ingeniis poſsint eſſe obuia. Alios in nullo defraudantes, quibus ad Rodolphum & cęteros: in aperto eſt aditus. Noſtris contenti terminis, ſatisfactum erit noſtris laboribus: ſi fructum ſenſerint diſcipuli. Et quia catholicis tradetur legendus, tractatus exempla ex ſacris literis quãdo cõmode fiet: proponentur. Sicut & fecit doctus, ſimul & deuotus Titilman in ſua dialectica.

Neceſsitas libri.

¶Quam ſit neceſſarium iſtorum locorum peritia, munus dialectici manifeſtat: cuius eſt de quacunq; re propoſita, ad vtranq; partem diſſerere, & argumenta in medium ꝓducere: qui velut mutus hærebit, ſi non habeat in promptu, vbi tanquam ex penu: quę formet argumenta, ad quam voluerit probare partem. Qua ratione hæc diffinitio loci proponatur.

Quid ſit locus.

¶Locus eſt communis quędam rei nota, cuius admonitu, quid in quaq; re probabile ſit, poteſt inueniri. Sic Rodolphus. Hęc diffinitio clare oſtendit in quem finem loci dialectici ſint inuenti, velut quędã monimenta memoriæ: vbi inuenitur quid ad rem pro-
Boetius. bandam conducat. Boetius tamen ait locus eſt ſedes argumẽti, & merito qdem nam ſicut ſedes eſt vbi res conquieſcit, & inueniri valet: ſic etiam locus eſt: vbi argumentum ad fidem rei probandę faciendam inueniri poteſt. Exemplo ſumpto a venatoribus, nã ſi quis errabũdus, ignarus ꝙ loci vbi deliteſcant feræ vagetur, fruſtratur ſpe ſæpe. Verum qui latibula earum habet cognita: licet vno vel altero loco non inueniat, tandem voti fit compos, quia vbi ſedeant ferę prius cognouit. Sic etiam merito qui locorum dialecticorum habeat peritiam, cum argumentorum ſint ſedes: inueniet in promptu, de quacunq; re oporteat verba facere lautam ſupellectilem.

Quomodo interſit inter argumẽtũ & argumẽtationẽ.

¶Oportet tamen intelligere non idem eſſe argumentum: & argumentationem. Hoc enim totum: illud pars eſt. Nam argumentatio & eſt ipſum argumentũ, & res quę per argumentum probatur. Argumentum tamen, ſolum id quod probat, vel rei dubiæ fidem facit. Vt ſi quis a diffinitione ſic argumentetur: omne animal rationale diſciplinæ capax eſt, & omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo diſciplinæ capax eſt. Propoſitio dubia quæ probatur, eſt omnis homo eſt diſciplinę capax: argumentum probans, ſunt illæ duæ propoſitiones, maxime maior: omne animal rationale eſt diſciplinæ capax, & id argumentum dicitur ſumptum a loco certo, nempe: a diffinitiõe ad diffinitum. Totum aggregatum ſcilicet ipſe ſyllogiſmus perfectus dicitur argumentatio: ab arguendo, quod ſignificat aliquando, idem quod probo. Et ſic argumẽtatio: tanquam id quod probat argumentum, & ipſum quoq; argumentum.

¶Oportet hic in principio duos diſtinguere locos, præcipue vnum qui maxima dicitur: & alterum qui differentia maximę nuncupatur,

Quid maxima.

¶Locus qui maxima dicitur, appellatur in propoſito, propoſitio aliqua per ſe nota, & generalis: ex qua deſumptum argumentum argumentationem cauſat, & probandum probat. Et ſic neganti tale argumentum, opponitur ipſa maxima: vt ſic aſſentiat argumento. Vt in exemplo adducto, & in iſto ſyllogiſmo. Omne animal rationale eſt beatitudinis capax, & omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt beatitudinis capax. Ecce quomodo argumentum ſumptum a diffinitione. Si quis negaret, tunc ſic a maxima illa propoſitiõe ꝑ ſe nota, cuicũq; conuenit diffinitio, cõuenit diffinitũ: ſed diffinitioni hõis cõuenit eſſe capax beatitudinis: ergo & hõi, q̄ eſt diffinitũ. Similr ſi quis argumẽtetur: hõ eſt rationalis: ergo nõ eſt irrationalis, Brutũ eſt ſenſibile, ergo nõ eſt inſenſibile. Hõ decedẽs in grã ſaluabitur ergo
nõ cõdẽnabitur Qui crediderit et ſaluus erit, Mar.16.
ergo nõ dãnabitur. Hoc argumentũ innititur illi maximę, cuicũq; cõuenit vnũ contrariorũ, ab eo & remouet reliquũ. Et merito iſte ꝓpoſitiões generales loca dicũtur inqbus virtute cõtinẽtur ꝗ ꝓpta argumẽta. Similitudine ſũpta a corporali loco, vbi q̄ntitas locati poſita eſt. Sic quædã virtualis quantitas rerum probãdarum in illis maximis poſita eſt, & reſeruata.

Quare maxima dicatur.

¶Et etiã eo maximę dicũtur, qa nõ habẽt aliquas ſe priores ꝑ q̄s hę probari poſsint: ſed ex terminis veritas earũ cõſtat. et ſicut in ſyllo-

giſmo

giſmo maior dicitur.ꝓpoſitio vnde vis argumenti:et in qua virtute minor continetur: ſic iſtę maxime,in quibus: virtute: alię propoſitiones ſunt,ex quibus poteſt argumentum ſumi.

Differentia maximę.

¶ Eſt alius locus,qui differẽtia maximę vocatur. Et eſt,qua maxima,a maxima differt vt verbi gratia:in exẽplis ſupra poſitis, ſumptum eſt argumentum a maxima, cui conuenit diffinitio & diffinitum, Ibi diffinitio, & diffinitum,poſita ſunt:in ſecunda maxima,cui conuenit vnum contrarium, remouetur oppoſitum: ibi contrarium & oppoſitũ. Et iſti ſunt termini qui vocãtur differentię maximę:ideſt quo maxima a maxima differt. Nam iſta maxima, cui conuenit diffinitio,conuenit & diffinitum: differt ab alia, cui vnum contrarium cõuenit, remouetur & reliquum:in illis terminis Quia ibi a diffinitione & diffinito,hic a contrario & oppoſito ſumptum eſt argumentum. Et quidem hæ differentiæ maximarum, vocantur etiã loca.quia conſideratione eorum,argumentum ſumatur Vt dicendo,a diffinitione,ab oppoſitis,vel a contrarijs. &c.

Multo plures maximę quã differẽtię maximę.

¶ Iſti loci qui vocantur differentia maximę multo pauciores ſunt,quam ſint ipſæ maximę. Eo, quod contingat in vna differentia maximæ,plures includi maximas,patet. Nã in vna differentia maximę,ſ. a diffinitione: ſunt iſtę duę maximę, cui conuenit diffinitio,eidem & diffinitum: & econtra. Et alia,a quo remouetur diffinitio: & remouetur diffinitum. Si non eſt animal rationale, neq; homo erit. Et de quocunq; verificatur diffinitio aliquo ſuperaddito,de eodem & verificatur diffinitum,eodem ſuperaddito. Et locus differentię maximę, ſolet ſic ſignari, per ly.a.ſic. A diffinitione, a ſpecie, a genere,a contrario,ab oppoſitis. &c. Interdum ſic. A diffinitione,ad diffinitum,a parte,ad totum,ab ſpecie, ad genus. &c. Et tandem tan maxima,quam differentia maximę: locus eſt. Et merito ſedes argumenti vocatur,(vt dicit Boetius) quia ab vtroq; ſumitur argumentum.

CAPITV. SECVNDVM
De diuiſione locorum.

Diuiſio locorũ in cõmuni.

SOlent cõmuniter diuidere loca,in extrinſeca,intrinſeca, & media. Rodolphus tamen. 4. ca. primi libri, diſtinguit primo: in internos,& externos:& rurſus, externos diuidit,in eos ꝙ neceſſario coniuncta ſunt. Quæ (cauſæ vel effectus vocantur). &c. Et alia ſunt loca, ꝙ nulla neceſsitate rei coherent. (Quæ dicuntur accidentia.) Hęc vocantur communiter externa, ſeu extrinſeca: & illa quæ circa rẽ ſunt,vocantur media. Sequentes ergo communem declarationem. Locus intrinſecus ille eſt:quando argumentum ſumitur ab his quæ ſunt de ſubſtantia rei: de qua queritur: & extrinſecus erit, quando ſumitur ab eis quæ ſunt omnino a re ſeparata. Et medius erit,ꝙ participat de vtroq; extremo, & partin ſeparatur a re: & partin coniungitur ei. Exemplis reddamꝰ omnia clara. Vt ſi ſit q̃ſtio,nunquid homo ſit ſenſibilis?fiat ſic argumentum. Omne animatum eſt ſenſibile,homo eſt quid animatum: ergo homo eſt ſenſibilis. Locus vnde deſumptum eſt argumẽtum,eſt internus,ſeu intrinſecus:quia a ſubſtantia rei de qua erat q̃ſtio.ſ. a diffinitione eius. Ecce locus. Differentia maximę eſt internus,& locus maxima,cui cõuenit ſpecies & conuenit differentia,conſtituens ſpeciẽ. Vel cui conuenit genus: & conuenit ratio generis.

Quid locus intrinſecus & quid extrinſecus.

¶ Etiam ſi fieret argumentũ ad probandũ hominem eſſe corruptibilem: ſic. Omne cõpoſitum ex contrarijs eſt corruptibile, homo eſt compoſitus ex contrarijs: ergo ẽ corruptibilis: tam maxima.ſ. cui conuenit cauſa: & effectus,qui neceſſario ſequitur. Et differentia maximæ, a cauſa materiali. &c. Sunt loca intrinſeca.

Quid locus extrinſecꝰ.

¶ Loca extrinſeca vocantur,quando argumenta ſumuntur ab illis: quæ ſunt extra rẽ. Vt ſi quis petat, nunquid homo ſit rationalis?fiat argumentum ſic. Homo non eſt irrationalis: ergo rationalis. Sumitur & maxima, & differentia maximæ, ab extrinſeco. Similiter ſi quis petat, nunquid virtus ſit fugienda? Faciat ſic argumentum. Solum vitium eſt fugiendum,& virtus vitium non eſt ergo virtus non eſt fugienda. Ab extrinſeco ſumitur.

Quid ſit locus medi⁹.

¶Loca media vocantur,ſeu partin intrinſeca,& partin extrinſeca: quia ſumitur argumentum ab eo quod partin conuenit rei,& partin eſt extra rem. Vt ſi quis querat, nunquid humilitas bona ſit? ſumat argumentũ, humilis eſt bonus:ergo humilitas bona. Sumit argumentum,ab humili,a concreto: ad abſtractum,a denominato: ad denominantem. Quæ partin conueniunt, & partin differunt:conueniunt in principali ſignificato,quia tam humilitas,quam humilis:humilitatem important. Differũt tamen in finali terminatione, quia vnum concretum: aliud abſtractum.

Diuiſio loci intrinſici

¶Locum intrinſicum, aliqui ſubdiuidunt in locum qui a ſubſtantia rei ſumitur: & in eum qui a concomitantibus ipſam ſubſtantiam. Exemplum primi,vt ſi quis dubitet, nunquid homo ſit immortalis?deſumat argumentum ſic,Homo habet animam rationalem immortalem:ergo ipſe eſt ſecundum animam immortalis. Sumptum eſt argumẽtum,a ſubſtantia rei. Et huic adiungitur locus a deſcriptione, & a nominis interpretatione. Quia ſæpe contingit rem deſcribere quia neſcimus diffinitionem propriam ex genere,& differentia ſignare. A concomitãtibus rem, vt quando a cauſa efficiente, & finali Et etiam poſſet concomitans ſubſtantiã dici,ſi a cauſa materiali,vel formali ſumeretur. Si conſiderentur vt partes ſubſtãtiæ, & non vt tota ſubſtantia. Et ab accidente, & loco,&c. De quibus in ſpeciali erit ſermo.

CAPITVLVM.III.
De loco a diffinitione.

A diffinitione.

LOcus a diffinitione,qui merito primum obtinet locũ, quippe quę rei ſubſtantiam oſtendit ſic diffinitur. Locus a diffinitione eſt, habitudo diffinitionis: ad diffinitum. Locus ergo primus, qui differentia maximę vocatur,hic eſt:a diffinitiõe,ad diffinitum. Vbi conſiderata habitudine, quæ eſt diffinitionis,ad diffinitum: tanq̃ termini inferentis,ad terminum illatum: depromitur argumentum, ad probandam rei veritatem. Suppoſita ergo diffinitione diffinitionis quid rei, & quid nominis: de quo in principio dictum eſt, & quomodo quid rei diuiditur in quiditatiuam quæ phiſica,& methaphiſica eſt:& in deſcriptiuam & cauſalem per quatuor cauſarum genera, ſumitur argumentũ ab iſto loco,differentia maximę quatuor modis. Duobus affirmatiue: & duobus negatiue. Affirmatiuę ſic,ſit quęſtio exempli gratia,nunquid homo ſit capax beatitudinis?ſit ſic. Omne rationale animal beatitudinis capax eſt: ergo homo beatitudinis capax eſt. A diffinitione:ad diffinitũ.

Quæſtio ex parte ſubiecti.

Item ſi quis petat, vtrum homo ſit riſibilis? ſic. Omne animal rationale riſibile eſt:ergo omnis homo eſt riſibilis. Item ſi quis dubitet, vtrum humilitas proſequẽda: & ſuperbia fugiedã?ſic. Omnis virtus eſt proſequẽda: ergo humilitas,& omne virtutis contrarium fugiendum:ergo ſuperbia fugienda. Locus differentia maximę,eſt a diffinitiõe: locus maxima eſt,de quocunq; de quo dicitur diffinitio:dicitur & diffinitum. Hę quęſtiones & argumentationes,ſe tenẽt ex parte ſubiecti propoſitionis: de qua dubitatur ex parte prędicati,ſic. Nunquid concha ſit animal?fiat ſic, concha eſt corpus animatũ ſenſibile:ergo concha animal eſt. Similiter ſi quis petat, nunquid temperantia ſit virtus? ſic temperãtia eſt habitus bonus: ergo temperãtia virtus eſt. Locus differentia maximæ,a diffinitiõe:maxima ẽ,de quocũq; de quo dicitur diffinitio: & dicitur diffinitũ.

Ex parte pdicati.

Negatiue ſequitur.

¶Negatiue duobus modis etiam, ex parte ſubiecti:& ex parte pdicati. Si qs petat,nunquid Elephas ſit diſciplinę capax? ſic fiat. Nullum irrationale animal eſt diſciplinę capax:ergo nullus Elephas eſt diſciplinę capax. Item nunquid virtus reddat hominem malum,vel vilem? ſic. Nullus bon⁹ habitus, poteſt malum reddere hõiem:ergo nulla virtus facit eum malum. Sic nullus habitus ma l⁹ poteſt poſſeſſorẽ bonũ reddere: ergo nullũ vitium bonũ facit habentẽ. Loc⁹ differentia maximę a diffinitiõe ſumitur,& loc⁹ maxima eſt:de quocũq; de quo negaẗ diffinitio de eodem & diffinitum negari,neceſſe eſt.

Exemplũ.

¶Ex parte prædicati ſic, ſit q̃ſtio, nunquid ſimia homo ſit?eo quod imitatur hominem in multis,ſic fiat. Simia non eſt animal rationale:ergo homo non eſt. Nunquid homo ſit brutum? homo animal irrationale

non

non eſt:ergo homo brutum non eſt. Eſt loc⁹ maxima, de quocunq; negatur diffinitio:& diffinitum. Et differentia maxime dicitur: a diffinitione, ad diffinitum. Et iſti quatuor modi duobus includi poſſent, ſic cui conuenit diffinitio, & conuenit diffinitum: & cui non conuenit diffinitio, nec diffinitum conuenire debet.

Cõditiões bone diffinitionis.

¶ Ponit hic Rodolphus diffiniendi recte regulas in generali: cõpẽdioſe ſatis in hęc verba. Sunt autem in ſuma recte diffiniendi leges, vt diffinitio neq; plura complectatur quam difinitum neq; pauciora: ſed de quocunq; vnum dicitur, dicatur & alterum. Deinde vt quid ſit res: hoc eſt, ſubſtantiam eius explicet. Præter hæc, vt apta, hoc eſt, neq; ambiguis nominibus, quæ in multas ducuntur ſignificationes: neq; obſcuris, aut ex longinquo tranſlatis, cõſtet. Hęc eſt Rodolpho. Si quidem ad vſum loci huius maxime conducit, cum potiſsimum in qualibet re probanda, ſit eius diffinitio, a qua efficaciſsimũ argumentum trahi poteſt.

A diffinito ad diffinitionem.

¶ Sub iſto modo, a diffinitione: ad diffinitũ comprehenditur a diffinito: ad diffinitionẽ. Vt cuicunq; conuenit diffinitum, & conueniet diffinitio, & a quocunq; remouetur diffinitum, & remouebitur diffinitio. Et hoc continget, quando ſit quid notius diffinitũ: quam diffinitio. Vt ſi quis dubitet de morionibus, nunquid ratione vtantur: cum nunq; ſerio loqui videantur, tunc ex noto. ſ. quod ſint homines: ad ignotum erit argumẽtum, ſic. Moriones homines ſunt: ergo moriones ſunt animalia rationalia. Maxima ẽ cui conuenit diffinitum, conuenit diffinitio. Differentia maxime eſt, a diffinito: ad diffinitionem.

¶ Negatiue ſic, ſiquis dubitet, nũquid ſimia & Elephantus ſunt animalia rationalia: eo quod videantur vti ratione in multis, fiet argumẽtum ſic. Simia & Elephantus homines non ſunt: ergo animalia rationalia nõ ſunt. Locus maxima eſt, a quo remouetur diffinitũ, & remouetur diffinitio. Et ſi qs dubitet, nunquid aliq̃ animalia rationalia aliqñ non vtãtur ratione: fiet ſic argumẽtum. Aliq̃ homines nunq; ratione vtuntur: ergo aliq̃ animalia rationalia, nõ vtuntur ratione. Itẽ, vtrum aliq̃ irrationalia poſsint eſſe diſciplinabilia: fiet argumentum ſic. Canis, & Elephãtus doceri poſſunt: ergo aliqua irrationabilia ſunt diſciplinę capacia: in omnibus iſtis eſt argumentum a diffinito: ad diffinitionẽ. Et hęc eſt differentia maximæ. Locus maxima: cui diffinitum conuenit, & diffinitio. Et a quo remouetur diffinitum: & diffinitio Et hic erit vſus, quando probatur cõuenire accidentia diffinitioni, quia conueniunt diffinito, quia notius eſt, accidentia cõuenire diffinito. Vt ſi quis probet, eſſe album cõuenit homini: ergo conuenit animali rationali. Non tamen erit bonus modus probandi, ſic de proprio. ſ. homini conuenit eſſe riſibilem: ergo conuenit eſſe riſibile animali rationali. Ratio eſt, quia per prius proprium conuenit diffinitioni, in qua oſtenditur rei eſſentia, a qua fluit: quam conueniat diffinito, quod eſt contrariũ de accidenti cõmuni.

CAPITVLVM. IIII. DE loco a deſcriptione.

A deſcriptione.

SEcundus locus intrinſecus eſt a deſcriptiõe qñ quis argumẽtatur, vt cui conuenit deſcriptio: conueniat deſcriptum. Et primo premonẽdum eſt quod Boetius. & poſt eum Rodolphus notãt deſcriptiones ſupplere vicem diffinitiõis. Nã qa nos ignoramus rerũ differentias, nõ poſſumus ſic p genera & differẽtias rei diffinitionẽ naturã declarãtem aſsignare: ſed vtimur circunlocutione, & ſic rem deſcribimus. Vt ſi qs ignoret, ꝓpriã differentiã aſini, q̃ in ſua ſpecie cõſtituitur, deſcribat ſic. Aſin⁹ eſt aĩal auritum fęcundũ & duros habens quatuor pedes, ex tali deſcriptione, qa oſtẽdi videtur q̃ ꝓpria ſũt ipſius aſini: videtur oſtẽſa natura & ſubſtãtia ipſius aſini. Et ſic eſt vſ⁹ deſcriptionũ loco diffinitionũ

Boetius. Rodolph⁹.

Vtimur deſcriptiõe loco diffinitionis.

Exẽplũ deſcriptionis.

¶ Hõ. n. q ꝑ eſſentialia diffinitur deſcribitur ſic: eſt aĩal ſuorum actuũm dñs. Vel ſic: eſt animal doctrinę capax. Vel eſt animal riſibile, &c. Vel eſt magni cerebri, peſsimi odoratus, optimi tactus. Virtus: eſt habitus laudabilis. Vitium, eſt habitus vituperio dignus. &c. Et quidem patet differentia inter diffinitionem & deſcriptionem etiam nomine ipſo. Nã diffinitio importat rem ipã finire & limitare: oſtẽſa natura, & eſſẽtia eius

per diffinitionem. Deſcriptio tamen lineationem quandam groſſo modo factam rei importat. Verum propter cauſam dictã frequens eſt vſus & valde ſimilantur, tanquã deſcriptio vicaria ſit diffinitionis. Ob id

Cicero Themiſti⁹.

Cicero & Themiſtius: vnum ſolum locum poſuerunt diffinitionis, & deſcriptionis licet Boetius, & Rodulph⁹, diſtinxerint. Si ergo quis ſic querat, nunquid humilitas ſit virt⁹? argumẽtetur ſic, humilitas digna laude eſt ergo humilitas virtus eſt. Si quis dubitet, nũquid animal rationale ſit magni cerebri, & optimi tactus? argumentetur ſic. Homo eſt magni cerebri & optimi tact⁹: ergo animal rationale eſt magni cerebri, &c. Locus maxima, eſt cui conuenit deſcriptio, & conuenit deſcriptum, vel econtra. Locus differentia maximę, a deſcriptione, ad deſcriptum vel econtra, & tandẽ eo modo quo dictum eſt in loco a diffinitione, ſic in iſto a deſcriptione. Nam affirmatiue ſic: cui cõuenit deſcriptio, & deſcriptum, & econtra, & negatiue, a quo remouetur deſcriptio, & deſcriptum: & econtra.

A nominis interpretatione.

¶ In hoc etiam loco ponitur locus a nominis interpretatione, ſeu ethimologia vocabuli, nam ob deffectum cognitionis differẽtiarum (vt diximus) euenit vt loco diffinitionum non ſolum deſcriptione vtamur, ſed etiam nominis interpretatione. Vt ſi qs dubitaret, nunquid impendenda ſit opera dialecticę? ſic argumentaretur. Arti diſſerendi danda eſt opera, ergo dialectice. Nũquid Rethoricę inſudãdum? ſic fiat. Arti bene loquendi inſudandum, ergo rethoricę. &c.

Diſcrimen inter interpretationẽ diffinitionem & deſcriptionẽ.

¶ Differt nominis interpretatio a diffinitione & deſcriptione: quia diffinitio p eſſentialia, ſubſtantiã rei oſtendit: & deſcriptio ſimiliter, licet per accidẽtalia: tamen ethimologia, ſeu nominis interpretatio: ſolum quid nomen importet ſignificat. Ob id diffinitio quid nominis vocari debet, & Cicero vocat notationem, tanq̃ ſi interpretationẽ diceret: eo quod verba rerũ ſint notę. Et ab interp̃tatione etiã ſumuntur argumẽta, ſicut a diffinitione, & deſcriptiõe: (vt dixim⁹) & affirmatiue & negatiue; (vt ſupra oſteſum eſt), vt ſic.

Exempla.

¶ Sit q̃ſtio, nunquid Ieſus peccatores deberet recipere? Animarũ ſaluatorẽ decet peccatores recipere: ergo Ieſus qui ſeruator de buit peccatores recipere. Itẽ ſi eſſet q̃ſtio nũquid euangelizantibus ſint tẽporalia ad victũ debita? fiat ſic. Boni nũtij anũciatoribus erant ad victum neceſſaria miniſtrãda, ſed euangelizantes erant huius modi: ergo. Itẽ ſic, verum amatorẽ ſapientię non decet eſſe auarum, aut elatũ, ergo philoſophum nõ decet eſſe auarum, aut elatũ. Illis qui in ſortem dei ſunt electi, non decet luxurię eſſe notatos: ergo clericum minime decet, Illum qui de deo verba agit, non decet verba ſcurrilia & profana: ergo theologũ hæc non decent, & ſic in alijs. Loc⁹ maxima eſt, quęcunq; cõueniunt interpretationi: & conueniunt interpretato. Vel, cui conuenit interpretatio: & conuenit interpretatum. Et locus differẽtia maximę, ab interpretatione. Et eodem modo ſicut in diffinitione dictũ eſt, ſic hic ſimiliter affirmatiue: & negatiue. &c.

¶ Sub iſtis etiã tribus. ſ. diffinitione: deſcriptione, interpretatione alii tres concluduntur. Sub loco a diffinitione, intelligitur loc⁹ a differentia: eo quod differẽtia ſit pars potiſsima diffinitionis rei. Vt poſſet quis probare conchã eſſe animal, concha eſt ſenſibilis: ergo eſt animal: quia ſenſibile eſt differẽtia animalis. Et ſimiliter ſimia nõ eſt ratiõalis: ergo homo nõ eſt. Et locus maxima eſt: cuicunq; cõuenit differẽtia, & id cuius ẽ differentia. Et a quocunq; remouetur differẽtia, & id cuius eſt differentia, & locus differentia maximę eſſet, a differentia. Locus a differentia.

¶ Sub loco a deſcriptiõe cõtinetur loc⁹ a ꝓprio. Vt modeſtia ẽ p ſe laudabilis: ergo virt⁹. Petrus eſt riſibilis: ergo & hõ. Simia non eſt riſibilis: ergo nõ ẽ hõ. Locus maxima cui cõuenit ꝓpriũ, & id cui⁹ eſt ꝓpriũ, & a quo remouetur ꝓpriũ, & id cuius eſt proprium. Locus a ꝓprio.

¶ Sub loco ab interpretatiõe intelligitur locus a ſinonomis. Vt eſt enſis: ergo gladius & locus maxima, de quocunq; p̃dicatur vnũ ſinonomorũ, & p̃dicatur reliquũ. &c Similiter negatiue, nõ eſt enſis: ergo non eſt gladius. Locus a ſinonomis.

CAPITV. V. DE LOCO a toto vniuerſali.

POſtq̃ in duobus locis ſupra poſitis dictum eſt, de illis q̃ directe reſpiciunt ſubſtantiã rei: conſeq̃ntur dicẽdũ de illis q̃ cõcomitãtur ipſam ſubſtãtiã: & eſt totũ. Et q̃a multipl'er dicitur totum

Tripliciter totum: vniuerſale, integrale: potentiale.

totum,ſcilicet.vniuerſale, integrale, & potentiale,& totum in quantitate, &c. Primo de toto vniuerſali. Illud totū dicitur,quod partes ſuas continet:ex quibus & conſtare dicitur,& totum vniuerſale,quia in ſe includit particularia quædam: quæ admodum partis ſe habēt. Sicut genus dicetur totum, qa ſicut totū in partes diuiditur ex toto partes erunt. Sic a genere ſpecies, & ab ſpecie, indiuidua. &genus in ſuas diuiditur ſpecies tanꝗ totum in ſuas partes Et partes dicuntur partes ſubiectiue, eo quod ſubiiciantur toti:in ordinatione prędicamentali.quia totum de parte dicitur ſecundum ordinatam prędicationem. Vt,homo eſt animal,& Petrus eſt homo. Argumentum igitur ſumitur ab iſto toto, ad partes: & a parte ad totum:tam affirmatiue,quā negatiue. Vt,ſit quęſtio vtrum dialectica ſit vtilis? fiat ſic argumentum,ſcientia omnis vtilis eſt: ergo, Dialectica vtilis eſt. Hic factū eſt argumentum,a toto vniuerſali:ad ſuam partem. Similiter ſi quis petat, vtrum homo ſentiat? fiat argumētum,animal ſentit:ergo, homo ſentit. Hic maxima eſt, cui conuenit ratio generis:& conueniet ratio ſpeciei contentę ſub genere. Et differentia maximę eſt, a genere,ad ſpeciem. Similiter etiam negatiue,valet,ſi quis quęrat nunquid ſuperbia ſit vtilis? ſic erit argumentum. Nullum vitium vtile eſt:ergo,ſuperbia vtilis nō eſt. Nullum vitium eſt bonum:ergo,furtum non eſt bonum,&c,

¶ Et ſimiliter ſic valet,hoc animal hēt oēm ſenſum : ergo,hoc hēt olfactū. Hic hō habet omnē virtutē:ergo,habet caritatem. Hic homo habet omnē ſcientiā:ergo, habet Theologiam. & negatiue,hoc corpus non habet ſenſum:ergo,nec tactum,hic homo non habet ſcientiam:ergo, Theologiam nō habet. maxima eſt,a quo remouetur genus: & remouetur ſpecies, vel cui non conuenit genus,neꝗ ſpecies. Et differentia maximę a genere ad ſpeciem. Tot modis cōtingit argumētum fieri ab ſpecie , ad genus A parte ſubiectiua,ad totum ſuum vniuerſale:affirmatiue ſic. Concha habet vnicum,vel duos tantū ſenſus:ergo,aliquod animal duos tantum habet ſenſus Veritas apud improbos odium parit:ergo,aliqua virtus odium parit. Caritas eſt per quam efficimur amici

Ab ſpecie ad genus.

Dei:ergo,aliqua virtus nos efficit Dei amicos. Similiter habet tactum:ergo,habet ſenſum. Negatiue contingit ſic,concha nō habet omnes ſenſus: ergo, aliquod animal nō habet omnes ſenſus:non habet viſum:ergo non habet omnem ſenſum:nō habet humilitatem:ergo, non habet omnem virtutem. Maxima iſtorum argumentorū eſt,cui conuenit pars ſubiectiua,& conuenit totum. Cuicunꝗ non conuenit pars, nec conuenit totum,vel ſic,quod dicitur de parte ſubiectiua:& dicetur de toto. Quod negatur de parte ſubiectiua,& negabitur de toto. Differentia maximę eſt ab ſpecie:ad genus, vł a parte ſubiectiua:ad ſuum totū vniuerſale.

¶ Verum caute obſeruandum eſt, ad hoc, quod valeat argumentum a toto vniuerſali:ad ſuas ſubiectiuas partes. Oportet totū ſumatur vniuerſaliter, alias non valeret. Nam iſte modus arguendi non eſt bonus, aliquod animal habet omnē ſenſum: ergo, concha omnem habet. Sed tamen ſic valet.omne animal habet omnem ſenſum: ergo cōcha habet, ſicut valeret, omnis homo habet omnem virtutem:ergo,Petrus babet Econtra tamen,quando a parte ad totum eſt proceſſus:debet ſumi totum particulariter. Vt,ſic,concha habet tactum:ergo,habet ſenſum. Non tamē valeret:ergo, habet omnem ſenſum,nec valet,cōcha habet tantum vnum, aut alterum ſenſum: ergo, omne animal habet tantum vnum, aut alterū ſenſum,ſicut non valet, auis habet alas : ergo,omne animal habet,ſed ſequitur:ergo,aliquod animal habet.

Seruandæ ꝓprietates Logicales in hiſce argumentis.

¶ Sit documētum, tales argumentationes tam in iſto loco,quam in aliis: valere , quando ſupplendo propoſitionem, quæ defficit poſsint ad ſyllogiſmum perfectum cathegoricum: vel hypotheticum reduci. Nam ſi non poteſt reduci, nō valet modus arguendi. Vt ſic,Petrus habet caritatem: ergo, omnis homo habet caritatem,non valet. Nam ſupplendo quod deeſt,& Petrus eſt homo: ergo,omnis homo habet caritatem. Nam hic ſyllogiſmus in tertia figura, habet deffectum. Tum,quia concluditur vniuerſaliter, quod non contingit in tertia figura:tū quia eſt argumentum a termino non vniuerſaliter ſumpto in antecedenti, ad ipſum vniuerſaliter ſumptū in concluſione : ex parte

Documentum.

de ly homo, ſicut etiã non valet. animal currit: ergo, homo currit: quia ſupplendo & homo eſt animal, vel omnis homo eſt animal: ſeqtur, ergo, hõ currit: nã cũ ſyllogiſmus teneat in prima, & maiori exiſtenti particulari in prima figura nil ſequatur: ſyllogiſmus non erat bonus. Ob id neq; iſte modus arguendi tenet, tantum animal eſt homo: ergo, tantum animal eſt ſubſtãtia: quia iſte ſyllogiſmus eſt malus, omnis homo eſt ſubſtãtia, tantum animal eſt homo: ergo, tantum animal eſt ſubſtantia. Eſt enim in prima figura, & minor eſt virtualiter negatiua: illa, ſcilicet, tantum animal eſt homo, quia exponitur ſic: animal eſt homo & nil non animal eſt homo. Et committitur alius deffectus, ſcilicet, argumentum a termino nõ vniuerſaliter poſito in antecedenti: ad eundem vniuerſaliter poſitum in conſequenti, ex parte de ly ſubſtantia. Nam in maiori eſt indiſtribute, & in concluſione diſtribuitur: ratione de ly tantum. Habet enim virtutem diſtribuendi terminum mediatum (vt ſupra dictum eſt,) quando de exponibilibus agebamus.

CAPITVLVM. VI. DE LOco a toto integrali.

A toto integrali.

QVartus locus vnde argumentum ſumitur eſt integrale totum. Vbi contingit a toto ad partem, & a parte ad totum: & in præſentiarum totum integrale dicitur, quod conſtat ex ſuis partibus quantitatiuis ad inuicem coniunctis. Et ſic diſpoſitis, vt ſuum conſtituant & perficiant totum. Sicut homo totus conſtat ex capite, coniuncto collo, & ſtomacho, & inteſtinis, corde, brachiis pedibus. Quæ partes dicuntur integrales, quia integrãt ſuum totum, admodum quo domus conſtat ex fundamento, pariete, & tecto. Et quidem iſtarum partium quędam ſic ſunt principales: vt totum ſine eis non poſsit conſtare. Alię minus principales, ſine quibus licet totum poſſet conſtare, non tamen erit perfectum.

Quę partes principales.

Exempli cauſa, domus nõ erit ſi non habeat tectum, vel fundamentum. Tamen ſi deſit ei vna, aut altera feneſtra: domus erit, imperfecta tamen. Sic homo mutilus pedibus, vel manibus, homo erit: licet non perfectus. Tamen ſi ei deeſſet caput, vel inteſtina, vel cor, non poſſet homo dici, quia non poſſet conſtare. Ex iſto ergo loco argumentum ſumitur a toto: ad partem, vel econtra, loquendo de parte, quę principalis eſt, ſine qua totum non poteſt conſiſtere.

¶ Fit ſic affirmatiue, homo eſt: ergo, caput habet, homo eſt: ergo, in teſtina ei inſunt: & cor. Domus eſt: ergo, habet fundamenta habet & tectum. Maxima eſt, poſito toto integrali: neceſſarium eſt & partes principales poni. Non tamen valeret argumentum ad partes, vel partem minus principales. Sic, homo eſt: ergo, pedes habet: ergo, mutilus non eſt: licet valeret ſic, homo perfectus eſt ergo, pedes habet & manus &c.

Affirmatiue.

¶ Negatiue tamen nõ valet argumentum a toto ad partes ſingulas. Nam non ſequitur, domus nõ eſt: ergo, fundamentum non eſt: nam poteſt eſſe quod tectum nõ ſit, manente fundamento, valeret tamẽ ſub diſiunctione: ſic, domus non eſt: ergo, vel tectum vel fundamentum, vel parietes non ſunt, ſicut homo non eſt: ergo, vel caput non eſt, vel inteſtina, vel cor &c. Et tunc maxima eſt, ſi totum non eſt: aliquam eius principalem partem non eſſe: neceſſe eſt. Et differentia maximę, a toto integrali: ad ſuas partes.

A toto ad partes: quã non valet.

¶ A parte integrante ad totum valet negatiue ſic. In idolo cor non eſt: ergo, nõ eſt homo. Hoc ædificium tectum non habet: ergo domus non eſt. Maxima eſt, remota parte principali: & totum remoueri debet. Et differẽtia maximę. A parte ad totum. Affirmatiue tamen nõ valeret, a parte: ad totum Non valet, eſt fundamentum, ſunt parietes ergo, eſt domus. Licet ab omnibus ſimul coniunctis bene valeret. Hic locus eſt valde proficuus ad multa probanda: nam conſiderando rem integram, & partes quæ ipſam conſtituunt: eſt facile argumenta formare. (Sicut Boetius probat) res humanas diuina prouidentia gubernari: ſic, omnis mundus prouidentia gubernatur. & res humanę partes ſunt: ergo, res humanę Diuina prouidentia

A parte integrali ad totum.

Locus a parte ad totũ accomoda tiſsimus.

prouidentia gubernātur Morbos curari,& ſanitatem tueri,& vulnera mederi bonum eſt:ergo,ipſa medicina cuius hę ſunt partes bona eſt Iudicium habere de re quacunq̃, ad ipſam probandam argumēta adducere, bonum eſt:ergo,Dialectica bona eſt Deum cognoſcere,& de Deoloqui bonum eſt: ergo,ipſa Theologia bona eſt. Sic dicimus, hic legem implet:ergo,Deum & proximuꝫ diligit,ſicut negatiue,ſic,proximum non diligit:ergo,legem non adimplet. Sic etiam, hic pius eſt in Deum,in patriam,in parentes:ergo,pietatem habet. Negatiue parentes non veneratur,magiſtrum non colit:ergo,pietatem nō habet. Et ſic poſſumus laudare vel vituperare aliquod totum,ex eo, quod partes laudandę vel vituperandę veniunt,(vt ſi dicamus) agere aſſentatorem malum,quia falſum dicentibꝰ aſſentire malum. Magica ars abominanda,quia dęmones conſultare anathema eſt. Meretricem agere peſsimum,quia ineſcare iuuenes diabolicum,&c. Sicut & artes quæ habent in ſe partes laude dignas: maxime extollimꝰ.

Locus hic latiſsime patet.

¶ Huius loci vſus erit, explicando ſingulas partes rei dicendæ,& maxime commouet affectus. Si quis ſumeret Paulum vas electionis laudandum,poſſet exordium ſumere a lingua eius,quia locutus eſt tot verba vitę,tot conſilia ſalutifera. Et ſtatim de manibus,quibus tot & tan mira operatus Et ab oculis,qui viderunt archana,quę non li-
2.Corīt.12 cet homini loqui. Ab auribus quę verba vi-
tæ,(qualia alius non ſic ab ipſo Chriſto au-
AdGala.1. diuit)ſi pedes conſideret,quam beati illius
Apoſtoli Euangelizantis pacem, Euangeli-
Eſaiæ, 52. zantis bona, qui huc & illuc mundum cir-
cuibat,vt Chriſto aliquos lucrifaceret. Si il-
1.Corī. 9. lud ardentiſsimum pectus,in quo nō ſolum
feruebat caritas:ſed totum videbatur cari-
AdPhiľ.3. tas. Sic,vt nullus ſcādalizaretur,quin prius
ipſe vreretur Et nullus infirmaretur, quin
2.Corī.11. ipſe iaceret. Ad iſtum modum eſt campus latiſsimus,in quo quis poſsit ſpaciari,& argumenta innumera inuenire,& occaſionē dilatandi orationem & mouendi [redacted] affectu[redacted],(quod maxime curandum in publicum verba facientibus.)Sic etiam ad vtilitatem oſtendendam alicuius rei,quæ merito deberet ſic eſtimari,diſcurrēdo per mēbra ſingula. In homine(vt ſi quis contendet hominē humiliare.)Vt de ipſo humiliter ſentiret,qa puluis & vermis,&c. Sic fieret,Quæſo quid vilius homine,ſecundū corpus?quid capitis vertex,niſi teſta fictilis effi cta?Quid cerebrum ibi incluſum,niſi coagulum lacteum? Quid oculi quæſo,niſi humor congelatus?Quid nares,niſi foramina quędam,& meatus putredinis,& pituitę. Et quid aures,niſi vaſa ſordium? Et quid venter,& inteſtina omnia,niſi vas fictile,& ſtercorum plenum,& fetore & ſordibus ſuperans ſterquilinium omne. Quid ergo ſuperbit homo?

Geneſ.3.

CAPIT.VII.DE LOCO a toto in quantitate

Totum in quantitate vocatur,quādo ſumitur aliquis terminus communis, cum ſigno vniuerſali. T[redacted].(Vt [redacted],)omnis homo eſt diſciplinę capax, omnis homo eſt rationalis. Si tamen ſine illo vniuerſali ſigno ſumeretur, non diceretur,totum in quantitate,(Vt ſi diceremus) homo currit:non eſt ſenſus quod tota vniuerſitas hominum currat,ſed ſufficit vnus currat tanq̃ pars quædam. Et hoc totum differt a toto vniuerſali, nam non opus eſt in toto vniuerſali ſumatur cum ſigno vniuerſali ad hoc quod oſtendatur eius totalitas,& vniuerſalitas. Nam genus animal,ſine diſtributione eſt totum:continēs omnes ſuas ſpecies. Etiam differt a toto integrali, quia illud conſtat ex partibus quantitatiuis integrantibus. Hoc tamen,eſt totum alterius rationis:cuius totalitas ſumitur ratione ſigni vniuerſalis. Fit argumentum ergo, a toto ad partes [redacted]. Omnis homo ſentit:ergo,homo ſentit, omnis homo currit: ergo, homo currit. Et negatiue etiam [redacted],nullus homo eſt brutum:ergo,Petrus non eſt brutum,nullum irrationale intelligit:ergo,aſinus nō intelligit. Et maxima erit,quod conuenit toto in quantitate: conuenit & eius parti,& negatiue a quo remouetur totum in quantitate,& remouetur pars,vel cui nō conuenit totum,nec pars conueniet. Et differentia maximę erit,a toto in quantitate: ad

Diſcrimen inter totū in quātitate & totū vniuerſale

ad ſuam partem.

In toto vniuerſali ſequitur a parte ad totũ, nõ tñ in toto quãtitatis aut diſtributionis

¶ A parte ad totum valebat argumentum, in toto vniuerſali, vt homo currit: ergo animal currit. Sed tamen non valet in toto in quantitate, quia cum debeat ſumi vniuerſaliter, ab vna parte ad totum nõ valet. Non ſequitur, homo currit: ergo, omnis homo currit, ſed ab omnibus ſingularibus enumeratis, (vt dictum eſt in inductione) ad totũ: eſſet bonum. Et tunc maxima differentię, a partibus in quantitate: ad ſuum totum in quantitate. Et maxima eſſet, [redacted] quo dicuntur omnes partes in quãtitate dicetur & totum in quantitate.

CAPIT. VIII. DE LOCO a toto potentiali.

Totum potentiale dicitur, quando eſt aliquod totum includens in ſe plures potentias: velut partes. Et diſtinguitur a toto vniuerſali, & a toto quãtitatiuo, & a toto integrali, vt anima rationalis, dicitur vnum totum potentiale: cõtinet enim partes, ſ. voluntatem, intellectum, & memoriã, quæ ſunt eius potentię. Et anima ſenſitiua poteſt dici totum potentiale, continet enim ſenſum communem, phantaſiam ſtimatiuã ſeu cogitatiuam, & memoriam ſenſitiuam.

Partes vegetatiuæ.

Iſtæ omnes potentiæ ſunt partes potentiales illius totius. Etiam anima vegetatiua cõtinet augmentatiuam, nutritiuam, digeſtiuam, expulſiuam, retentiuam· licet iſtæ potius dicantur vires animæ: quam potentiæ. Sed tamen loquẽdo de anima rationali, argumentum ſumi poteſt a toto ad partem. Et econtra affirmatiue, & negatiue. Si dubium ſit, Nunquid ſimia habeat rationem, ſeu intellectum? Fiat ſic, nõ habet animam rationalem: ergo, nec rationem. Nunquid brutum quod videtur refutare cibum, & aliquando proſequi habeat voluntatem? Sit argumentum. Brutum non habet animam rationalem: ergo. nec voluntatem. Et affirmatiue [redacted], ſi quis dubitet, nunquid peſsimi homines, vt ſunt luxurioſi, & qui cõputruerunt in ſtercore ſuo habeãt rationem, quia tam ſine ratione ſequuntur vitam brutalẽ? Sit argumentum: habent tales animam rationalem: ergo, intellectũ. Maxima in iſtis eſt, cui conuenit totum potentiale: & ei partes cõueniunt. Et a quo remouetur totum, & remouebitur & pars. Et a parte ad totũ affirmatiue [redacted]. Si quis dubitet de aliquo homine ruſtico, vtrum habeat animam rationalem? Sit argumentum Habet liberum arbitrium: ergo, & animam. Habet memoriã intellectiuam: ergo, animam. Et negatiue etiam, ſimia non habet intellectũ: ergo, non habet animam rationalem. Maxima eſt, a quo remouetur pars, vel cui conuenit pars: remouetur totum, vel conuenit totum. Et differentia maximæ, a parte potentiali: ad totum potentiale. Bene video iſtum locum poſſe comprehendi [illegible] in illo, a diffinitione: vel a differẽtia: quia hæc ad rei ſubſtantiam expectant ſimpliciter. Verum quia de toto facta eſt mẽtio, vt clarius omnia intelligantur expreſſe libuit [redacted] ponere, vt etiam ſit vſui talis locus ad ſumendum argumẽtum. Et [redacted] ſimiliter de anima ſenſitiua, per ſuas potentias diſtinguendo: nam vbi complete anima ſenſitiua reperitur, & etiam huiuſmodi ſenſus interiores reperiũtur. quę partes potentiales vocari poſſunt ipſius animę ſenſitiuæ.

CAPITVLVM. IX. DE LOCO a toto in modo.

Eſt alius locus, vnde ſumitur argumẽtum, ab aliquo toto ſumpto abſolute ſine aliqua reſtrictione: & illud habet partes in modo, qñ reſtricte ſumitur. Verbi gratia, ſi dicam9 homo abſolute ſumitur, & dicit quodam totum abſq; limitatione, ſeu reſtrictione. Si tamẽ dico homo albus, homo ſapiens, homo bon9: totũ reſtringitur, & vocatur homo bonus pars in modo: quia non abſolute ſumitur: ſed reſtringitur. Ex hoc ergo toto ſumi poteſt argumentum, & affirmatiue: & negatiue. Affirmatiue [redacted], ſi quis dubitaret vtrum homines rudes ſint diſciplinę capaces fiat argumentum. Omnes homines ſunt capaces diſciplinę: ergo, & rudes. Si quis dubitet, vtrum malos Deus diligat? Sic fiet. Omnis factor facturam diligit: ergo, Deus homines malos diligit, vel ſic, oẽs homines Deus diligit:

A toto ad partem.

diligit:ergo,malos Deus diligit. Maxima eſt,cui conuenit totum in modum: & pars
A parte ad totum. conueniet. Et negatiue ſimiliter,[redacted]:nullum hominem Deus odit.ergo, malos non odit Deus. Fit etiam argumentũ a parte: ad totum. Et negatiue,& affirmatiue. [redacted],ſi quis dubitet vtrum angelus moueatur? [redacted] angelus intelligendo & volendo mouetur:ergo angelus mouetur. Anima intelligendo mouetur:ergo,anima mouetur. Eſt a parte in modo,ad totum in modo. Homines impii damnabuntur:ergo,aliqui homines cõdemnabuntur. Et negatiue [redacted], homines impii non ſaluabuntur:ergo,aliqui homines non ſaluabuntur. Maxima eſt,cui cõuenit pars in modo,conuenit totum in modo:& a quo remouetur pars,& remouetur totum. Et differentia maximæ eſt,a parte in modo: ad totum.

Cauendũ. ne fiat Elẽch⁹ a ſcđm qd ad ſimpliciter. ¶Caute tamen conſiderandum, loco determinationis reſtringentis:nõ ſumatur dictum ſecundum quid, vel determinatio alienans:quia [redacted] non valeret a parte: ad totum. Nam non valet,eſt homo pictus:ergo eſt homo. Eſt albus ſecundum dentes:ergo eſt albus Eſt fictus ſanctus:ergo,eſt ſanctus

Qñcunq̃ determinationes alienant. Et ratio eſt,quia iſte determinationes alienant. Et ſignum eſt, quandocunq̃ determinabile cum determinatione ſumptum eſt ſubiectum reſpectu determinabilis abſolute,ita quod determinabile abſolute prędicatur de aggregato,ex determinabili & determinatione:tunc eſt pars in modo. Vt ſic,homo albus eſt homo. Homo rudis eſt homo. Homo maius eſt homo. Iſtæ ſunt partes in modo,& non iſtæ. Ficte ſanctus, homo pictus,&c.

CAPITVLVM.DECIMVM de toto in loco& toto in tempore.

Conſequenter de toto in loco, & toto in tempore eſt loquendum. Aduerbium vbiq̃, totum localiter ſignificat. Nuſquam etiam,& nullibi Pars in loco dicitur,hic,in domo, in ciuitate, in terra,in cœlo,&c. Sumitur argumentũ [redacted], affirmatiue:a toto ad partẽ. Deus eſt vbiq̃: ergo, eſt in iſto loco. Deus vbiq̃ contemplatur omnes:ergo,in iſto loco. Deus vbiq̃ dominatur:ergo,in terris,& abiſsis,in cęlo, & in inferno. Differentia maximæ a toto in loco:ad partem. Maxima eſt,cui conuenit totum in loco,conuenit & pars. Fit etiam negatiue [redacted],nullibi eſt Antichriſtus:ergo,non eſt in iſto loco. Nuſq̃ homo poteſt abſcondi a Dei cõſpectu.ergo,neq̃ in iſto loco abſcondetur. Nuſq̃ deſunt mali homines: ergo,neq̃ in deſerto deerunt,nec in habitaculis monachorum.

¶A parte ad totum:non valet affirmatiue, ſeb bene negatiue:[redacted] non ſequitur,eſt homo in iſta domo:ergo,vbiq̃ eſt. Valet tamẽ in aliquo loco non ſunt mali,vt in cœlo:ergo,non in omni loco ſunt mali. In aliquo loco non eſt vinum vitis:ergo, non in omni loco eſt vinum vitis.

¶A toto in tempore ſimiliter,vt ſemper: in omni tempore ſignificat totum in tempore valet,ſicut in toto a loco. Vt ſemp eſt Deus: ergo,nunc eſt. Deus ſemper ſapientia diuina omnia gubernat:ergo,nunc gubernat. Semper vera dixit Chriſtus:ergo,nũc,quando dixit. Difficile qui habet diuitias ſaluabitur. Negatiue [redacted],nunq̃ Chriſtus eſt mentitus:ergo,neq̃ quando dixit, De omni verbo otioſo reddent homines rationem in die iudicii. Maxima eſt,cui conuenit totum in tempore:& pars. Et cui non conuenit totũ, neq̃ pars. Et differentia maximę, a toto in tempore. Sed tamen a parte ad totum,licet valeat negatiue:non tamen affirmatiue,[redacted] nunc non eſt:ergo,nõ in omni tempore eſt Tamen non valet,nunc eſt:ergo,ſemper eſt Sed tamen ſicut valeret ab omnibus partibus loci ab omnibus numeratis ad totum. Sic etiã ab omnibus partibus temporis numeratis,ad totum in tempore. Valet enim, eſt hic, & in inferno, & in cœlo, & in mari Deus:ergo,vbiq̃ eſt Deus. Sic etiam, eſt nunc,& heri,& cras,& ante hunc diem &c. ergo ſemper eſt.

Sapient. 8
Matth. 19.
Marci. 10.
Lucę. 18.
Matth. 12.

CAPITVLVM. VNDECI de loco a cauſis.

Conſequenter

CAPITVLVM. XI.

Onſequenter loquendũ erit de loco, a cauſa, Et cum ſit quadruplex genus cauſaruʒ, ſcilicet, efficiens, finalis, formalis, & materialis: a qua ~~cunctę~~ trahitur argumentum. Et iſte locus eſt potiſſimus, & fœcundiſsimus, & ad manum: ad argumenta adducenda. Ob id oportet aliquanto latius pertractare.

Phy. 2. phyſi. tex. commẽ. 27. 2 S Et de ſomno & vigi. c. 2. F. & 1. Metapi. c. 3 A. & 2. Poſte. tex. co. 11.

in n̄ra phiſica ſpeculatione

¶ Licet enim cauſarum cognitio nõ ſit pręſentis ſpeculationis, ſed ad Phyſicum ſpectet, de quo ~~in libris de Phyſico auditu nos~~ rationem tradidimus: quantum tamen neceſſarium eſt Dialectico. Oportet ſcire, cauſam efficientem diſtingui a finali, materiali & formali, ſicut in domo diſtinguitur domificator, qui cauſa efficiens eſt a lapidibus & lignis: quę ſunt materialis cauſa domus, ex quibus tanquam ex materia conſtat Et a forma ipſius domus diſtinguitur, quæ eſt quadrata, vel quid ſimile. Et a finali cauſa, quę ideo eſt: vt a frigore & tempeſtate habitantes defendat: quia ergo quælibet iſtarum cauſarũ, ab alia diſtinguitur: argumentum ſumi poteſt ad rem probandam, ſeorſum a qualibet cauſa, Et cum in qualibet re quatuor genera cauſarũ poſsint ſimul conſiderari, iſte locus a cauſa eſt proficuus.

Diffi nitio cauſæ.

¶ Cauſa pro nunc ſic diffinitur, eſt qua poſita, ponitur effectus, vel ad cuius eſſe: ſequitur effectus, vt quia Sol cauſat diem: quia Sol lucet, dies eſt Et poſito Sol eſt ortus, eſt dies, ſicut e [redacted] occaſus cauſat noctem, Sol occidit: ergo, nox eſt. Si enim noſtrum hemiſphęrium, a ſole nõ ſit illuminatum: tenebrę erunt, cum tenebræ ſint luminis priuatio.

Ratio illuminatiõis.

¶ Cauſa ergo efficiens illa eſt, a qua primo fit motus. Vt domificator cauſa efficiẽs eſt domus, & ignis calefaciens, eſt caloris cauſa. Sic de quolibet agente, ſiue ſit agens per naturam, vel agens per artem: principium, vnde motus ipſius actionis: merito cauſa efficiens vocatur.

¶ Sed tamen ſunt aliquę cauſæ neceſſariæ, ſine quibus certus effectus & determinatus euenire non poteſt, ſicut dies: nõ niſi per ortum, & pręſentiam ſolis. Et nos per eius abſentiam, & eclipſis ſolis, per interpoſitionẽ Lunę inter viſum noſtrum, & ſolem. Et lunę eclipſis, per interpoſitionem terrę inter ſolem & lunam. In iſtis affirmatiue, & negatiue, a cauſa ad effectum, ab effectu ad cauſam: infallibiliter ſequitur. Sic, eclipſis [redacted] ſolis: ergo globum lunę interpoſitũ habemus inter viſum & ſolem. Luna eclipſata eſt: ergo, interpoſita eſt terra inter eam & ſolem. A cauſa: ad effectum interpoſitum eſt lunæ corpus, inter nos & ſolem: ergo, ſol eclipſatur. Et interpoſita eſt terra: ergo, luna eclipſatur: & negatiue ſimiliter, non eclipſatur ergo, non eſt interpoſita, ſol eſt ortus: ergo, dies eſt, non eſt ortus: ergo, non eſt dies.

Vnde eclipſis lunę & ſolis.

Maxima in iſtis eſt, poſita cauſa efficienti neceſſaria: ponitur effectus Et remota remouetur, Differẽtia maximę eſt, a cauſa: ad effectum Et in tantum eſt verum eiuſmodi argumentum: vt antequam ſint effectus, poſsint naturaliter pręnunciari: quia etiam poteſt ſciri, quando cauſę ponentur: & quia tunc neceſſario conſequentur effectus, poſſunt effectus denuntiari: antequã ſint, Aliæ ſunt cauſæ quę licet ſint ſufficientes: non tamen ſunt ſic neceſſarię, vt iugulatio cauſa ſufficiens eſt mortis, non tamen neceſſaria: quia mors poteſt pluribus aliis modis euenire. (Vt conſtat,) ab huiuſmodi ad ſuos effectus valet ſolum, affirmatiue, ſic. Si hic iugulatus eſt: neceſſario interibit, vł interiit. Et ab effectu ad cauſam negatiue valet Nõ interiit: ergo, non iugulatus eſt. Non tamẽ valet interiit: ergo, iugulatus eſt, Cum aliunde mors poſsit euenire.

Cauſę non ſimpliciter neceſſariæ

¶ Conſiderandum tamen eſt: quãdo fit argumentum a cauſa [redacted] efficienti, & non neceſſaria: ſi fiat ſecundum potentiam, vel habitum: effectus etiam debet oſtendi in potentia, & non in actu, Vt ſi quis argumentetur: domificator eſt: ergo, domus eſt. Non valet: eſt ſcriptor: ergo, ſcriptura: quia poſſunt eſſe tales artifices, ſine hoc quod operentur. Ob id poteſt inferri ſic Domificator eſt: ergo, poteſt eſſe domus. Scriptor eſt ergo, & ſcriptura poteſt eſſe, piſtor eſt: ergo & panis poterit confici. Imo etiam ſi actu cauſa ſignetur, non ſequitur actu eſſe effectum. Sed ſolum vel fieri, vel fore. Vt domificans eſt: ergo, domus eſt. Non valet: ergo domus fit, vel domus erit, &c.

Notandũ.

¶ Ab

Ab effectu ad cauſam

¶ Ab effectu ad cauſam non valet, eſt domus: ergo, domificator, eo quod tales effectus, licet a ſuis cauſis dependeant infieri: non tamen in conſeruari.

¶ Sed quo lucidior ſit huius loci vſus, [redacted] proponamus exempla: quæ ad diuerſas facultates valeant applicari. Ex quibus liceat coniectari in aliis.

Exẽpla diuerſarũ facultatum. Theologicum argu. Ad Ro. 5.

¶ Si quęrat Theologus, nunquid mors ab initio homini conueniat tanq̃ ei naturalis? Sit ſolutio, argumento ſumpto a cauſa [redacted]. Mors eſt ab extrinſeco per dęmonis malitiam, & per peccatum proprium hominis: ergo: non per naturam ei conuenit. Quod patet per Paulum. Per vnum hominem peccatum intrauit in orbem terrarum, & per peccatum mors. Ecce mors per peccatum. Et ſic in omnes homines pertranſiit. Et qđ diaboli inuidia id ſit factum, Sapiẽtię. 2. ait Salomon, inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.

Phyſicum argumen.

¶ Quod ſi Phyſicus naturalis quęrat, nunquid poſt corruptam hominis naturam per peccatum, ſit neceſſarium hominem mori? Dicet maxime, a cauſa. quia calor naturalis ſemper agens in humidum radicale, aliquid eius conſumens, per humidum nutrimentale tantum, & tale, reſtaurari nõ poteſt, & ſic tandem neceſſarium eſt conſumi & [redacted] defficere: & mori. a cauſa: ad effectum eſt argumentum.

Matth. 12. Matth 12. Luce. 6. Matth. 7.

¶ In tantum cauſa poſita effectus concluditur, vt etiam in illis quę non neceſſario eueniũt, ſed ex libero arbitrio Chriſtus redemptor noſter ſit argumentatus in euangelio, phariſeos repręhendens ſic Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cũ vos ſitis mali? Quod & confirmat, ex abundantia cordis os loquitur. Ecce quomodo ex malitia concepta in corde, argumentum ad effectum, vt ore loquantur. Similiter vt conceperunt. Bonus homo de bono theſauro, bona profert, & malus mala ſimiliter. Et ad idẽ Matth. 7. Arbor bona bonos fructus facit, & mala malos Ex cauſa, ad effectum.

Matth. 15. 1 Corin. 15

¶ Et ab effectu, ad cauſam: ipſemet Chriſt⁹ docuit. Ab effectibus eorũ cognoſcetis eos, tanq̃ bonos, ſimiliter & malus: ab effectu ſit cognoſcendus. Bonus bona operatur, & malus mala. Opera enim teſtimonium perhibent de factore. Sic argumentatur, dicens: Quæ intrant per os non coinquinant hominem, ſed quæ de corde naſcuntur, ab effectu, ad cauſam & negatiue, eleganter Paulus. 1. Corinth. 5. argumentatur, Si mortui non reſurgunt, neq̃ Chriſtus reſurrexit. Ac ſi diceret. Cauſa noſtræ reſurrectionis Chriſti reſurrectio eſt, ſed vos conceditis cauſam: ergo, oportet, & effectum, vel ſi effectum negatis, oportet & cauſam negare.

Exemplu3 morale.

¶ Si quis dubitet, vtrum ſit lex iuſta, quę homicidam & latronem iubet interficere? [redacted] argumentetur a cauſa. Cauſa legis fuit naturalis hominum congregatio: quia animal politicum eſt, vt ſit pacificus conuictus inter homines & hoc eſt bonum & naturale: ergo, & hęc lex erit bona: quia conſeruat talem politiam.

Medicum exemplu3

¶ Similiter ſi quęrat medicus, nũquid ſomnus ſit naturalis? ſoluet ſic. Poſt laborem & ſenſuum & virium interiorum, & exteriorum longam fatigationem quieſcere, naturale eſt: ſed per ſomnum hoc fit ne animal defficiat in operatione cõtinua ſenſuum. ergo, ſomnus naturalis eſt.

¶ Si moralis phyloſophus petat, nunquid ſomnolẽtia ſit naturalis vt ſomnus ipſe. Reſpondet minime? Nam vitium per naturam nõ eſt, ſomnolentia tamen eſt vitiũ, cum indulgeat quis ſomno magis quam oportet. Et quando non oportet: ergo, ipſa ſomnolentia naturalis non eſt.

Ciuile exẽplum.

¶ Hic locus etiam iuuabit Iuriſperitum, ſi enim ſit quæſtio, nunquid dominus iumenti damnum ſoluat, eo quod in publica via paſcens ingreſſus fuerit alienum pratum? Terminabitur ſic a cauſa. Qui cauſam damni dat, damnũ dediſſe videtur, nã ſi domin⁹ iumenti cauſam dedit, eo quod ſciens animal ſuum petulans, & cibi auidum, compedibus non aſtrinxit, neq̃ cuſtodiam adhibuit: ſoluat damnũ. Si tamen dominus prati in cauſa fuit, quia dolo vel incuria aperuit vnde poſsit iumẽtum depaſcere aliena tũc ſibi imputet, quia damni cauſam pręſtitit.

1. Timo. 4

¶ Etiam eſt vſus huius loci, vituperãdo, vel laudando rem ab ipſo autore, vel a conſultore. Vt Paulus probat omnem creaturam bonam, quia a deo bono. Et [redacted] peccatũ malum, quia author malus. Nempe dęmon. Et [redacted] mors nõ eſt bona ſimpliciter, quia Deus nõ

Sapient. 1.

nõ eſt author mortis. Ait ſapiens. Deus mortem non fecit. Sic dicimus a cauſa efficienti bonum eſſe conſilium, bonum propoſitum: quia bonus qui ſuggerit, ſcilicet, Deus, vel ſanctus angelus. Bonam eſſe virginitatem, bonam continentiam, bonum eſſe vſum virtutis: quia ipſe Deus conſulit, & ſancti. Bonum eſſe relinquere omnia propter Chriſtum, quia ipſe conſilium præbuit de eo, bonum eſſe ſequi conſilia antiquorum, & maiorum maxime parentũ & magiſtrorum.

Matth, 19.

¶ Non eſſe bonum ſequi petulantiã, & quæ ſuggerit appetitus, & mundus, & Dęmon: quia iſti conſultores non fideles, ſed peſsimi ſunt. Admodum quo errauit Roboam Salomonis filius, ſequens conſilium iuuenum, in exigendis tributis a populo, non ſequutus bonos conſultores. Ob quod regnũ paternum, & auitũ perdidit, per diſceſſum ad Ieraboam.

3. Reg. 12.

¶ Sic etiam Paulus apoſtolus probat, legem nouam veterem excedere. Eo quod illa Angelorum miniſterio a Moyſe promulgata, Euangelica tamen a Chriſto immediate, & per ipſum nobis declarata, & per apoſtolos in mundum vniuerſum prędicata.

Ad Gala, 3. Matth. vlt.

¶ Simili argumento ſumpto, ſacramẽta nouę legis omnia illa quę in veteri ad Dei cultum & ſanctificationem erant ordinata excedunt: quia Chriſto autore Eccleſia habet, & veneratur.

Hęc in conci. Triden. Seſsiõe. 6.

¶ Ieiunium merito obſeruandũ pręcipim⁹ qa in veteri teſtamento ab Helia, & Moyſe inchoatum, & a Chriſto ſaluatore conſecratum, & a ſanctis exercitatum. Et ſicut hæc a cauſa laudãda veniunt: ſic etiam illa vituperanda, quæ autorem vel principium habent non bonum. Sicut ſunt magicæ artes, & cętera alia, quę ſuperſtitioſa ſunt, & igne digna in dęmonẽ autorem eam referimus. Et tandẽ huic loco finem imponentes, vbicunq;, & quomõcunq; ſit cauſę cõſideratio efficientis, vel eius quę eo tendit, vt rationẽ efficientis habeat: põt ſuppeditare occaſionẽ argumenti. Sic etiã a parẽtibus ad filios, in bonũ, vt imittẽtur: in malũ, vt abſtineãt.

Exo. 24.

CAPITVLVM.XII.DE LOCO a cauſa materiali.

POſt cauſam efficientẽ erit cõſideratio materialis cauſæ, quę etiam & ſubminiſtrat argumentum. Vt quã do eſt argumẽtum. Apud Sarracenos non eſt ferrũ, non ergo erit armorum vſus, &c. Apud illos ſunt bõi equui: ergo erũt optimi equitatores &c. Aduertendum tñ materiam duplicem eſſe, quædam eſt quæ permanet & nõ tranſit, ſicut materia armorum ferrum enim factis armis manet. Etiã lignum lapides ſunt materia domus domo enim conſtructa manent lapides & ligna. Alia materia eſt quę tranſit, ſicut farina, & aq̃: quę panis ſunt materia: & filix herba, ex qua vitrum conficitur. Argumẽtum ergo erit a cauſa materiali permanente, ad effectum. Ferrum eſt: ergo arma poſſunt eſſe, ferrum non eſt. non ergo ſunt arma. Lapides & ligna ſunt. ergo domus poteſt eſſe, lapides & ligna non ſunt: ergo domus non eſt. Similiter filix eſt: ergo vitrum poteſt eſſe. Farina & aqua ſunt: ergo & panis poteſt eſſe. Ab effectu ad cauſam affirmatiue ſic. Arma ſũt ergo ferrum eſt. Domus eſt: ergo lapides & ligna. Vbi materia eſt permanens. Sed tamen non valet negatiue, arma non ſunt: ergo ferrum non eſt. Domus non eſt: ergo lapides non ſunt. In materia tranſeunti. Panis non eſt: ergo farina non eſt. Non valet, ſed panis eſt: ergo farina fuit, optime.

Duplex materia.

¶ Sed tamen vt occaſio detur dilatandi locum iſtum a materia, oportet materiã etiã diſtinguere: quædam eſt ex qua fit aliud, vt eſt de qua loquti ſumus: alia eſt materia nõ ex qua, ſed circa quam verſatur alicuius cõſideratio. Vt ſi theologię materiam vocem⁹ ſermonem de Deo, Quia circa id theologus verſatur. Et materia dialecticę ſit ens rationis, argumentatio, vel verum aut falſum. Et Grãmatice eloqui recte, & Rethorice ornate. Et temperantię ſit circa cibum, & potum Et patientię materia, circa aduerſa toleranda: & fortitudo, circa terribila agredienda. Et ſic de omnibus alijs virtutibus Theologicis, & moralibus: & de omnibus ſcientijs, & diſciplinis, & de omnibus habitibus intellectus. Ex conſideratione ergo huius materiæ innumera ſumi poſſunt argumenta, ad probandum dignitatem virtutis, vel ſciẽtię,

Dupl'r materia conſideratur.

vel

vel habitus. Ex materia circa quam verſa-
tur, vt ſi animę ſcientiam præſtantiorem di
camus, quam ſit Phyſica diſciplina. (Vt Ari
ſtoteles probat) quia circa illam potiſsimã
hominis partem verſatur. Si Theologiam
affirmemus velut reginã inter omnes ſcien
tias, quia materia circa quam: ipſe Deus om
nium creator, & gubernator. Et inter Theo
logicas virtutes, cum Paulo caritatem dica
mus maiorem, quia eius obiectum imme-
diatum: ipſemet Deus. Inter morales prę-
ſtantiſsimam iuſtitiam ponamus, quia circa
difficile. Cum difficilius ſit hominem ſe ha
bere bene erga alium, quod reſpicit iuſtitia
quam circa ſe: quod reſpiciunt alię morales
virtutes. Vel quia per eam bene nos habea-
mus erga Deum, ei debitum obſequiũ red-
dendo &c.

¶ Sic dicamus votum bonum, quia de bo-
na materia, vel circa bonam materiam, &
ſic complendum. Et ſimiliter de promiſ-
ſione, ſi promiſsio circa bonum, vel de bo-
no: quia circa bonam materiam debet im-
pleri. Si tamen eſt votum de malo, vel pro-
miſsio: argumentum ſumendum: non eſſe
obligatos adimplere. Et ſic tandem in om-
nibus rebus ex materia, vel a cauſa materia
li: ſumitur argumentum.

CAPITVLVM. XIII. DE LO co a cauſa formali.

SIcut dictũ eſt in con-
ſideratiõe cauſæ ma
terialis, etiam conſi-
derandum venit in
formali cauſa: a qua
ſumitur argumen-
tum. Et formæ quæ-
dam ſunt naturales
ſubſtãtiales, aliæ ſunt
accidentales, & alię ſunt artificiales. Et ab
omnibus ſumitur argumentum a forma ad
effectum formæ. Vt in ſubſtantialibus. Ani
ma ſenſitiua eſt: ergo, brutum eſt, anima ve
getabilis eſt: ergo, animatũ eſt. Forma ſub-
ſtantialis eſt: ergo, ſubſtantia eſt, & ab acci-
dentali ſic. Albedo eſt: ergo, albũ eſt. Scien-
tia eſt: ergo, ſciens eſt, virtus eſt: ergo ſtudio
ſus eſt. Calor eſt: ergo, calidũ eſt. Frigus eſt:
ergo & frigidum, Statua eſt: ergo figuratũ,
vel forma eſt ſtatuę: ergo, ſtatua eſt. Forma
domus eſt: ergo, & domus eſt. Maxima erit
vbi eſt forma, vel cui conuenit forma: & id
cuius eſt forma. Et negatiue etiã valet, nõ
eſt forma ſubſtantialis: ergo, nec ſubſtantia
Non eſt forma ſenſitiua: ergo, neq; brutum
Nõ eſt vegetatiua: ergo, neq; planta. Et ſi-
militer valet, ab effectu formali: ad cauſam.
Eſt animal: ergo anima ſenſitiua. Eſt anima
tũ: ergo, eſt anima. Eſt domus: ergo, forma
domus. Eſt album: ergo, albedo. Eſt ſciens:
ergo, ſcientia. Et ſic in aliis omnibus, & ne-
gatiue ſimiliter, non eſt album: ergo, neq; al
bedo. Vnum tamen addendum, ſi de ani-
ma rationali ſit ſermo, quia cũ ipſa ſola per
ſe poſsit ſtare a ſubiecto ſeparata: nõ eſt ar-
gumentum validum, eſt anima rationalis:
ergo, eſt homo. Sed oportet dicere ineſt a-
nima rationalis: ergo, homo eſt. Ratio eſt:
quia cum anima rationalis creetur a Deo,
& non educatur de potentia materiæ: po-
teſt manere ſine ſubiecto. Ob id oportet ad
dere quod inſit, quod non eſt neceſſarium
de aliis formis, ſiue ſubſtantialibus, ſiue ac-
cidentalibus: quia non poſſunt eſſe per ſe, ſi
ne ſuis ſubiectis. Ob id ea poſita: & ponitur
ſubiectum, & ea remota, remouetur ſubie-
ctum.

¶ Item licet ſpatiari hic, conſiderãdo vnius
cuiusq; rei formam, nam cum eſſe rei a for-
ma dependeat, ſimiliter & operatio: ſecun-
dum formam licet argumentari. Vt ſi negẽ
mus ignem poſſe frigefieri, ſicut neq; aquã
calefieri, eo quod frigiditas forma requiſita
ad infrigidandum reperiri non valeat in i-
gne. Sicut nec calor requiſitus ad calefaciẽ
dum in aqua. Et ſic erit conſideratio alia-
rum rerum, ſicut Dedalus non potuit vola-
re, quia non habuit formam aptam ad vo-
landum. Huc pertinent omnes profeſſo-
res cuiuſcunq; ſint facultatis, & artifices
omnes. Nam ars, & profeſsio, velut for-
ma eſt profeſſoris, & artificis. Et ſic dicitur
non ſutor vltra crepidam. Ob id qui Theo
logus nõ eſt, nõ de rebus diſſeret Theologi
cis: quia forma nõ op; ſuos egrediatur limi
tes, ſic q dialecticus nõ eſt, non temere de re
dialectica diſputet. Et tandẽ q formã nõ ha
bet, neq; id qđ formã conſeqtur. Ob id argu
mentũ ſumetur a forma, ſcđm hãc cõſidera
tionẽ. Vt vbi ſit forma, & effectus formalis.

Duplices formę.

Anima rationalis nõ educitur de potẽtia materiæ. Alię autem ſic.

Vbi nõ ſit forma, neq; formalis effectus. Et ſimiliter in eccleſię ſacramentis, quę habent ſuas formas a Chriſto inſtitutas, & ab eccleſia vſitatas: argumentum erit a forma ad effectum formę. Vt eſt puer inmerſus inuocata ſanctiſsima Trinitate: ergo, baptizatus eſt. Eſt ſupra debitam materiam a ſacerdote prolata forma conſecrationis: ergo, ibi Chriſtus realiter eſt. Et ſic in aliis. Et a dignitate formarum poteſt argumentum ſumi ad ipſa quę talibus formis informantur. Vt ſi hominem dicamus prę eminere inter omnia bruta, quia animam habeat rationalem, formam digniſsimam: in qua Dei imago reperitur. Et hac ratione ſenſitiuum excedit vegetatiuum, quia forma ſenſitiua eſt prę ſtantior, & vegetatiuum excedit inanimatũ: quia omne viuens præſtantius eſt omni non viuente. Hęc eſt maxima, cui prę ſtantior forma, prę ſtantius eſt. Et cui conuenit forma, & ratio formę. Et differentia maximæ, a cauſa formali: ad effectum formalem, vel econtra.

CAPITVLVM. XIIII. DE LOCO A CAUSA FINALI.

SEquitur loc⁹ a cauſa finali, quę potiſsima cauſarum merito nuncupatur: quippe quę. (Vt in ſecundo Phyſicorum dictũ ẽ) ipſa ſit prima: & quę moueat omnes alias cauſas. Hic eſt etiam locus ſatis amœnus, & amplus: ad ſumenda argumenta. Nam tam artes, quã virtutes, & ſcientiæ omnes, comendabiles redduntur a fine. Et virtus virtutem excedit, habitus habitum, & ſcientia ſcientiam, & ars artem: per hoc quod finis vnius, ſit alio prę ſtantior. Inter illas dicimus prę ſtantiores, quę non ſolum finem habent intellectum illuminare, ſed inflãmare affectum. Sicut Theologia ſupereminet eo quod inflãmet affectum, & non ſolum quia illuminet, vt facit Phyſica, vel Methaphyſica. Inter virtutes prę ſtantiores ſunt Theologicę ipſis moralibus, quia illę ad Deum ordinantur tanq; ad proprium finem: iſte vel ad actiones, vel paſsiones moderandas.

Ariſtot. 2. phyſi. tex. co. 29.

¶ Ex conſideratione ergo finalis cauſę, veniunt & media conſideranda, & eligenda. Quæ ſe habent velut effectus cauſę finalis. Neq; mirum: naʒ ipſa cauſa finalis, qa prius eſt in intentione, mouet, & cauſat mediorũ electionem, vt ſi quis vellit domum ædificare, babeat pro fine ſe ab hoſtibus tutare, & defendere. oportet, & talem eligat domiſicatorem, & materiam domus, ſimiliter & formam: vt conueniat fini, ſcilicet, vt lapides ſint duri, & turris habeat formam, [redacted]: vt non poſsit facile expugnari. [redacted] etiam ſi vellit domum ſolum ad quieſcendum, & ad delitias, & oſtentationem. Et domificatores, & materiam, de qua ſimul & formam eligat competentem illi fini. Sic omnia illa quę velut media conſiderãtur, effectus ſunt ipſius finis. Ex fine ergo ad ſuadendum vel diſuadendum, ad approbandum vel reprobandum media: argumentum ſumendum eſt.

¶ Si quis animo conciperet filium ſuum futurum aulicum: non traderet imbuendum cerdoni, vel ſutori, neq; monacho. Si tamẽ vellet eum futuruʒ monachũ, ſtulte ageret ſi traderet aulico imbuendum: ſed oporteret tradere monacho. Sic in omni alia ſcientia prę concepta cõtingit, vt media ſint conformia, & non diſidentia a fine prę concepto. [redacted] ergo, licebit argumẽtari. Vitam beatam deſiderans conſequi: non ergo, ventri ſeruiendum eſt. Ad vitam ęternam vis peruenire? Vende: ergo, omnia quæ habes & pauperibus da. vel ſaltim quod neceſſariuʒ eſt perfice ſerua mandata. Vis in cognitionem Dei peruenire, vt ipſum plus diligas? Non in ſcientiis mathematicis, vel ſermocionalibus nimis inmoreris, ſed feſtinandum tibi erit ad ſacram ſcripturam, vbi id conſequeris: & voti fies compos. Vis carnem tuam ſpiritui ſubiicere? Orationibus, & ieiuniis inſiſtendum erit, & iſto modo argumentandi nõ ſolum a fine ad media conuenientia, vel a mediis ad finem: ſed etiam a fine ad refutanda, & fugienda media diſconuenientia, erit argumentum, ſicut Paulus argumentatus eſt, nemo militans ſe implicat negotiis ſęcularibus. Monachari vis? fugias hominum conſortia eſt opus.

Matth. 19

Ci oiin. 6

¶ Chriſtus

Seruatoris noſtri argumentu;

¶Chriſtus redemptor noſter argumentatus eſt in euangelio a cauſa finali:ad effectũ ſcilicet,ad medium quando Lucę. 9. Samaritani noluerunt eum recipere,& Apoſtoli dixerunt: Domine vis dicimus deſcendat ignis? Ait ipſe,non venit filius hominis perdere:ſed ſaluare. Ac ſi dicat,tali fine exiſtente:medium non conducit,igne iſtos perdere. Et Matth. 9. Excuſans vel ſatisfaciens Phariſęis,quod peccatores reciperet,& cu; illis manducaret:argumentum ſumit a cauſa finali.eo quod ipſe venerat vocare peccatores ad penitentiam,& non iuſtos. Ob id cum non eſſet alius modus conuenientior, quam cum eis comedere ,eos recipiebat, & cum eis comedebat. Et Lucæ 24. Nõne, oportuit Chriſtum pati,& ſic intrare in regnum cœlorum. Et Paulus a fine ſic,bonu; facientes nõ deficiamus Suo tempore metemus. Et primę petri. 2. Cõmunicãtes chriſti paſsionibus gaudete, vt in reuelatione glorię Dei: gaudeatis exultantes.

2. Corin. 9
Ad Gala. 6

CAPITVLVM. XV. DE LOco a generatione & corruptione.

Sequitur conſequenter de generatione dicere. Nam etiam argumentum ſumitur a generatione : ad rem genitam, vel econtra a generato:ad ipſam generationem. Vt ~~ſic~~ generatio virtutis bona eſt.: ergo, ipſa virt⁹ bona eſt. Generatio boni habitus bona:ergo ipſe habit⁹ bonus. Gñatio vitii mala: ergo,vitiũ malũ. Edificatio domus bona,ergo ip̃a dom⁹ bona. Edificare tẽpla & moneſteria , & xenodoxia eſt bonũ: ergo,ipſa templa & moneſteria & xenodoxia bona ſunt. Aedificare phana & idolorum templa & publica meretricum vł lenonum loca,malum:ergo,ipſa mala ſunt. Chriſti natiuitas & generatio vniuerſum mundum gaudio repleuit: ergo ,ipſemet Chriſtus natus omnes lætificauit. Virginis natiuitas gaudium attulit vniuerſo mundo: ergo, & ipſa virgo, gaudium cauſauit in mundo In natiuitate Ioannis multi gauiſi: ergo,cum ipſo Ioanne multi gauiſi. Sapientiæ acquiſitio ſuperat omne aurum:ergo,& ipſa ſapientia.

Lucæ. 1.
Prouerb, 3

A genito ad generationem.

¶Econtrario argumentum valet, a genito ad generationem. ~~Vt ſic~~ habitus bonus eſt virtutis:bona,ergo,eius acquiſitio,vel generatio bona. Templa bona ſunt,& monaſteria & vbi virgines ſunt incluſæ:ergo, ædificatio ipſorum locorum erit bona. Domus publicę meretricum non ſunt bonæ : ergo, ipſas ædificare non eſt bonum. Phana idolorum peſsima:ergo ipſorum ędificatio peſſima erit. Maxima eſt quorum bona generatio.& ipſum genitum bonum. Et quando genitum bonum,& ipſa generatio bona & differentia maximę,a generatione,ad genitum,vel a genito,ad generationem.

Argumentum hoc tenet in his q̃ ſunt per ſe talia.

¶Eſt tamen hic conſiderandum argumentandum a generatione ad genitum , vel econtra:in illis quę ſunt de per ſe talia, eo qđ per accidens poteſt cõtingere, quod aliqua ſit generatio bona, & genitum malum, vel econtra. Sed tamẽ hoc eſt de per accidens nam ſi ædificare loca publica meretricum de per accidens ſit bonum,ad maiora mala vitanda:non ſequitur ipſam domum,vel ipſum locum bonum. Oportet enim argumẽtari in illis, quę de per ſe talia dicuntur,vel bona.vel mala.

Argumentum a corruptione.

¶A corruptione etiam contingit argumentum,& affirmatiue:& negatiue. A corruptione,ad corruptum:& a corrupto, ad corruptionem. Hoc obſeruato, quod ſi corruptio dicitur bona,corruptum erat malum. Et ſi corruptio mala,corruptum erat bonũ. Exempli gratia: Deſtructio templorum eſt mala:ergo,ipſa bona erant. Corruptio hominis boni eſt mala:ergo, ipſe bonus erat. Deſtructio & ſuſpenſio latronis eſt bona:ergo,ipſe malus erat. Deſtructio templorum idolorum bona:ergo,ipſa templa mala Perditio ſapiẽtię & ſcientię mala:ergo, ipſa ſciẽtia & ſapientia bona eſt. Maxima eſt,cuius perditio vel corruptio bona: ipſum corruptum malum eſt,& cuius corruptio mala, ipſum corruptũ bonum erat. Sicut mors ſanctorũ mala eſt:qa malũ eſt boni moriantur, ergo,ipſi boni erant. Sic Xp̃s argumẽtatur, dicẽs de Iuda. Bonũ eſſet ei &c. Si.n.bona eſſet eius corruptio,vel nõ eſſe: ſuũ eſſe malũ eſt,ſicut:ergo,valet a corruptione ad corruptũ ſic a corrupto,ad corruptionẽ. Si corru-

ptum malum,corruptio bona. Si corruptũ bonum, corrumpi fuit malũ. Itaq; valet affirmatiue & negatiue,a corruptione ad corruptum:& econtra. Maxima eſt,cui conuenit corruptum eſſe malũ,corruptio erit bona,& differentia maximę a corruptione.

¶Sed tamen conſiderandum etiam eſt, vt hoc ſit loquendo de per ſe,(vt diximus) qa de per accidens nõ ſequitur. Non enim valet,mors Chriſti ſaluatoris bona fuit: ergo, ipſe malus,ſicut nec valet,mors ſanctorum preciosa:ergo,ipſi mali. Ratio eſt quia mors Chriſti ſecũdum ſe conſiderata, peſsimum fuit malũ. Quod ſcilicet Chriſtus Ieſus tam bonus,tam pius autor ſanctitatis, & pietatis:ſic morti eſſet traditus,de ſe bonu; non erat. Fuit tamen bonum, & valde bonum, imo neceſſarium bonu; ipſum mori,vt nos in ipſo omnes viuificaremur. Similiter ſanctorum mors in ſe malum eſſet,ſed ad Dei voluntatem conferendo, & quomodo ſtatim poſt mortẽ præmiantur, & vident Deũ facie ad faciem ſicuti eſt: de per accidens eſt prędioſa mors ſanctorum. Sic etiam nõ valeret ꝓſternere vel deſtruere publica loca meretricum eſt malum: ergo, ipſa bona erant Ratio omnium horum eſt, quia iſta ſunt talia de per accidens Ob id non valet ſic argumentum,ſed tamẽ in illis quę ſecundu; ſe ſunt talia,bene valet. Et maxima eſt. Cuius corruptio bona,ipſe malus. Et cuius corruptio mala,corruptum bonum. Et differentia maximę a corruptione.

Argumentum tenet in his, quæ ſunt per ſe talia.

.1 Cor. 13.

CAPITVLVM.XVI.DE LOCO ab vſibus.

Locus ab vſu.

EST etiam locus conſiderandus ab vſu rei,nam inde ſumitur argumentum, & ſatis frequenter. Vt ſi dicamus humilitate; bonam, quia vſus eius bonus. Et qa bonus eſt vſus pacientiæ,ipſa patiẽtia bona. Et ſimiliter quod bonus ſit equus,quia eius eſt bonus vſus, ſcilicet,ad equitandum,ad currum vehendum, & aratro terram proſcindendam. Similiter aſinus ſit bonus, quia vſus eius bonus, ad onera portanda, Domus ſit bona, quia vſus eius bonus. Et vinum ſit bonum,quia eius vſus bonus. Nam modeſte ſumptum exhilarat faciem hominis:& cor lætificat,& ad infirmitates ſtomachi prodeſſe ex Paulo conſtat Timotheo conſulenti vſum illius. Sic poſſumus probare nullam creaturam malam,quia nulla eſt a deo creata,quę non ad bonum vſum,quia vt Dei bonitatem,ſapientiam,omnipotentiam oſtendant, cum ergo, res in vſu bono probẽtur, ipſa bona, Sicut ait Chriſtus redemptor noſter. Lucæ decimo quarto. Et Matthæi qnto. Sal bonum,ſi non infatuatum ſit. Nam ex malo vſu malum probatur ſal. Si tamen habeant ſuum bonum vſum,præſeruare a corruptione:& conſequenter bonum erit, quia id cuius vſus bonus, & bonum erit, & bona res bonum habet vſum. Maxima eſt,ſi res eſt bona:& vſus rei bonus. Et econtra, vſus bonus:ergo,res cuius eſt erit bona. Et differentia maximę,ab vſu, & valet tam affirmatiue,q̃ negatiue.

p̃s.103 Prouerbio.13.
2.Thim,2.

¶Oportet tamen obſeruare: vt argumentum fiat in illis, quæ de per ſe contingunt: quia de per accidens poteſt eſſe aliquid bonum,& non ſequitur vſus ſit bonus, vel econtra. Nam peccati vſus de per accidens contingit bonum eſſe, & tamen non ſequitur ipſum peccatum bonum eſſe. Nam vt ait pater Auguſtinus, Deus adeo bonus eſt, vt mala non ſineret,aut eſſe permitteret:niſi ex eis maiora bona eliceret. Sic ex peccato Petri elicuit eius pœnitentiam & cognitionem, & in nobis corroborauit fidem:& ſpem. Fœlix culpa Adæ ait beatus Gregorius,quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Scandala in eccleſia Dei occaſionem multorum bonorum præſtant, ſed ve illis:quia hoc non eſt de per ſe bonũ:non ergo, ex vſu bono ſcandalorum, ſequitur ſcandalum eſſe bonum. Ad exercitium iuſtorum permittuntur mali in mundo: non ergo,quia vſus malorum eſt bonus, exercitium,ſcilicet,iuſtorum: ipſi boni ſunt. Sed quia mali vtinam conuertantur, & nobiſcum exerceantur. Ait pater Auguſtinus, quia iſta ſunt de per accidens, non veniunt conſideranda ſimpliciter.

Pater Aug.
Gregorius
Matth.18.
P.Auguſti.

¶Etiã eſt cauendũ in argumentando, ne ꝓ vſu adducamꝰ abuſu;, vt ſi qs argumẽtetur malũ eſſe vinũ, qa luxurioſi & ebrioſi male

eo

eo vtuntur. Vt, ſcilicet, quia vſus eſt malus,
ipſum vinum malum, vel ſic, vinum malū,
quia vſus ipſius malus apud illos. Nō valet,
quia iſte non eſt vini vſus, ſed abuſus. Nam
vinum non eſt datum ad inebriandū, neq;
ad ſe infatuandū temulentia ſed ad modeſ
te bibendum & ſobrie. Simili modo ſi abu-
ſum pro vſu qs aſſumat, ſicut faciunt aliqui
calumniatores: poſſent vituperare quę ſan-
cta ſunt. Nam in ipſis poteſt eſſe abuſus, vt
in cęremoniis. In cultu exteriori Dei, in or
namentis, & in aliis. Et ſic etiam poſſet qs
damnare omnem ſcientiam, & omnem ar-
tem quia contingit in eis abuſus. Vt ſi quis
dicat, nō eſſe perdiſcendam Theologiam,
eo quod qui fuerunt hęreſiarchæ, Theolo-
gi erant. Non eſſe perdiſcendas bonas &
humanas literas, eo quod ex illis fuerint qui
eccleſiam Dei lacerauerunt ſuis erroribus.
Eſt hæc conſideratio non ſapientum, ſed
ſtultorum. Quorum infinitus eſt numerus.
Eccleſiaſ. 1. Reſpiciunt ad vituperandum rem, quę me
rito eſt laudanda, nō ad vſum qui bonus eſt
& per ſe talis: ſed ad abuſum, q quia abuſus,
merito damnandus. Et non procedit talis
abuſus a tali re bona: ſed a malitia illius qui
male vtitur tali re. Cum ad bonum vſum,
ipſa ſit ordinata. Nil eſt in hoc mundo quan
tumcunq; illud bonum ſit ex ſe, quo malus
non poſsit male vti, ſicut ecōtra. Nil in mū-
do eſt tan malum, quo non poſsit bonus be
ne vti. & in bonum conuertere: nam dili-
gentibus Deum, omnia cooperantur in bo-
Ad Ro. S. num, his qui ſecundum propoſitum vocati
ps. 118. ſunt ſancti. Pax enim multa eſt Deum dili-
gentibus, & non eſt illis ſcandalum: quia in
illis in quibus alii ſcandalizātur, & corruunt
mali: boni ipſi non ſolum non corruunt, ſed
magis firmiter ſtantes eriguntur in altū per
vſum bonum illius rei, quæ non erat de ſe ta
lis. Hæc dixerim propter illos, qui impru-
denter vituperant quæ laudanda ſunt.

CAPITVLVM DECIMVM ſeptimum. De loco a communiter accidentibus.

HIc locus a communi-
ter accidentibus etiā · Locus a cō muniter ac cidentibus
eſt ſatis deſeruiens
propoſito, quippe qui
ſuppeditet argumen
ti materiam. Dicun-
tur [redacted] cōmuniter ac-
cidentia quia [redacted] con-
tingunt. vt, tribuan-
tur alicui cauſæ tanq; effectus, licet nō ſit in
veritate. Sed tamen quia [redacted] communiter
euenit, vt quia mulier concepit, peperit. Ta
men partus non eſt effectus conceptus, [redacted]
etiam quia arbor floruit, fructus habuit.
¶ Inter communiter accidentia quædam
ſunt quæ ſemper ita: alia quæ vt in plurimū · Accidētia cōmuniter alia ſemp alia vt ī plurimum contingunt.
vnum ad aliud ſequitur. Et alia ſunt quæ
non [redacted] frequenter, ſed aliquando. Et in illis
quæ vt in plurimum, quædam ſic ſe habent,
quod vnum tempore alio eſt prius. Vt da-
bamus in exemplo. Vt vitem turgere gem-
mis, & poſt folia mittere, & tandem botros
ſtare, prius quam cadere. Et cadere prius
quam reſurgere, & prius eſt iuuenem eſſe,
quam ſenem. In iſtis vnum aliud conſequi-
tur, licet non ſit cauſa alterius. Et id quod
tempore præcedit, conſequitur ſecundum
vim conſequentię, & non econtra. Ob id.
¶ Valet argumētum ab eo quod poſterius:
ad id quod prius affirmatiue, Vt hæc fœmi
na peperit: ergo, concepit. Vitis habet bo-
tros: ergo, folia & gemmas turgentes ha-
buit. Arbor habet fructus: ergo, floruit. Ha-
bet fœmina lac in mamillis: ergo, viro con-
iuncta eſt. Et negatiue valet econtrario, ab
eo quod eſt prius, ad poſterius. [redacted], non flo-
ruit arbor: ergo, non habet fructū, vel non
habebit. Non concepit fœmina: ergo, non
pariet. Non gemmę turgent vitis: ergo, nō
habebit botros. Maxima eſt, in communi-
ter accidentibus. Si id quod eſt prius non
fuerit, neq; id quod eſt poſterius. Et affirma
tiue, in cōmuniter accidentibus. Si id quod
eſt poſterius: eſt. Et id quod prius fuit. Diffe
rentia maximę a communiter accidētibus.
¶ A priori ad poſterius affirmatiue non va
let, non enim ſequitur floruit: ergo, habuit
fructum. Concepit: ergo, peperit. Habuit vi
tis folia: ergo, racemos. Sicut neq; ſequitur
negatiue, a poſteriori ad prius: non peperit:
ergo, non concepit. Non valet, non habuit

fructum:ergo, nec florem, non habet racemos: ergo, non habuit turgentes genmas. Iſta prædicta ſic eueniunt vnum ex alio, vt ſecundum naturam non inueniatur contrarium. Nunꝙ enim peperit quæ non prius concepit. Sicut nec fructum fecit arbor, niſi prius fuerit flos. Ob id argumentum, vt diximus validiſsimum & efficaciſsimum ſumitur.

Communiter accidētia.

¶ Sunt alia cōmuniter accidentia, quę licet non ſic neceſſario adinuicem conſequantur, ſicut prędicta: tamen ita frequenter eueniunt, vt vix contrarium inueniatur. Licet reperiatur aliquando, raro tamen. Et ex iſtis etiam ſumetur argumentum dialecticū, nam ſufficit dialectico [redacted] probet apparenter, & probabiliter: licet non demonſtret, & neceſſario concludat. Exemplū eſt, encœnia templi celebrantur: ergo, aliqui inebriabūtur. Dies gratus eſt & amęnus ergo aliqui egredientur deābulare Dies eſt nebuloſus & ingratus: ergo, homines domi ſe cōtinebunt. Iſta ſunt cōmuniter accidentia, quę ſolent contingere frequenter, licet non ſit neceſſariū. Tamen frequenter argumentum ſumitur ex illis. [redacted] vt eſt pax vbiꝗ locorum ergo, abundabunt horrea, & non erit annonę caritas. Bellū eſt: ergo, fames ſequetur. Fames eſt: ergo, peſtilentia erit. Hic conatur aliquid magni efficere. Patebūt ergo, hominum inuidię (Iuxta illud Ecclesia. 4) omnes labores hominum & induſtrias, animaduerti patere inuidię hominum.

¶ Sic ſumitur argumētū a naturalib⁹ ſignis vt ꝙ pluuia futura erit, ꝙ fertilitas anni erit vel ſterilitas: ſicut aſtrologi iudicant. Et qđ ſerenitas erit, vel erit dies nubiloſus. Et quidem hęc ſigna quia probabilia & vt in plurimum ſic eueniūt, vt ſigna oſtēdunt. [redacted] etiā materiam argumēti dant ꝓbabilem. Et hoc argumēto Chriſtus redemptor noſter vſus videtur Matth. 16. Et Lucæ. 12. Facto veſpere dicitis ſerenū erit, rubicundū eſt enim cœlum. Et mane hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum. Item cum ait de arbore fici. Cuȝ ramus eius tener fuerit, & folia nata. ſcitis, quia prope eſt ęſtas. In his & ſimilibus argumentum ſumetur a cōmuniter accidentibus. Rubicundum eſt cœlum, cras dies erit ſerenus. Non eſt rubicundū: non ergo erit dies ſeren⁹. Et iſtis poteſt addi iudicium ſumptum a cōplexione, vel cōpoſitione mēbroruȝ. Vt phiſonomi iudicant, & Methocopi q ex aſpectu faciei de interiori affectu & inclinatione iudicant. Vt quia habet frontem cornutam, boni ingenii iudi- Nota. cant iuuenē Si aures habeat longas, ſit ſtolidus. Et ſi paruas nimiū fatuellus ſit. Et ſi habeat oculos magnos, & nimium prominentes: ſit menticuloſus. Et ſi paruos oculos, ſit calidus in malum. De quibus Ariſto. Ariſto. (Si eius eſt liber de phiſonomia.) Ex iſtis licet ſumantur argumenta, non tamen quæ cogant & conuincant, ſed probant. (Vt diximus.) Et ob id hęc merito appellari poſſunt icota, quia ꝓbabilia. Et illa priora quæ ſemper ſic, & velut neceſſario vnū conſeqtur ad aliud. (Vt ſi peperit concepit) vocentur ſigna. (Vt tetigimus) quando de enthymemate loquuti ſumus.

¶ Sunt alia quę nec ſemper, neꝗ frequēter ſic eueniunt, ſed raro cōmuniter accidunt. Vt ſi quis eo qđ videat iuuenē ſe curioſe ornantē eum putet adulterū, vel fornicatorē: vel ſi quis ſemel viſo viro cum muliere confabulante, vel ridente: putet eſſe negotiū in malum. Ex iſtis ſuſpitionibus non trahitur argumentū dialecticuȝ, ſed ſophiſticum potius. Maximeqñ in malū argumentamur, Matth. 7. dicente Chriſto: nolite iudicare: & non iudicabimini.

CAPITVLVM. XVIII. DE LOcis extrinſecis.

Quid ſit locus extrinſecus.

PRimus locus extrinſecus eſt ab oppoſitis, & primo ab oppoſitis relatiue valet argumētuȝ, ab affirmatione vnius ad alterius negationem. Zacharias eſt pater Ioannis: ergo, non eſt filius eius. Ana eſt mater Mariæ virginis: ergo, non eſt filia eius. Ioannes eſt filius Heliſabeth: ergo, non eſt pater eius. Et Lucæ. 1. oportet in iſto modo argumentandi intelligatur particula ad idem, & ſecunduȝ idem. Quia non repugnat, quod ille qui pater eſt: ſit filius reſpectu alterius: & qui filius, ſit pater. Nam non ſequitur, Dauid eſt chriſti pater: ergo, non eſt filius quia eſt filius Iſai. Et Matth. 1. etiam eſt filius ipſius Chriſti, in quantum 1. Reg. 18. Chriſtus eſt Deus, ~~per adoptionem~~.

¶ Non

¶Non valet tamen iſte modus arguendi, pater non eſt. Ergo eſt filius., quia poteſt eſſe, quod nullum genuerit, & ſic non eſt pater: non tamen conſequitur, vt ſit filius, quia ſi non habet patrem, non erit filius.

¶In iſtis relatiue oppoſitis, ſequitur a poſitione vnius ad alterius poſitionem. Et a negatione vnius, ad negationem alterius: quia relatiue oppoſita ſic ſe habent, quod poſito vno ponitur & reliquum, & ablato vno: aufertur & reliquuꝫ, Si dominus eſt, ſeruus eſt. Si dominus non eſt, nec ſeruus erit. Verum in Relatiuis quæ ſe habent ſic, vt cum ampliatione ſignificent: non valet. Nam non ſequitur, prius eſt: ergo, poſterius eſt. Scibile eſt ergo, ſcientia eſt, ſenſibile eſt: ergo, ſenſus. Ratio, quia ſenſibile, & ſcibile, ſignificant cum ampliatione, ſicut in prædicamentis in ad aliquid, & in prędicamento qualitatis dictum eſt.

Ariſt. 2. Topic, c. 3, H.

Non ſequitur in Relatiuis includētib⁹ ampliationeꝫ.

¶Sub hoc loco comprehenditur argumentatio ab actiua ad paſsiuam. Vt, ego amo Deum: ergo, Deus amatur a me. Et a paſsiuo ad actiuum, Deus diligitur a Petro: ergo Petrus diligit Deum. Et etiam valet ab expreſsione nominis, eſt qui percuſsit: ergo, percuſſus eſt. Eſt calefaciens: ergo, & quod caleſit erit. Ratio horum eſt, quia actio, & paſsio: ſe habent relatiue ad inuicem.

Locus a cōtrarie oppoſitis.

¶A contrarie oppoſitis etiam ſumitur argumentum, quia ſi vnum contrariorum affirmatur de aliquo: oportet aliud negetur, & econtra. Vt ſi album eſt, nigrum non erit Si calidum eſt. non erit frigidum. Si ſit humidum, non erit ſiccum. Si eſt bonus: non erit malus. Si eſt prudens, non erit imprudens, vel ſi probus, non erit improbus.

¶Non valet tamen a negatione ad affirmationem in omnibus, ſed ſoluꝫ in illis quę ſunt contraria immediata, quę non habent medium. Bene valet, non eſt ſanū: ergo, eſt ęgrum. Non eſt ægrum: ergo, eſt ſanū. Sed tamen non valet, non eſt album: ergo, eſt nigrum. Quia poteſt eſſe fuſcum. Non eſt calidum: ergo, eſt frigidum, quia poteſt eſſe tepidum.

Locus ab oppoſitis priuatiue.

¶Affirmatiue ſumitur argumentū a priuatiue oppoſitis valet, eſt cęcus hic homo: ergo, non eſt videns. Videt: ergo, nō eſt cęcus. Mutus eſt: ergo, non poteſt loqui. Surdus eſt: ergo, non audit.

¶Negatiue etiam valet, ſi ſumamus ſubiectum ſuceptibile, & tempus determinatum per naturam. Vt homo iſte non poteſt videre: ergo, cęcus eſt Suppoſito tempus a natura determinatū tranſierit. Hoc dixerim, quia de catulo ante nonum diem, non valet argumentum. Catulus non videt: ergo, eſt cęcus: quia tempns per naturam determinatum non tranſiit.

Nota.

¶Notandum ꝙ termini priuatiui non dicunt puram negationem: ſed aliquid ponūt & aliquid tollunt Ponunt quidem aptitudinem quandam, & tollunt actum. Vt patet, quia cęcus non ſimpliciter. Dicit. Omne id quod videre non poteſt, quia ſic lapis diceretur cęcus. Cum tamen non dicatur. Sed tollit actum, vbi aptitudo erat ad vidēdum. Et ſic quia omnis homo ex ſpecie ſua habet quod poſsit videre, ſi viſu ſit priuatus: dicetur cęcus, alias non proprie, ſicut non dicitur regno priuatus ruſticus homo, qui non eſt de ſemine regio. Nec filius ſpurius, vel in adulterio natus vocatur exhæredatus, quia nunꝗ dicitur hęreditate priuatus, niſi qui legitimus erat hęres, & habeat aptitudinem, & ius ad hęreditatem.

¶Locus a contradictorie oppoſitis.

¶In contradictorie oppoſitis dupliciter argumentum valet, vno modo in ꝓpoſitionibus affirmando vnam, negando aliam: vel econtra. Vt ſi eſt verū ꝙ omnis homo currit, falſum eſt: aliquis homo non currit, vel ſi falſum eſt: omnis homo currit. Maxima eſt duę contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul vere, neꝗ ſimul falſæ.

¶In terminis ſemper etiam valet ab vnius affirmatione, ad negationem alterius: & econtra. Vt a termino finito ad infinitum, & econtra. Vt Petrus eſt homo: ergo, non eſt non homo. Lignū eſt non homo, ergo non eſt nō homo. Si lapis non eſt homo: ergo, eſt non homo. Et ſi non eſt nō homo, homo erit neceſſario. Maxima hic eſt, de quolibet affirmatio vel negatio, de nullo vero ſimul.

CAPITVLVM. DECIMVM nonum de loco a contrario: & in ipſo.

CAPITVLVM.XIX.ET.XX.

SVmitur etiam argu-
mentum a contrario
& in ipſo : vltra oppo
ſitiones poſitas,& cō
tingit quando duo ad
inuicem coniungun-
tur in antecedenti, &
duo oppoſita his:con
iunguntur in conſe-
quenti,dicitur fieri tunc argumentum a cō
trario:vel in ſeipſo dicitur a cōtrario,quan-
do vnum oppoſitum in antecedenti eſt ſub
iectum,& in conſequenti. Et ecōtra. Vt ſic
homo eſt animal.ergo,non animal eſt non
homo. Dicitur argumentū in ipſo,ſi in con
cluſione idem ſeruetur ordo, ſicut in ante-
cedenti. Vt ſic,humilitas eſt virtus:ergo, ſu
perbia eſt vitium. Iſte modus arguendi vi-
detur ſumptus ab oppoſitis. Et maxime in
contrariis contingit,humilitas eſt amabilis:
ergo,ſuperbia eſt odibilis. Humilitas eſt lau
dabilis:ergo ſuperbia vituperabilis. Si eſt
pulchra res vrbanitas,indecora erit ruſtici
tas. Vera ſcientia humilem facit: ſophiſtica
Prouer, 15. inflatum. Reſponſio molis frangit iram:er-
go,amara exagitabit.

¶ In relatiue oppoſitis. Pater eſt dignior: er
go filius eſt minus dignus. Pater eſt dignita
te prior & origine:ergo,filius poſterior. Vir
caput eſt vxoris,ipſeq; a deo prelatus. Vxori
1.Corin.11 ergo per deum eſt viro ſubdita. Preceptoris
eſt docere:diſcipuli diſcere Domini eſt im-
perare:ergo,ſerui erit obedire. Prælati eſt,
preeſſe:ergo,ſubditi eſt ſubeſſe.

¶ Ab oppoſito ordine frequēter in priuati-
ue&contradictorie oppoſitis contingit ſæ
pe. Qui habet auditum,habet ſenſum:er-
go,qui caret ſenſu, caret auditu. Qui habet
virtutē habet laudem & gloriam : qui eſt in
gloriꝰ,virtute caret. Qui hæreditatē habet,
heres eſt:qui ergo,exheredatꝰ eſt: nō habet
hereditatē. Qui habet ſcientiam: ornamen-
tum anime poſſidet:ergo,qui non habet or
namentum anime,ſcientia caret.

¶ In cōtradictorie oppoſitis,fortitudo quæ
ſe habet circa pericula mortis virtus eſt:er-
go,quod virtus non eſt,fortitudo non erit.
Humilitas qua quis de ſeipſo humiliter ſen-
tit Deo grata eſt:ergo,qđ Deo gratū nō eſt,
Eccleſi. 15. humilitas nō erit, Qui Deum timet bona fa
cit:ergo,qui bona non facit Deum non ti-
met. Qui deū diligit, mādata eius ſeruat:er Ioā.14. &
go,qui nō ſeruat dei mādata,deū nō diligit. 15.

¶ Sed tñ locus in ipſo non valet vniuerſali-
ter,nam in priuatiue oppoſitis, non valet.
Qui habet viſum habet ſenſum:ergo,qui ca
ret viſu:caret ſenſu. Item non ſequitur,om
nis qui habet abundantiam auri & argenti,
diues eſt:ergo,qui caret auro & argēto pau
per eſt: quia poteſt in aliis eſſe ditiſsimus
Neq; ſequitur in contradictoriis, homo eſt
animal:ergo,quod non eſt hō , non eſt aīal.

¶ Ad id etiam poterit pertinere a diſpara-
tis ſumere argumentum.

¶ Sumitur argumētum in diſparatis ab af-
firmatione vnius: ad alterius negationem.
Sic,Petrus eſt animal.ergo,nō eſt lapis. Sed
a negatione ad affirmationē non valet,non
eſt lapis:ergo,eſt homo. Maxima eſt,cui cō
uenit vnum diſparatorū:nō cōuenit alterū

CAPITVLVM.XX. DE LO-
co a maiori.

ESt alius locus extrin-
ſecus,qui a maiori vo-
catur Quādo enim fit
cōparatio maioris ad
minorem, tunc cōtin-
git. Et hic maius capi-
tur non pro maiori in
quantitate,ſed pro illo
quod habet maiorem probabilitatem,ſicut
maius eſt Imperatorem ciuitatē expugna-
re,& minus eſt, quod dux id efficiat. Sicut
maius eſt ciuitatem,quam Caſtrum expu-
gnare.

¶ Fit ergo argumentum ſic,a maiori nega-
tiue. Non poteſt Imperator hanc expugna
re ciuitatem dux ergo,non valebit: rex nō
poteſt hanc expugnare vrbem:ergo,nec co
mes poterit. Demoſthenes, aut Cicero ſi
adeſſent non poſſent hanc defendere cau-
ſam,quanto magis ſimplex Grammaticus.
Hæc argumenta ſumpta ſunt a parte ſubie-
cti. A parte predicati ſic,exercitꝰ iſte nō po
teſt expugnare domū non munitam: ergo,
nec poterit ciuitatē munitam. Si qs non po
nit facultates ꝓ ſalute ꝓximi, multo minus
animā ponet. Si verba iniurioſa ꝓ Xp̄o non
patitur,neq; mortē patietur. Si quis proxi-
mum quem videt non diligit,quanto magis 1. Ioan. 3.
Deum quem non videt non diliget.

¶ Ex

¶Ex parte ſubiecti,& prędicati. Imperator
non poteſt ciuitatem expugnare:quomodo
dux poterit regnum? Vir robuſtus non po-
teſt portare centum, quomodo iuuenis po-
terit.200, Philoſophi illi ingenio pręſtãtes
ſumme laborantes non potuerunt vnius
minime creaturę perfectam aſſequi cogni-
tionem;quomodo nos oſcitãtes,& ingenio
tardi poterimus altiora intelligere?&c. Ma
xima eſt, ſi id quod magis videtur non eſt
verum,neq; id quod minus videtur.

¶Affirmatiue tamen nunq; valebit argu-
mentum, nõ ſequitur. Vir robuſtus huic o-
Aristo. neri ſufficit:ergo iuuenis & infirmus. Notã-
dum Ariſto in huius modi argumentatione
a maiori,triplicem poſuiſſe maximam in iſ-
tis terminis. Vno de duob⁹ dicto, ſi id quod
1. Maxima magis videtur ineſſe nõ ineſt, neq; id quod
minus, Hęc deſeruit quando eſt argumentũ
a parte ſubiecti, quia tunc vnum prędicatũ
dicitur de duobus ſubiectis. Quia ab vno ad
aliud fit argumentum.

2. ¶Secunda maxima eſt, duobus de vno di-
ctis:ſi quod magis videtur ineſſe non ineſt,
nec quod minus videtur ineſſe. Hæc deſer-
uit quando argumentũ eſt ex parte prędica
ti,tunc duo prædicata de vno ſubicto dicun
tur.

3. ¶Tertia eſt duobus de duobus dictis: ſi qđ
alteri videtur magis in eſſe, non in eſt: neq;
reliquum reliquo inerit. Et hoc eſt quando
ſumitur argumentum tam ex parte ſubiecti
quam ex parte prędicati. Tunc enim duo
prædicata ſunt,& duo ſubiecta, Et vni vnũ
comparatur, & alterum alteri: & iſtas tres
maximas ponit de minori ad maius argu-
mentando affirmatiue.

CAPITVLVM. XXI.
De loco a minori.

SEquitur alius locus, ſ. a mi
nori ad maius affirmatiue
bene enim ſequitur, ſimi-
les poteſt expugnare vr-
bẽ:poterit & rex. Et ſumi
poteſt a ſubiecto, vt in exẽ
plo poſito. Et ex parte prę
dicati ſic, poteſt rex debellare regnum: er-
go & ciuitatem, Ex parte ſubiecti, & prędi-
cati:poteſt milles expugnare vrbẽ optime
munitam: ergo poterit Imperator ciuitatẽ
non munitam. Validiſsimum eſt argumen-
tum,& ad manus frequenter. Si ethnici ho-
mines diligunt benefacientes:ergo & chriſ Mathe.5.
tiani hoc debent facere. Formica irrationa-
le animal ſibi proſpicit in futuro: ergo & ho Prober.6.
mo rationale animal debet de futuro cura-
re. Si Dauid,Salomon,Sanſon, quanuis ſan
ctiſsimus Dauid, Salomon ſapientiſsimus,
Sanſon fortiſsimus. Corruerũt aſpectu mu 2.Regũ.11
lierum non vitato: quanto magis corruem⁹
ſi occaſionem nõ fugiamus. Sic etiam argu
mentatur Ioã.1.Ioã.3. Si Chriſtus nos dile-
xit,& pro nobis mortu⁹ eſt: & nos debem⁹
fratres diligere,& pro illis animam ponere.
Et Ioã.13. Si ego laui pedes veſtros domin⁹
& magiſter: quanto magis & vos debetis?
Hic a minori,quia id quod minorem aparẽ- Ioh,13.
tiam habet, vt lauet, eſt Chriſtus, ad maio-
rem ſcilicet ad nos. Qui oportet lauemus
ad inuicem. &c.

¶Quãdo a parte prędicati ſumitur vt Chriſ
tus redẽptor noſter argumẽtatus eſt, [redacted].
ſi Deus ſic veſtit lilium agri quod hodie eſt,
& cras in clibanum mittitur: quanto magis Math.6.
vos modicę fidei?& ſi aues cæli quę neq; ſe-
runt neq; metũt, neq; in horrea congregãt:
Deus ſic paſcit, &c. Eſt a minori, ſi enim id
quod minus videtur. ſ. aues paſcere & lilia
veſtire,quanto magis id quod magis ſcilicet
homines paſcere & veſtire. &c. Et [redacted] pau- Ad ro.8.
lus argumentatus eſt, Deus filio ſuo nõ pe-
percit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ:
quomodo nõ etiã cum illo nobis omnia do-
nauit. ſ. filium ſuum? quanto magis id quod
magis probalibe ſcilicet alia.&c.

¶Ex parte vtriuſq;. Etiam aliud exemplũ,
ſi pro nobis Chriſtus multa paſſus, quanto
magis & nos pro eius amore debemus mul
ta pati.

¶Maxima vna eſt,a minori ad maius affir-
matiue. ſ. ſi id quod minus videtur ineſſe in
eſt,& id quod magis videtur ineſſe inerit.
Ariſto.tamen ponit tres maximas vt dixi. ſ. Ariſtô.
~~vno de duobus dicto. Si cui minus videtur~~
~~ineſſe ineſt,etiã illi cui magis videtur ineſſe~~
~~inerit~~,

~~¶Secũda. Duobus de vno dictis, ſi id quod~~
~~minus videtur ineſſe ineſt: etiam id quod~~
~~magis videtur ineſſe, inerit~~.

¶ Tertius, duobus de duobus dictis, ſi quod alteri minus videtur ineſſe ineſt: & reliquum reliquo.

CAPITVLVM. XXIII.
De loco a ſimili.

A Simili dicitur ſumi argumentum, quando aliquid probandũ eſt, cum illo id qđ aſſumitur ad ꝓbandũ: habet veri ſimilitudinem. Vt ſi quis argumentetur, Petrus eſt diſciplinę capax ergo & Ioãnes erit. Hic locus eſt multum proficuus ad exhortandum, & docendum, & eſt vſus frequentiſsimus in ſacra ſcriptura, Docet quis facile [illegible], a ſimili mouens ad pęnitentiam. Petrus quanuis grauiſsime peccauit, quia pęnituit conſequtus eſt veniã ergo quicunq; dolebit conſequitur, Iudas ꝓ
Luce. 12. ditor periit quia de Dei miſericordia deſpe
Math. 27. rauit: non ergo deſperandum nobis erit ne
Gene. 9. pereamus. Si ſodomitę [illegible] igne de cęlo miſſo conſumpti ſunt propter ſua abominãda peccata, quia non egerunt penitentiam: ergo & nos cum ipſis peribimus, ſi mala fecerimus, & non pænituerimus.

¶ Ex iſto loco. b. Paulus argumentum ſumpſit, quando probabat dignum eſſe mercede ſua euangeliſtam. Nemo inquit vnquam
1. Thimo. 5 ſuis ſtipendis militat, ſed ab illo accipit cui
Luce. 10. militat: qui ergo alios docet, non ex propris ſumptibus debet viuere, ſed operarius dignus eſt mercede ſua. Item quando dicit. Qui vineam plantat de fructu eius veſcitur, & q paſcit gregem de lacte manducat: ergo populum paſcens, debet temporalia ab eo recipere. Quis vnq; boui trituranti cibum denegat? ergo neq; euangelizanti eſt denegãdũ.

Iudith. ¶ Ad exhortandum vſus eſt iſto loco illa honeſtiſsima Iudith. c. 2. Propoſitis patruum exemplis dicẽs. Memores eſſe debetis quomodo pater noſter abraam tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus. &c. Et Dei amicus effectus. &c.

¶ Sic Iudas machabeus. 1. Macha. 4. Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, & nunc clamemus in cælũ & miſerebitur noſtri Deus, Et Paulus ad Corinthios proponit exẽpla patruum, ne murmuremus, nec Deum tentemus ſicut patres
noſtri. &c. Et ad fidẽ prouocat patruũ exẽ- 1. Corrũ. 10
pla proponens, ad Hebreo. 11. Omnia iſta Adheb. 11.
ſunt argumenta a ſimili, maxima erit, de ſimilibus eadem eſt ratio.

CAPITV. XXIII.
De loco a proportione.

HIc locus a proportione diſtinguitur a pręcedẽti loco, quia hic non eſt cõparatio duorũ ſimilium ſicut in pręcedẽti, ſed eſt duorum, inter q̃ videtur eſſe aliqualis ꝓportio. Vt ſiquis dubitet, vtrum ad regendam rem publicam magiſtratus ſint ſorte eligendi? & faciat ſic a ꝓportione argumentum. Ad gubernandam nauem non ſorte eligendus, ſed cõſilio & ratione qui peritus eſt: ergo neq; ad rempublicam regendam, Nam ſicut ſe habet nauta in naui dirigenda, ſic gubernator in republica moderanda. Eſt maxima, vbi eſt eadẽ proportio, & idem iuditium. Eſt ſatis aptus etiam locus ad inſtruendum, & conſultandum. Vt ſi quis velit monere ad hoc vt homo omnia opera ſua agat ſecundum rationem, argumẽtetur [illegible] a proportione. Sicut ſe habet oculus in homine ad membra omnia exteriora, ſic ſe habet ratio ad potẽtias interiores: ſed ocul9 in hõie ſua omnia corporis membra debet perluſtrare & dirigere ergo & ratio omnia interiora debet gubernare & dirigere.

¶ Item. Sicut ſe habet ſeruus ad dominum in familia, ſic ſe habet appetitus ſenſitiuus ad rationem: ſed turpe & indecorum eſt vt ſeruus dominetur ſupra ipſum dominum: ergo & ſimiliter pręter ordinem erit, ſi appetitus ſenſitiuus pręualeat contra rationem. Sicut domini eſt dominare, & præcipe. Et gubernare familiam: ſic rationis erit omnia quę ſunt in homine moderare, & imperare vt decet. Quia velut dominus eſt in anima.

¶ Sicut ſe habet Sol & lumẽ eius in mundo iſto viſibili: [illegible] vt omnia illuminet & foueat, ſic

ſic Deus & eius gratia in homine: ſicut er-
go abſq; ſole & lumine eius omnia defficiũt
ſic etiam ſine Deo & gratia eius homo non
poteſt conſtare, aut quicquã boni operari.
¶ Item ſicut ſe habet ars ſanãdi morbos cor
porales ad ipſum hominem, ſic & ars ſanan
di morbos ſpirituales ad hominem, ergo ſi-
cut decet medicum in cura corporum adhi
bere amaram potionem, ſimul vrere, & ſe-
care: ſic etiam & animarum medicum de-
cet aliquando illa quæ amara tam in verbis
quam in factis ad curanda ſpiritualia morũ
vulnera adhibere.
¶ Etiam ad iſtum locum expectat argumẽ-
tari ſiquis perdiem laborans mercedem nũ
mi accepit, qui per duos dies duplam opus
eſt habeat mercedem, Sic Paulus quę ſemi-
1.Corro.9. nauerit homo, hęc & metet: redetur vnicui
2.Corro. 9 q; ſecundum proprium laborem.
Math.5. ¶ Hoc loco vtentur & iudices tam in bonis
premiãdis, quam in malis puniendis. Secun
dum enim menſuram delicti, erit & plagarũ
modus. Et exo. 12. Oculum pro oculo, den-
te pro dente. Et Eſaie. 3. genti apoſtatę dici
tur. Erit pro ſuaui odore fætor, & pro zona
funiculus, & pro criſpãti crine caluitium, &
pro faſcia pectorali, cilicium. Et in Apocali.
ca. 18. quantum in delitiis fuit, tantum date
ei tormentum, & luctum. Et Luc. 16. Re-
cordare fili quod recepiſti bona in vita tua,
& Lazarus ſimiliter mala. &c.
¶ Ad hunc locum pertinet vſus parabolarũ
ſicut increata ſapientia vſus eſt: ad turbas.
Vt dicitur Math 13. Hęc omnia loqutus eſt
in parabolis, & ſine parabolis non loqueba
tur eis, Tanq; ſapientiſsimus magiſter, imo
ipſa ſapientia, volens ſic docere per modũ
conuenientiſsimum, iuxta captum audien-
tium. Et ſic loqutus eſt de ſemine, de theſau
Mathe.13. ro inuento, de Margarita, de grano ſinapis.
& de homine qui profectus eſt in regionẽ lõ
ginquam. De virginibus & de multis alijs: q̃
ſunt expreſſa in Euangelio. Ob id conuenit
vt verbi Dei contionator hunc locum dili-
genter exerceat, & in promptu habeat. b.
Chriſos. Chriſos. ſupra omnes vſus eſt parabolis, qã
ipſe egregius pręedicator fuit.

CAPITVLVM. XXIIII DE loco a tranſmutata proportione.

LIcet locus à tranſmu-
tata proportione ſo-
let includi in pręcedẽ
ti. ſ. in loco a propor-
tione: tamen quia nõ-
nulli diſtingunt ponẽ
dus erit. Et eſt. quan-
do ſeruatur eadẽ pro-
portio, licet non ſit ea
dem quantitas. Et vocatur proportio ꝓpor
tionis, vel alio vocabulo: proportionalitas.
Vbi eadem proportio non Arithmetica ſed
Geometrica, (vt nos diximus) quando de Proportio- in ſpecula
proportionibus egimus. Verbi gratia. 3. ad nalitas qd. tiue phiſica
2. eſt ſexquialtera: quia maior numerus con li 7
tinet minorem, ſemel, & adhuc medietatẽ.
Quæ eſt proportio ſexquialtera. Si ergo qs
argumentetur, quod ſicut ſe habet ternari9
ad binarium: ſe habet ſenarius ad quaterna
rium. &c. Eſt argumentum ſumere a tranſ-
mutata proportione. Et quod ſicut ſe habet
8. ad 4, ſic 4 ad 2, & 6 ad 3, quia vtrobiq;
dupla eſt. Vocatur ergo ſic a tranſmutata
proportione, quia ordo eorum quæ compa
rantur in concluſione, comutentur. Quia in
antecedenti comparatur primus ad ſecun-
dum, & 3 ad 4. In concluſione comparatur
primus ad tertium, & ſecundus ad 4. Vt ſic
dicendo, ſicut ſe habet. 12 ad 6, ſic 8 ad qua
tuor: ergo ſicut ſe habet 12, ad 8, ſe habet
6 ad 4. Quia in primis eſt dupla, & in ſecun
dis eſt ſexquialtera. Et ſi fiat ſic, ſicut ſe ha-
bet 16 ad 8, ſic 12 ad 6, ſic ſe habebit 16 ad
12, & 8 ad 6. Quia in primis vtrobiq; dupla
& in ſecundis ſexquitertia. Et ſic ſicut ſe ha
bet 20, ad 10, ſic 8 ad 4: ergo ſic ſe habebit
20 ad 8, ſicut 10 ad 4. Quia in primis eſt du
pla, in ſecundis eſt dupla ſexquialtera vtro-
biq;. &c.

CAPITV. XXV. DE LOCO a diſsimili & diſproportione.

SIcut a ſimili, & proportione ar
gumẽtum ſũptum eſt, ex affir
matione ad affirmationem, &
a negatione ad negationem:
ſic etiã & argumentum ſumi
poteſt a diſſimili, & a diſꝓpor
tione. Vt ſic, non ſic ſentiendum de homi-
ne & de bruto, ſed brutũ totũ perijt ſimul:
ergo

ergo homo nō perijt totus, Quia anima manet. Item non ineſt homini rationale ſicut diſciplinabile, ſed, Rationale ineſt ei vt differentia: ergo diſciplinabile non eſt eius differentia.

ps.115. ¶ Non eſt Deus ſicut homo, ſed omnis homo mendax ergo Deus eſt verax, vel con-
Ad ro.3. cludere, ergo Deus non eſt mendax. Non eſt homo ſicut brutum, ſed brutum eſt irrationale: ergo homo non eſt irrationalis.

Eſaie.55. ¶ Item ſicut ait Eſaias, non ſic ſunt cogitationes Dei, vt hominis, nec vię eius, vt viæ hominum, ſed cogitationes hominū ad malum pronæ ſemper, & ad iniuſtitiam: ergo Dei ad bonū, & iuſtitiam. Cogitationes hominum ad vindictam, & odium: Dei ad miſerendum & amandum, vię hominum ſunt
Ad ro.3. peccatum quia habent pedes veloces ad e-
ps.13. ffundendum ſanguinem: ergo Dei vię erunt
ps.24. iuſtitia & pax, miſericordia & veritas.

Luce.22. ¶ Sic argumentatus eſt Chriſtus redēptor noſter, dicens. Scitis quod reges gentium, dominātur eorum, non ſic inter vos, nam q maior, fiat vt miniſter, &c.

Mathe.6. ¶ Item alibi nō ſit vobis orandū vt ethnici faciunt. Hic maxima eſt, de diſsimilibus idē iuditium non eſt.

A diſpportione. ¶ A diſproportione ſic, non eo modo quo nauta in naui ſe habet, anima rationalis in corpore, quia hęc pars eſt & viuificans, non illa: ergo anima eſt pars intrinſeca hominis, & non nauta nauis. Non ſicut ſe habēt 12, ad 6, ſe habent 8 ad 6, quia in primis eſt dupla, in ſecundis eſt ſexquitertia, ſed 12 ad 6 ſe habent in dupla, ergo 8 ad 6 non erūt in dupla. Nō ſicut ſe habēt 6 ad 4, ſe habēt 3, ad vnitatem: ergo ſi inter ſenarium & quaternarium eſt ſexquialtera, inter ternarium & vnitatem non erit, Maxima eſt. Si non ita ſe habet primum ad ſecundum vt tertiū ad quartum: neq; erit eadem proportio. Maxima eſt. Inter quæ non eſt eadem proportio, neq; idem iuditium.

A cōmutata diſpportione, ¶ Item a commutata diſproportione, non ſic ſe habēt 12 ad 6, ſicut 4 ad 3: ergo non ſic ſe habent 12 ad 4, ſicut 6 ad 3, In primo eſt dupla & in ſecundo ſexquitertia. In cōſeqnti eſt tripla & dupla. Maxima ē. Si nō ita ſe habet primum ad ſecundum, ſicut 3 ad quartum: nec ſic ſe habebit primum ad tertium, ſicut ſecundum ad quartum.

CAPITVLVM. XXVI.
De loco ab autoritate.

COnſequēter ſequitur locus ab autoritate, vnde argumētum ſumitur affirmatiue qdē, ſicut ſiquis [illegible] colligat. Aſtrologi omnes dicunt ſub cælo octauo eſſe. 7. cælos 7. planetarum: ergo ita eſt quod ſeptem ſunt cęli planetarum. *7. Sūt planetę.* Omnes aſtrologi dicunt Lunam eſſe in priori cælo, Mercurium in ſecundo, venerē in 3 Solem in quarto, Martē in quinto, Iouem in ſexto, Saturnum in ſeptimo, ſic aſcendēdo: ergo ita eſt. Omnes Aſtrologi fatentur lunæ eclipſim nō poſſe cōtingere niſi ea plena in ſolis oppoſitione in capite vel in canda draconis, vt ſi ſol exiſtat in capite, Luna in canda, & econtra: ergo ita eſt. Omnes aſtrologi fatentur ſolis eclipſim non contingere, niſi in nouilunio: ergo ita eſt.

¶ Omnes philoſophi naturales dicunt eſſe ſolum quatuor elementa, ex illis quatuor q̄litatibus adinuicem ordinatis: ergo nō ſunt amplius. Omnis phiſicus dicit vnam eſſe materiam omnium inferiorum generabilium & corruptibilium, & quod ipſa ſit ingenerabilis & incorruptibilis: ergo ſic eſt. *4. elemēta* *Vna ſola materia.* *Ariſt. 2. de gene. tex. co. 6.*

¶ Omnes fatentur phiſici materiam reperiri non poſſe ſine forma, neq; item formam (excepta anima rationali) ſine materia: ergo ita eſt. *Materia nō ſine forma.*

¶ Omnes dialectici fatentur ſyllogiſmum perfectum ſicut ex tribus terminis, ſic ex tribus conſtare propoſitionibus: ergo ita eſt. Similiter dicunt ſolum eſſe tres figuras ſyllogiſmorum, & 19 modos, ergo ita eſt.

¶ Sic licebit in omni facultate argumentari, & non ſolum ab autoritate plurium eandem affirmātium rem: ſed etiam ab autoritate vnius qui in illa rede qua eſt ſermo habetur peritus. Vt ſiquis ſic, Ariſto. dixit omnes modos imperfectos tam primæ quā ſecundę & tertiæ figuræ reduci ad perfectos quatuor primę figurę per bonam conſequētiam: ergo ita eſt. Ariſtoteles docuit omne

enthymema

enthymema poſſe reduci ad ſyllogiſmũ per
fectum:ergo ita eſt. Maxima in iſtis eſt. Cui
libet credendum in ſua arte, vel quę omnes
dicunt maxime ſapientes: vera ſunt.
¶Licet ita ſit quod in omni arte & faculta-
te poſsit eſſe vſus huius loci affirmatiue, nõ
tamen negatiue valet. Non enim ſequitur
Ariſto non dixit hoc:ergo hoc non eſt verũ
Multa ſiquidẽ potuerũt latere ipſum Ariſ.
Et ſicut ipſe vſus eſt adinuẽtis ab alijs, & an
te ipſum plura fuerunt adinuenta: ſic etiam
reliquit aliis poſt ipſum, & potuit aliquando
dormitare. Ob id non valet negatiue. Ariſ.
non poſuit niſi quatuor loca ex quibus argu
menta ſunt ſumenda, a diffinitiõe, differen
tia, proprio, & accidenti:ergo non ſunt alia
ponenda. Bene tamen valeret ſic, Ariſto. di
xit ſyllogiſmum non poſſe conſtare niſi ſo-
lum ex tribus terminis: ergo ita eſt. Verum
hoc non eſt argumentari negatiue, ſed affir
matiue. Secus eſſet vt dixi ſi quis diceret
hoc non dixit Ariſto. prudentiam eſſe pone
dam in volũtate in quantum eſt virtus mo-
ralis:ergo hoc non eſt affirmandum.
¶Licet hic ſit vſus ad omnia. &c. Maxime
tamen locus eſt deſeruiens ad infimam ſciẽ
tiarum, & ſupremam & architetonicam. ſ.
grãmaticem & theologiã: grãmaticæ enim
eo quod illa quæ ibi traduntur non aliunde
habeant fidem: quam ab autoritate. Nam
quidquid expectat tam ad pręcepta, quam
ad vſum pręceptorum in Grãmatica: ſolum
habẽt firmitatem, quia ſic vſi ſunt, & loquti
ſunt: qui in illa facultate primo fuere. Quod
homo ſit ſubſtantiuum nomen, & albus ad-
iectiuum, & debeat conueuire in caſu, gene
re, & numero. Solum ex vſu & autotitate
habetur, & merito id. Nam in primis rudi-
mẽtis oportet diſcẽtem credere, & ab auto
ritate fidem habeant illa rudimenta.
¶In theologia maxime ab autoritate om-
nia vim habent, illa (in quam) quę præcipua
ſunt. Nam cum theologi munus ſit de reb⁹

Theologus ab autoritate ſicut & grãmatic⁹.

arduis & ſupra intellectum humanum loq,
non aliunde ad ipſa probanda, neq; effica-
tius, quam ab autoritate quia Deus reuela-
uit ſpiritu ſancto inſpirante loquti ſunt ſanc
ti Dei homines omnia etiã q̃ ab ipſo reuela-
ta ſunt, vera ſunt. Et eo habent firmitatem,
licet illa quæ fidei ſunt cum ſint vera: vero
cõſonẽt, & poſsint per naturã probari, non
repugnare nature. Sed tñ non poſſunt pro
bari per naturam, ſic eſſe vera, illa (in quã)
in quibus fides potiſsime fundamentum ſu
um habet & merito, quia ſi per naturam ip-
ſa probarẽtur, deberetur illis aſſenſus, licet
eſſet certus, non tamẽ ſine formidine. Verũ
quia credita ſunt eo quod ab eo reuelata, ſi-
ne formidine de oppoſito: illis aſſentimus.
Et in hoc excellit & ſupereminet omnes fa-
cultates, quia in illis autores ſeu inuentores
ſicut errare potuerunt: & non omnia in ve-
nerunt, ſed aliqua alijs reliquerunt indagã-
da, & ſic creuit ſcientia, (vt ait Ariſto. in to-

Ariſto.

picis & in ethicis), Quapropter non mirum
quod qui ſequũtur etiam ſi nani videantur,
comparatione antiquorum, qui velut gigã-
tes erant: aliqua alia ſuperaddãt ad priſcos
illos antiquos, nam nanus ſupra gigantis hu
meros: aliqua poterit videre, quæ nõ potuit
gigas ipſe. Sic iuniores adiuti ab antiquis, &
velut ſuper ipſorum humeros prouecti, aliq̃
perluſtrant quę antiquos latere potuerunt.
Verum in theologia in illis quæ ad ſcripturã
ſacram quantum ad ipſa quę ad eo reuelata:
non eſt aliquid addendum nihil emendan-
dum, nihil ſuperfluum & totum pendet ab

Deus non poteſt mentiri.

authoritate ipſius Dei reuelantis, qui men-
tiri nõ potuit. Cęterũ in expoſitione ſcriptu
rę ſacrę & in aliis quæ tractantur in theolo-
gia, vltra reuelata: poteſt eſſe augmentum.
Sicut quotidie acreuit & in illis etiam locus
eſt ab autoritate. Vt ſi quid dixit. b. Auguſti
nus Hyeronimus Ambroſius & cęteri alij cla
ſici viri & non eſt ab eccleſia reprobatum,
neq; ab aliis ſanctis repręhenſum ſed recep-
tum tenendum eſt quia ipſi dixerunt in ſua

In veneratione habẽdi doctores ſancti.

tamen firmitate & gradu. Temerariũ enim
eſſet ſicut ſcioli quidam nunc faciunt cõtra
b. Auguſtinum, aut Hyeronimum ſentire in
illis quæ ab eccleſia & ſanctis vſq; nunc ſic
recepta ſunt. Non tamen eſſet hęreticum,
quia contra ipſos ſanctos. Niſi alias eſſet cõ
tra illa quę fidei ſunt. &c. Dixi contrarium
affirmare ad illa quę dixerunt, quę ſunt ab
omnibus recepta, quia contrarium ſentire
ad Ceprianum qui dixit baptiſmum tradi-

Ceprianus errauit circa baptiſmum traditum ab hęreticis.

tum ab hęreticis in eccleſię forma non eſſe
validum, non ſolum non eſt temerariũ, ſed
catholicum, quia illud dictum non fuit rece
ptum. Sic in illis quæ male dixit Orig. vel in
aliquibus quæ alij ſancti dixerunt. Quæ nõ
recipiuntur.

recipiuntur. &c. Valebit ergo locus ab auto
ritate affirmatiue. Sic.b. Auguſtinus intelle
xit iſtum locum ergo ſic eſt, Sic.b. Hyeroni
mus ſentit, ergo ſic ſentiẽdum eſt. Imo etiã
eſt argumentum validum ſic. Communis
Pluralitas beneficiorum damnanda. ſchola tenet pluralitatem beneficiorum eſ-
ſe damnabilem ergo ipſa damnada eſt. Sed
de his ſat in præſenti ſuo loco reſeruantes.

CAPITVLVM. XXVII.
De loco a tranſſumptione.

SEquitur locus vltimus ex-
trinſecus qui vocatur a trãſ
ſumptione. Qui vt aliq pu
tant eſt, quãdo a termino
minus cognito, ſeu ignoto
ad magis cognitũ eſt tran
ſitus. Vt ſi de philoſopho
ſit q̃ſtio & quis trãſeat vt loq̃tur de ſapiẽte,
quia magis cognit⁹ termin⁹. Vel ſi a q̃ſtione
aliq̃ ꝓpoſita generali vt de Socrate fertur,
ad ſpecialẽ ſit tranſitus. Et determinata in il
la particulari intelligantur in omni alia ſin-
Boetius. gulari incluſa in generali. (Vt dicit Boeti⁹)
queſitus Socrates quid in vno quoq; poſsit
iuſtitia. Omnem tractatum trãſtulit ad rei
publicę magnitudinem. Verum nõ dicitur
hic talis locus iſto modo, ſed potius vocatur
a metaphora, vt ſi quis dubitaret, vtrum dę
mõ eſſet fugiendus? faceret argumentum.
Leo rugiens eſt fugiendus cui dęmõ ſimila-
tur per metaphorã: ergo ipſe fugiendus. Pra
tum virentem delectat videre: ergo homi-
nem ridentem. Sed de iſto loco a metapho
ra. Et partin in loco ab interpretatione vo-
cabuli. Et partin in loco a proportione dic-
tum eſt. Quando diximus Chriſtum redem
ptorem noſtrum vſum parabolis docendo
turbas. Non eſt opus nunc repetere, neq; im
morari, ſed locis extrinſecis finem imponẽ
tes: ad medios tranſeamus.

CAPITV. XXVIII.
De locis medijs & pri-
mũ a coniugatis.

PRrimus locus medius Locus a cõiugatis.
eſt a coniugatis. Con
iugata dicuntur, abſtra
ctum & concretũ. Seu
denominans & deno-
minatum. Vt iuſtitia &
iuſtus, albedo & albũ,
prudentia & prudens,
Theologia & Theologus &c. Et quidem iſ-
ta coniugata in principali conueniunt ſigni
ficato, ſed tamen in minus principali diffe-
rentia eſt. Nam tam abſtractũ albedo, quã Quid ſit cõcretũ & qd abſtractũ.
concretum album: de principali importãt
albedinem formam ipſam, verum differen
tia eſt, quia abſtractum ſolum ipſam nudã
formam, & concretum ipſam formam ſed
cum ſubiecto in quo ipſa forma eſt. Et ob id
concretum, quia concernat & formam: &
ſubiectum formę.

¶ Coniugata eo dicta ſunt, quia ſub eodem
iugo ſignificationis poſita. & ne loca videa-
mur multiplicaſſe, ſimul in iſto loco ponitur
& qui a caſibus dicitur, vt eſt ſapienter, & ſa
piens. Iuſte & iuſtus, prudenter & prudẽs.
Qui ideo a caſu dicẽtur, quia vtrunq; per q̃n
dam deflexionem a principali nomine, ſcili
cet ab abſtracto cadant. Nam a iuſtitia vo-
catur iuſtus, & iuſte ſupple agere. A pruden
tia prudens, & prudenter ſe habere, A ſapiẽ
tia ſapiens, & ſapienter ſe habere &c. Et ſic
ſe habent iſta duo a coniugatis, & a caſibus:
(vt Cicero nõ diſtinguat) nec mirum, cum Cicero.
videantur ad idem tendere, & idem ſigni-
ficare

¶ Sumitur argumentum tam a caſibus quã
a coniugatis, & affirmatiue, & negatiue. Vt
ſic, qui iuſtus eſt, bonus eſt, ergo iuſtitia bo-
na quia humilis eſt, bonus eſt, ergo humilitas
bona. Et econtra, humilitas bona: ergo hu-
milis bonus. Et in aduerbijs, ſic. Quod pru-
denter fit, bene fit: ergo prudẽtia bona eſt.
Quod iuſte fit, bene fit: ergo iuſtitia bona.
Temperare bonum: ergo temperantia bo-
na. Obedire bonum: ergo ipſa obedientia.
Maxima eſt, quod vni conuenit coniugato
rum, & alteri conueniet, quia vna eſt natura
ipſorum.

¶ Item ſic fit, qui currit mouetur: ergo mo-
tus curſus eſt. Qui legit loquitur: ergo lectio
loqutio eſt. Album eſt coloratum: ergo albe
do eſt color.

¶ Oportet

¶Oportet tamen cauere vt in iſto modo argumentãdi ſumãtur pdicata, quę de ſe cõueniant ſubiecto, non de per accidens, alias non valebit. Nam album & dulce prędicantur de ſe inuicem in lacte, tamen non ſequitur album eſt dulce: ergo albedo eſt dulce-
Quæ p accidẽs in vno cõueniunt. do. Ratio eſt: quia illa duo album, & dulce, de per accidens conueniunt in vno. Quod contingit quando res ſignificata per vnum non includitur in ſignificatione alterius. Non enim eſt de ratione albedinis, dulcedo neq; econtra. Sicut album & muſicum, in Petro: nõ eſt de ratione muſicę albedo, neq; econtra. Ob id non valebit. Oportet ergo ſint coniugata, & conuenientia in vnum de per ſe. Etiam eſt requiſitũ ſint coniugata, nõ ſolum voce: ſed re & ſignificatione. Nã ſi ſolum voce, non erit validum argumentum. Non ſequitur, ſomnolentus eſt vitioſus: ergo ſomnus eſt malus. Neq; ſequitur ſomnꝰ eſt bonus: ergo ſomnolentus eſt bonus. Deffectus eſt, quia ſomnolentus non eſt denominatiuum ſomni, ſed dormire vel dormiens. Et ſic poſſet eſſe bonum argumentum: dormire eſt bonum: ergo ſomnus bonus. Somnus bonus: ergo dormire bonum. Sed hęc dicuntur coniugata ſignificatione, & nõ voce. Et denominans ſomnolenti eſt, ſomnolentia. Et ~~ſic~~ ſicut mala eſt ſomnolentia, quia ſuperfluus ſomnus malus, ipſe ſomnolentus etiam malus erit.

¶A caſibus ergo ~~ſic~~, qui iuſte facit, Iuſtus ẽ: & quod iuſte factum eſt, iuſtum eſt. Ad hãc formam ſic licebit, Si religioſus eſt, religioſe viuet, ſi chriſtianus eſt, chriſtiane viuet. Siqs fortiter agit, fortis eſt. Deus ſpiritus eſt, er-
Ioã. 4. go ſpiritualiter adorandus. Deus magnus: ergo magnifice colendus. In illis quæ ſunt de per accidens, non valet. Non enim ſequitur, Grammaticus eſt probus: ergo grammatice loqui eſt probe loqui. Ratio, quia de per accidens ſe habent eſſe Grammaticum, & eſſe probum: ob id non valet argumentum.

CAPITVLVM. XXIX.
De loco a diuiſione.

SEquitur ſecundus locus dialecticus medius, qui a diuiſione eſt. Vt ſiquis argumentetur ſic: omne animal vel ſanum vel ægrum eſt, homo eſt animal, & non ægrum: ergo ſanum, vel econtra. Et ~~ſic~~ omne animal eſt irrationale vel rationale, leo eſt animal, & eſt irrationale: ergo nõ eſt rationale. Omnis actus vel meritoriꝰ vel demeritorius erit in homine exiſtente in gratia, ſed, dare eleemoſinam pauperi meritorium eſt: ergo non eſt demeritorium.

¶Circa iſtum locum ſolent nonnulli adducere omnia quæ de diuiſione adducta ſunt, quomodo oportet in bona diuiſione membra diuidentia euacuent naturam diuiſi, & quod diuiſum & membra diuidentia cõuertãtur, & quod de quocunq; dicitur diuiſum, & aliquod membrorum diuidẽtium, & omnia membra ſimul ſub disiunctiõe. Et quod membra oppoſita ſint, vel formaliter: vel realiter, & nonnulla alia quę quia a nobis tradita ſunt in principio quando loquti ſumus de diuiſione, ſuperuacaneum eſſet nunc repetere. Solum ad locum preſentem vidẽtur conducere, quę egregie adducit Rodolphus Rodolphꝰ
li. primo de inuentione, ca. 7. de modis quibuſdam diuidendi ex alia & alia conſideratione. Nam ad argumenta trahenda occaſionem ſuppeditabit multiplex rerum diuiſio.

¶1. Sane eorum quę in ~~iuſtitia~~ ſunt aptiſsima per quam diuidantur. Eſt forma, quod ea perfectę differentię origo eſt. Nam corporum. Aliud animatum eſt, aliud expers animę, hęc ex forma ducta eſt diuiſio.

¶2 Deinde proxima ex materia ducitur, vt arborum. Alię ex ſemine ſunt. Alię ſponte naſcuntur.

¶3. Hinc iam ab adiacentibus accipitur, vt animalium. Aliud manſuetum, aliud ferum.

¶4, Econtra quoq; diuiduntur adiacentia, in ea quibus adiacent, vt feritas, alia ſerpentis, alia auis, alia reliquarum belluarum.

¶5. Et per actus fit diuiſio, vt hominum, alius ſtudio, alius lucro, alius voluptati operam dat.

¶6, Per efficientia, vt animalium Aliud parentis efficatia, aliud calore ſolis, aliud putrefactione gignitur.

¶7. Per effecta, animaliũ, aliud fætũ, aliud ouum, aliud vermem parit.

¶8. Ex fine, vt rerum domeſticarum. Aliæ ad neceſsitatem. alię ad voluptatem, alię ad vſum pertinent.

¶9. Contra

¶9.Contra quoq; ex his quę ad finem pertinent. Vt opuum parandarum cauſa. Alij iuſta operam nauant,alii fenerantur,alii vi-rapiunt,alii fraude ſubducunt,

¶10.Iam vero animaliũ. Aliud terra, aliud mari degit. A loco.

¶11.Et flores Aut hiberni ſunt, aut verni, aut ęſtiui,aut autumnalis,ex tempore eſt.

¶12.Et homines. Alii ſerui ſunt,alii domini,alii neutrum:ex connexis ſumitur.

¶13.Contingentia & diuiſioni conueniunt Vt muſicorum. Quidam literas ſciunt, quidam ignorant.

¶14.Et pronũtiata. Vt quidam hominum laudati ſunt,quidam vituperati,quidam ſilentio latent.

¶15.Attulerit etiam aliquid comparatio. Vt populares ,quidam intra regem ſunt opibus,aliqui pares:nonnulli ſuperiores.

¶16.Et a ſimilibus diuiſionem expreſſerimus. Vt aliorum vitę propoſitum,induſtria fornicam imitatur,aliorum ſegnities ſimilis eſt muſcis. Hęc ad literã ex Rodolpho,quę ideo ſint adducta,vt pateat campus in loco a diuiſione, conſideratis iſtis modis & aliis, quæ ex Boetio adduci ſolẽt, quorum aliqui coincidunt cum iſtis, alii vero diſtinguntur de quibus in principio dictum q̃nãdo de diuiſione agebamus.

¶ Modus ergo argumentandi vt dicere cæpimus a diuiſione erit, ſi ſolum habeat duo membra diuiſio:a poſitione vnius membri, ad negationẽ alterius. Vt ſic, omne animal vel eſt ſanum,vel ęgrum :& hoc eſt animal, & eſt ęgrum,ergo non eſt ſanum. Vel ſic,nõ eſt ęgrum:ergo eſt ſanum. Si tamen ſint plura membra,oportet omnia negentur in antecedenti,pręter illud vnum quod infertur, vt ſic, Eſt propoſitio,& non eſt vniuerſalis, neq; particularis, neq; indiffinita : ergo eſt ſingularis. Si tamen vnum mẽbrum ſit omiſſum in antecedenti,non valeret. Nam non ſequitur. Eſt propoſitio, & nõ vniuerſalis, neq; indiffinita:ergo eſt ſingularis. Quia poteſt eſſe particularis. Maxima eſt,cum quo conuenit diuiſum, neceſſe eſt conueniat aliquod membrum diuidens Quando tamen membra ſunt oppoſita ſolum formaliter,nõ valeret a poſitione vnius,ad negationem alterius. Non enim ſequitur,eſt bonum,& eſt vtile,ergo non eſt delectabile, vel honeſtũ. Quia poteſt eſſe quod ſi vtile,delectabile,& honeſtum:vt eſt bonum virtutis. (Sed de hoc alias diximus).

CAPITVLVM.XXX.
De aliјs locis poſitis ab Ariſto.

Sequitur vltimo pro complemento totius tractatus topicorum modus qui dicitur a magis:ad ſimpliciter Vt ſiquis eſt magis doctus:ergo erit doct9. Si quis eſt magis prudens:erit prudens. Iſte locus virtualiter continetur in toto in modo,nam magis talis, pars in modo eſt,etiam ſi non teneatur reſtricte. Similiter eſt locus a comparatiuo ad ſuppoſitiuum. Eſt doctior:ergo doctus. Sed etiam eſt a parte in modo,ad totum. Vltimus locus a magis ad ſimpliciter. poſitiuũ

¶Etiam poteſt fieri argumentum ſic a poſitiuo ad comparatiuum, & deinde ad ſuperlatiuum. Bonũ eſt diligibile : ergo magis bonum magis diligibile. Et maxime bonum maxime diligibile, Et econtrario,a ſuperlatiuis ad comparatiuum & poſitiuum valet. Vt eſt fortiſsimus:ergo fortior,& fortis. Eſt prudentiſsimus:ergo prudentior, & prudẽs erit. Et tunc argumentum erit a toto ad partes. A toto vniuerſali,(vt ita dixerimus) ad partes. Vt ſi omnis homo currit:ergo homo currit,&c.

¶ Eſt alius modus arguendi ab appoſitione dictus,ſic. Calx parieti appoſita reddit ipſum album:ergo calx ipſa alba eſt,atramentum reddit papirum albam, nigram:ergo atramentum nigrum erat. Ignis admotus aq̃ calefacit eam:ergo ipſe calidus erat. Humilitas facit hominem ſtudioſum:ergo ipſa virtus erat. Maxima eſt,ſi alterum appoſitum alteri facit rem eſſe aliqualem,ipſum quoq; tale erit. Locus ab appoſitione

¶Etiam poteſt fieri argumentũ, ex illo pſalmiſtę. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris ſic. Adoleſcens ex conſuetudine cum illo factus eſt probus : ergo ille probus erat. Ex colloquio cum illo fact9 eſt doctus:ergo ille doctus erat. Ex conuerſatione cum illo factus eſt libidinoſus : ergo ille luxurioſus erat. Factus eſt caſtus : ergo ille caſtus Pſal.17.

caſtus erat. Sicut Salomon factus eſt idolorum cultor ex conſuetudine mulierum quæ colebant idola. Et tandem (iuxta proberbium) qui tangit picem coinquinabitur ab ea. Poſſet aliorum locorum fieri mentio ſed iſti ſunt præcipui, & notandi, & ſi ſint alii, ad iſtos reduci poſſunt.

¶ Ponitur hic locorum enumeratio, ſicut eam ponit Boetius, ſecundum diuiſionem Themiſtii, & Ciceronis.

¶ Tulliana diuiſio.
- A toto.
- A partium enumeratione.
- A notatione.
- A coniugatis.
- A genere.
- A forma.
- A ſimilitudine.
- A differentia.
- A contrario.
- Ab adiunctis.
- Ab antecedentibus.
- A conſequentibus.
- A repugnantibus.
- Ab efficientibus.
- Ab effectis.
- A comparatione maiorum.
- Minorum.
- Parium.
- Ab autoritate.

¶ Themiſtii diuiſio.
- A ſubſtantia.
- A diuiſione.
- A nominis interpretatione.
- A coniugatis.
- A genere. Vel a toto.
- A parte. Vel ſpecie.
- A ſimili.
- A toto. Vel a parte.
- Ab oppoſitis.
- A communiter accidentibus.
- A diffinitione. Vel deſcriptiōe. Vel interpretatione. Vel ſpecie. Vel cauſa. vel materia. Vel communiter accidentibus.
- Vel coniugatis.
- Ab oppoſitis.
- A cauſis.
- A fine.
- A maiore.
- A minore.
- A ſimilibus.
- A rei iudicio.

¶ Concordantia inter Themiſtium, & Ciceronem eſt: Id quod themiſtius ab vſibus, Cicero dicit ſi vſus aliquid efficit, ab efficiētibus, Si ipſe vſus efficitur, dicitur ab effectis. Ab effectibus a Themiſtio intelligitur, ſi effectus aliquid efficit. A Cicerōe dicitur ab efficientibus, & ſi effectus efficitur, dicitur ab effectis. A corruptionibus Themiſtius, Cicero a defficientibus. A proportione Themiſtius, Cicero a ſimilibus. A tranſſumptione Themiſtius ſi ſit ad maius. Cicero dicit a comparatiōe maiori, ſi ad minus minorum, ſi æqualium: ad par.

¶ Oportet hic proponere loca oīa, ordine quo a nobis ſunt in præcedentibus digeſta.

¶ Loci intrinſeci.
- A diffinitione.
- A deſcriptione.
- Ab interpretatiōe.
- A differentia.
- A proprio.
- A ſinonomis.
- A toto vniuerſali.
- A toto integrali.
- A toto in q̃titate.
- A toto potentiali.
- A toto in modo.
- A toto in loco.
- A toto in tempore
- A cauſis.
- Efficienti.
- Materiali.
- Formali.
- Finali.
- A generatione.
- A corruptione.
- Ab vſibus.
- A cōmuniter accidentibus.

¶ Loci Extrinſeci.
- Ab oppoſitis.
- Relatiue.
- Priuatiue.
- Contrarie.
- Contradictorie.
- A diſparatis.
- A contrario vel in ipſo
- A maiori.

L A minori.

A minori.
A proportione.
A ſimili.
A tranſmutata proportione.
A diſsimili & diſproportione.
A b autoritate.
A tranſſumptione.
¶ Loci medii.
A coniugatis.
A caſibus.
A diuiſione.
A magis ad ſimpliciter.
Ab appoſitione.

¶Hic eſt finis locorum, & quia vſus ipſorũ eſt proficuus ſupramodum: non ſolum in dialectica ſed in qualibet ſcientia: diligentiſsime oportet quicunq; ex animo operam dat dialecticę, vt ad ſuperiorem perueniat ſcientiã (.ſ. theologiã) in iſtis locis ſe exerceat: & in memoria ſæpiſsime voluat, & reuoluat, quo vſq; tenaciſsime hereant. Iocundabitur haud dubie, & operepretium aget, nã difficile non erit ei quacũq; poposita qſtiõe ſiue in phiſicis, ſiue in metaphiſicis, ſiue in theologia: argumenta adducere ad propoſitum, & ſic rẽ mirũ inmodum dilatabit. Et quia ex vno aliud pendet, inuento vno argumento, illud ſuppeditat materiam alterius. Demus vnum exemplum, ſit propoſitũ, nunquid homo ſit mortalis?

¶Fiet argumentum ad probandũ quod ſic. A diffinitione, quia omne animal rationale eſt mortale, & a differẽtia, quia omne rationale eſt mortale, & a proprio: quia omne riſibile, & a deſcriptione: quia omne habens magnum cerebrum & bonum tactum, &c. A toto vniuerſali: quia animal eſt mortale, ergo homo. A toto integrali, quia caput, Pedes. Manus ſunt corruptibilia. A toto in qñtitate, quia omnis homo eſt mortalis: ergo homo, A toto in modo, quia homo ſapiens eſt mortalis: ergo homo A toto in loco, quia in omni loco eſt mortalis. ergo hic. A toto in tẽpore, quia in omni tempore: ergo nunc. A cauſa materiali, quia ex materia omni eſt mortale. Ab efficiẽti, quia oẽ creatũ a Deo ſub cęlo eſt mortale. A forma, qa habẽs animã ſenſitiuã eſt mortale. A generatiõe, quia omne quod generatur corrũpitur. A corruptione, quia quod currũpitur eſt mortale. A

Vſus locorum.

communiter accidentibus, omne illud quod ex cõtrariis fuit cõpoſitũ: peribit. Ab oppoſitis, non eſt immortalis: ergo mortalis. A cõtradictorio, non eſt nõ mortalis, ergo in ipſo immortale eſt nõ hõ: ergo mortale eſt hõ. A contrario, immortale eſt non hõ, ergo hõ eſt mortalis A ſimili, alia ex contrariis: compoſita ſunt mortalia: ergo homo. Et a proportione, a minori: Adam mortalis: ergo homo. Ab autoritate ſic: ſcriptura puluis es & iñ puluerẽ reuerteris. A coniugatis, homo guſtat mortem: ergo mortalis. Moritur: ergo ẽ mortalis. A caſibus, homo vel eſt mortalis, vel immortalis, ſed nõ eſt immortalis: ergo mortalis. A diuiſione. &c. Iſto modo poteſt quis in aliis ſe exercere.

Gene.3.

¶SEQVITVR ELENCHORVM LIBER.

CAPITV. PRIMVM.

POSTQVAM ABſoluimꝰ tractatũ topicorũ reſtat conſeqnter de elenchis diſerere, vbi Ariſto. tradit modũ ſoluẽdi argumenta, q̃ videntur dialectica, & probabilia: ſed tñ nõ ſunt, ſed fucata, & ſophiſtica. Non.n. ſolũ eſt muneris dialectici, pbare, & ad id argumenta adducere. q̃ dialectica ſunt ex locis dẽ ſumpta, ſed etiã ad eũ ptinet ſophiſticas captiões ſoluere, ſi qab aduerſario fuerint adductæ, Ob id Ariſto. poſt librũ topicorũ, adiungit elenchorũ. Vbi oſtendit quoſdã locos cõmunes, ex qbus ſolent ſophiſtæ, & q decipe cõtendũt elicere argumenta: qaliqlem vidẽtur habere apparentiã, ſed tñ nullã habent exiſtentiã veritatis. Et quidẽ q verus eſt dialecticus, iſtis vti nõ debet ad probandũ, qa nõ decet indagatorẽ veritatis, falſum pbare ex falſis adductis: tanq̃ ſi vera eſſẽt. Sed ſolũ illis vtetur, ad diſſoluẽdũ ſi aliqñ fuerint cõtra veritatẽ adducta. Et ſi iuuenes q(q̃tũ illa poſtulat ætas) animũ habent rixandi, & appetitu inanis gľię tenentur aliqñ elenchis vtãtur nõ tñ decet virũ grauem, ridiculoſa & inania adducere. ſed illa ſolũ quę matura ſunt, & eruditionem pręſtant, & dubia probant, & vera confirmant.

Non eſt vtendũ elencho a grauioribus ſaltim.

¶Diffinitur

Diffinitio elenchi.

¶ Diffinitur ſic. Elenchus eſt ſyllogiſmus cũ
concluſionis cõtradictiõe. Vt ſi quis conceſ
ſit iſtam. Canis eſt ſubſtãtia animata ſenſi-
bilis: quis ſic argumentetur. Nulla ſubſtan-
tia animata ſenſibilis eſt ſidus cęleſte, canis
eſt ſidus cęleſte: ergo canis non eſt ſubſtan-
tia animata ſenſibilis. Tenet in ſecũda figu-
ra, in feſtino: & antecedens eſt verũ: ergo &
conſequens. Sed conſeq̃ns eſt contradicto-
rium propoſitiõis cõceſſę: ergo. Ecce iſte ē
elenchus, quia eſt ſyllogiſmus, cum contra-
dictione concluſionis. Quia concludit pro-
poſitionem repugnantẽ propoſitioni aſſer-
tę: vnde elẽchus omnis eſt ſyllogiſmus quia
apparet, licet non ſit. Non tñ omnis ſyllogiſ
mus eſt elenchus, quia ille qui dialecticꝰ eſt,
& non ſolum apparet. ſed vere eſt, non dice
tur elenchus. Et quidem in ſyllogiſmo facta
apparentia eſt, quia videtur tenere (vt dixi
in figura & modo) ſed tamen virtute tenet
in quatuor terminis. Et eſt fallacia ęquiuoca
tionis. (Vt dicemus) eo quod in conſequẽti
capiatur pro cane domeſtico, & in maiori ꝓ
ſidere. Vel ſi eodẽ modo capiatur: tũc ſyllo-
giſmus tenet, nec eſt contradictoria hęc. Ca
nis nõ ē ſubſtãtia animata ſenſibilis, in prio-
re pro ſidere, & in poſteriori pro domeſti-
co cane.

Quadruplex diſputatio.

¶ Oportet notare quadrupliciter ſumi diſ-
putationẽ, nã q̃dam eſt doctrinalis, alia dia-
lectica, alia eſt tentatiua, & alia litigioſa ſiue
ſophiſtica. Cuiꝰ diuiſionis datur ſufficiẽtia:
quia omnis diſputatio eo tendit: vt quis ſu-
mat experimentũ de habitu generato, vel
tendit ad generationẽ habitus Si primo mo
do procedat, tentatiua vocãda, ſi ſecundo
modo, tunc dupliciter. Vel fit ad generãdũ
habitũ in opponente, & ſic eſt ſophiſtica, qa
fit ad acquirẽdũ apparentẽ ſapientiam: vel
fit ad generandum habitum in reſpondẽte,
& hoc dupliciter, vel talis habitus eſt certꝰ,
& ſine formidine, & ſic eſt doctrinalis diſpu
tatio, q̃ eſt ſciẽtię generatiua. Vel eſt ad cau
ſandum habitum incertũ cum formidine
de oppoſito, & ſic eſt diſputatio dialectica,
quę opinionem generat. Et ſic ſunt quatuor
diſptuationes differentes ſecundum ſuos
fines.

Diſputatio doctrinalis

¶ Diſputatio doctrinalis eſt illa, quę ex pro-
priis principiis alicuius ſcientiæ ſyllogiſſat,
& non ex illis q̃ videtur vera reſpondẽti, Et
quia qñ ex principiis propriis fit ſyllogiſmꝰ
quia principia propria ſunt vera, & imme-
diata & neceſſaria, ex eis cauſatur demonſ-
tratio: q̃ eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, qui ꝓ-
prie cauſat ſcientiã. Et iſtis vtitur magiſter
docendo diſcipulum. Ob id merito doctri-
nalis diſputatio vocatur, de qua in libris poſ
teriorum reſolutionum.

Dialectica diſputatio.

¶ Dialectica diſputatio eſt, q̃ ex probabilibꝰ
collecta eſt. In hoc enim differt a doctrinali
quia cum doctrinalis cauſet ſcientiam, aſſen
ſum inquã certũ ſine formidine, quia ex im-
mediatis, & neceſſariis procedat: hęc diale-
ctica quia ſolum ex probabilibus, ſolum cau
ſat opinionem. Quia cũ formidine facit nos
aſſentire. Vt ſi quis probet hanc, matrẽ ſuum
diligere filium ſic. Omnis mater diligit filiũ
ſuum, hęc eſt mater: ergo hęc diligit ſuum.
Probatur hic concluſio, per præmiſſam pro
babilem, od id cauſat concluſionis non ſciẽ
tiam, ſed opinionem. Quia cum formidine
aſſentit. Et ſolet addi in diffinitione diſpu-
tationis dialecticę, quod fiat ex probabili-
bus contradictionum. Quod eſt dicere, mu
neris diſputationis dialecticę eſt, ad vtran-
ꝗ partẽ contradictionis adducere argumẽ
ta probabilia. Vt appareat quę pars magis
probabilis ſit.

Tentatiua diſputatio.

¶ Tentatiua diſputatio eſt, quę procedit ex
his quæ videntur reſpondenti, & quę nece-
ſſe eſt eum ſcire, qui ſe ſimulat habere ſcien
tiam, Ratio eſt, quia hæc fit ad capiendum
experimentum de ſcientia reſpondentis.
Ob id oportet. Qui tentat, argumentetur
ex illis, vel in illis, quę communia ſunt in ta-
li ſcientia. Et quæ oportet non ſint igno-
rata reſpondenti. Quia ſi argumentans de
abſconditis & nimis difficilibus diſputa-
ret, non eſſet mirandum quod reſpondens
obmuteſceret. Sed tamen mirandum erit
ſi neſciat reſpondere qñ argumentũ ꝓpoſi-
tũ ē ex cõmunibꝰ. &c. Hoc argumẽto vſus Math. 22.
eſt Chriſtus redemptor noſter, contra legis
peritos & phariſeos, quando Math. 22. di-
xit. Chriſtus cuius eſſet filius & ipſis reſpon
dentibus Dauid: obiecit, quomodo ergo
eum in ſpiritu vocat dominum dicens, di-
xit dominus domino meo? &c. Proceſſit ex ps̃. 109.
cõmunibus in ſciẽtia, quia illa quę de Meſia
in ſcriptura, illis qui ſe putabant ſapientes
debebant eſſe nota.

Litigioſa diſputatio. ¶Litigioſa diſputatio eſt, quando procedit ex illis quę probabilia videntur,ſed nō ſunt (vt diximus ſupra)quando de ſyllogiſmo litigioſo loquti ſumus. Sophiſtice enim procedit decipere volens, vt ſi ſic argumentetur. Aliqua oppoſita ſunt vera,contradictoria ſunt oppoſita: ergo cōtradictoria ſunt vera. Vel ſic,nulla oppoſita ſunt vera, ſubcontraria ſunt oppoſita: ergo ſubcontraria non ſunt vera. Vel ſic, aliqua oppoſita ſunt vera, omnia contraria ſunt oppoſita :ergo omnia contraria ſunt vera.

Argumētū ¶Si aliquis argumentetur contra id quod dictum eſt,doctrinalem diſputationem procedere ex principiis. Sic, nam doctrinalis eſt diſputatio, quando procedit ab effectu ad ſuam cauſam. Vt ſi ſic fiat, omne quod corrumpitur.ex contrariis componitur,homo corrumpitur:ergo eſt compoſitus ex cōtrariis. Hęc eſt demonſtratio & doctrinalis diſputatio:quia cauſat ſcientiam. Et tamen non procedit ex principijs,quia effectus nō eſt principium.&c.

Solutio. ¶Reſpondetur quod licet effectus nō ſint principia ſuarum cauſarum,ſed potius cauſæ ſint principium effectuum: tamen dicuntur eſſe principia cognoſcendi ſuas cauſas. Ex effectu enim venimus in cognitionem cauſę. Nam quia video Lunam eclipſatam concludo cauſam.ſ.terram interpoſitam inter eam,& ſolem.&c.

Quod ſunt metæ. ¶Oportet etiā notare quia ꝗ fallaciis eſt ſermo,quinqꝫ eſſe fines ſophiſtarum,quos vulgus vocat metas,tanqꝫ ſi cōtingat conſequi finem præoptatum. Primus finis eſt.

Meta redargutionis prima. ¶Redargutio,quę tunc eſt, quando reſpondens vi fallacię ſeu falſę argumentationis cōpellitur concedere quod prius negauerat, vel negare quod prius affirmauerat. Vt ſiqs affirmauit nulla cōtradictoria ſunt ſimul vera, fiat ſic argumētum. Aliqua oppoſita ſunt vera,patet de ſubcōtrariis, contradictoria ſunt oppoſita:ergo cōtradictoria ſunt vera. Conſeqntia vīditur bona. & antecedēs eſt verū:ergo & cōſequens. Et id ante negauerat:ergo ad metam peruenit redargutionis

Meta fal.2. ¶Meta falſi qñ reſpōdens vi argumentorū cōpellitur aſſerere quod eſt manifeſte falſū vt ſi faciat ſic argumentū. Omnes epi ſunt ſacerdotes, Aſini ſunt epi,ergo aſini ſunt ſacerdotes.Ex vi argumenti concedit. Quod eſt manifeſtum in falſitate ſcilicet aſinos eſſe ſacerdotes.&c.

Meta inopinabilis.3 ¶Meta inopinabilis, qñ reſpondēs cogitur vi argumentorū, aliqd affirmare quod licet non ſit manifeſte falſum,apud eos qui inter ſunt diſputatiōi,videtur falſum. aut ꝓ nō ꝓbabili habetur. Vt ſi quis aliqm regē fælicē & fortunatū ꝓbet infælicē & infortunatū ſic. Quicunqꝫ ab aliquo vincitur eſt infælix & infortunatus,ſed rex victus eſt:ergo infælix & infortunatus eſt.

Meta ſolęciſmi 4. ¶Meta ſolęciſmi eſt, qñ reſpondens cogitur aliquam concedere propoſitionē,in qua eſt vitium ſermonis. Sic,tu ſcis hoc, & hoc eſt lapis:ergo tu ſcis lapis.

Nugatio.5. ¶Meta eſt nugatio,qñ cogitur reſpondens admittere eiuſdem rei inutilem repetitionē. Dixerim inunitilē, quia aliqñ eādem rē repetere,non ſolū non eſt inutile: ſed vtile. Vt ad emphaſim. Vt ſiquis dicat,o homo hō quid ſupbis,terra terra.&c. Et qndo contingit ad maiorē expreſſionē eādem rē repeti, ſicut in ſacra ſcriptura ſępe. Deus Deꝰ meꝰ. Fiet inutilis repetitio ſic, iſte hō eſt rationalis,ſed rationale idem eſt hō rationalis:ergo iſte homo eſt rationalis, homo ratiōalis.

¶Iſtæ fallacię, ſeu iſtę metæ, diuerſas reſpiciunt ſcientias. Nā prima meta eſt,cōtra metaphiſicam,cuius eſt conſiderare non poſſe duo contradictoria eſſe ſimul vera.

¶2. Meta eſt,contra phiſicam diſciplinā, q̄ conſiderat res ſenſibiles,in quibus veritas vel falſitas eſt manifeſta.

¶3. Eſt contra dialecticam, quę ex probabilibus procedens opinionem generat.

¶4 Contra grāmaticā cuius munus eſt docere recte loqui.

¶5 Cōtra rethoricā,cuiꝰ docere ornate, & elegāter loqui,ob id nō admittit nugationē.

Diffinitio fallacię. ¶Ad punctum rei deueniendo, oportet fallaciam ipſam diffinire, eſt enim locus idoneus ad decipiendum, faciens credere de non ente, quod ſit ens, & de ente, quod ſit non ens,mediante phantaſtica viſione. Ac ſi diceret, ob id fallacia dicta, quia præbet locum argumentandi, ad decipiendum ex aliqua apparēte cauſa, quæ tamen in veritate non eſt.

Fallacię.13 ¶Fallacię oēs quę ab Ariſto, numerātur ſūt 13. q̄rū. 6. appellātur in dictiōe,&. 7. ſunt extra dictionē. fallacię ī dictiōe vel pp dictionē ſunt,

ſunt,æquiuocationis,amphibologię,compo ſitionis,diuiſionis, accentus & figuræ dictionis.

Fallacię ex tradictionē ¶ Extra dictionem ſunt accidentis,a dicto, ſecundum quid, ignorantiæ elenchi,conſequentis, petionis principii, ſecundum non cauſam vt cauſam, ſecundum plures interrogationes vt vnam.

¶ Iſtę ergo fallaciæ vocantur interdum ſophiſmata,atq; id a ſophiſtis. Nam ſophiſta

Sophiſte impoſtores apud latinos idem quod impoſtor. Et merito iſti qui ſophiſtę ſunt, & ſophiſtice ſcribūt, & docent:impoſtores dicuntur,nomem rei conuenit quia iuuentutem decipiunt:bonis ingeniis imponunt, eos remorantes, & tanq; compellentes conſeneſcant ad ſcopulos, Syreneos.(Vt aiunt)per tranſenam eſſent iſta tradenda,vt tempus in rebus non pęnitendis conſumerent. Sine fructu adducunt argumenta,oſtentant ſua ingenia,iſtas fingendo argutias,has deſcribendo nænias, in contradictoriis,in obliquis,in exponibilibꝰ, & in aliis. Solum,vel ad oſtentationem, vel ad exercendos iuuens Vt ſint exercitati, & ad decipiendum prompti. Pręſtaret,iuuentutem ipſam & ingenia molia, & ad modū cerę diſpoſita in illis verſari,quę ſolida.Quę firma quę fructuoſa & ad mores componēdos vtilia. Sed tamen hęc vetus querela eſt,

Seneca. nam ille moraliſsimus Seneca, de ſophiſtis in poſtoribus ſuo tempore conquerebatur, li.6.Epľa.49.ad Lucilum. Quæ merito audienda,quia tali viro digna. Mus ſyllaba ē, mus autem caſeum rodit:ergo ſyllaba caſeum rodit. Putas me nunc iſtud non poſſe ſoluere,quid mihi pericli, quod incōmodū inmineret?Sine dubio verendum eſt,ne q̄n do in muſcipulam ſyllabas capiam, aut ne quando ſi negligentior fuero, caſeum liber comedat. Niſi forte acutior eſt,illa collectio Mus ſyllaba eſt, ſyllaba autem caſeum non rodit:ergo mus caſeum non rodit. O pueriles ineptias, in hęc ſupercilia ſubduximus, in hoc barbam demiſsimus,hoc eſt quod triſtes docemus & palidi?hęc Seneca. Et in ſequenti epiſtola, ad propoſitum multa quæ brebitatis cauſa hic non aducuntur. Ait quidquid non amiſiſti habes:cornua non amiſiſti:ergo cornua habes. Et infert demēs tibi videar,ſi iſtis operam impendero. Hæc ex Seneca. Exquibus coniectare licet,quam neceſſarium ſit ab iſtis ſuperfluis abſtrahere animum & modeſte & caſte rem dialecticam tractare, & quæ ſuperflua & inutilia ſunt, & in exilium procul a caſtris relegare.

CAPITV.SECVNDVM.

De fallacia æquiuocationis.

PRima fallacia quæ contingit in dictione eſt, ęquiuocationis. Ad cuius intelligentiam oportet adducere quę de termino æquiuoco, & vniuoco dicta ſunt, in primis rudimentis. Et quę traduntur in antepręduicamentis ab Ariſto. ſed, ne illa quę ibi dicta ſunt repetantur,ſufficit dicere hanc fallaciā contingere tripliciter. Primo modo, quādo terminus habet plura ſignificata æque principaliter illa ſignificans,qui vocatur ęquiuocus a caſu. Vt ly canis in ſignificando canem domeſticum, & ſidus cęleſte,& piſcem marinum. Quando ergo paralogiſmus, ſeu deceptio prouenit ex multiplici ſignificatione nominis æq̄ principaliter ſignificantis plura, vocatur fallacia æquiuocationis. Vt ſiquis vellit,probare ſidus cęleſte eſſe animal. Formet ſic argumentum,omnis canis eſt ſubſtantia animata ſenſibilis,ſidus cęleſte eſt canis: ergo ſidꝰ cęleſte eſt ſubſtātia animata ſenſibilis. Quæ eſt diffinitio animalis. Eſt fallacia ęquiuocationis,eo quod, Ly canis ęque principaliter ſignificat domeſticum,& ſidus cęleſte, & in maiori ſumitur pro domeſtico, & in minori pro ſidere Et ſic non eodem modo ſumitur medium vtrobiq;,imo non eſt idem mediū ſed virtualiter eſt argumentari in quatuor terminis, Et cum ſyllogiſmus omnis debeat conſtare ex tribus terminis ſolum, non recte concluditur.

Equiuocatio eſt prima fallacia dictionis.

Tripliciter cōtingit fallacia ęquiuocationis

¶ Etiā cōtingit fallacia alio modo,q̄n terminus nō æq̄ principaliter illa ſignificat. Et vocatur ęquocus a cōſilio,ſeu analogꝰ, q̄n vnū magis principaliter,vt ſiquis argumentaretur ſic, omne ſanum eſt animal, vrina eſt ſana:ergo vrina eſt animal: & omnis homo ſentit homo pictus eſt homo:ergo hō pictus

ſentit Et ſic in aliis . Similiter eſt fallacia æquiuocationis,quia argumentatur virtualiter in quatuor terminis, Vel quia quod tribuitur principaliori ſignificato termini volumus tribuere minus principali Nam eſſe ſanum ſolum principaliter in animali , quia ſanitas in eo reperitur ſubiectiue & formaliter:in vrina tamen, ſolum tanquam in ſigno. Ob id non principaliter dicitur ſana,ſed minus principaliter,per reſpectum & habitudinem ad animal. Similiter homo principaliter viuum ſignificat: ſed per ſimilitudinem quandam & Analogiam ſignificat pictum.

¶ Tertio modo contingit, quando terminus habet plura ſignificata ex parte compoſitionis. Vt immortalis ſignificat, & qđ poteſt non mori: & quod non poteſt mori: q̄ ſunt ſatis diuerſa. & inueſtigabile ſignificat & quod poteſt nō veſtigari, & quod nō poteſt veſtigari. Si fiat ſic paralogiſmus, omne quod eſt inueſtigabile poteſt inueſtigari, ſed viæ Dei ſunt inueſtigabiles (vt ait Paulus) ergo vię Dei poſſunt inueſtigari. Et ſimiliter, omne immortale non poteſt mori, homo in ſtatu illo inocentię erat immortalis: ergo homo in illo ſtatu non potuit mori: vterq; eſt paralogiſmus, & antecedens eſt verum, conſequenti exiſtente falſo. Et procedit ex multiplici ſignificatione vocabuli, & virtute eſt argumentatio (vt dictum eſt) in quatuor terminis. Ob id non tenet illatio, neq; valet collectio.

CAPITV, TERTIVM.
De fallacia amphibologię.

QVæ contingit ex hoc, quod ꝓpoſitio ipſa plures habet ſenſus. Nam ſicut in fallacia æquiuocationis contingit, per hoc quod terminus vnus, vel vna dictio habet plura ſignificata: ſic hic contingit, quādo ipſa propoſitio plures poteſt habere ſenſus. Vt Ariſto. ponit exemplum, Vellem me accipere pugnantes. In qua propoſitione poteſt eſſe varius, ſenſus, vel ly me intelligitur a parte ante, vel a parte poſt. Si a parte ante, eſt ſenſus, quod ego accipiam . Si a parte poſt, quod ipſi pugnantes me comprehendāt. Sic fiet paralogiſmus, quoſcunq; vellem me accipere, vellem ab eis me apprehendi, hoſtes vellem me accipere: ergo ab eis vellem me apprehendi. Similiter ſic, quod quiſq; ſcit. Hoc ſcit, lapidem quis ſcit: ergo lapis ſcit. Cauſatur paralogiſmus, quia ly hoc, poteſt ſumi in accuſatiuo, vel in nominatiuo. &c. Sic etiam quod quis videt. Hoc videt colūnam quis videt: ergo colūnam videt. Sic etiam de illo Appolynis oraculo, aio te Eacida, romanos vincere poſſe. Et illud, perdet creſus Halyn, tranſgreſſus plurima regna. Quo vſus dicitur vates Appolynis Creſum inducens ad inferendum bellum Ciro. Vt autor eſt Herodotus. Vbi varius eſt ſenſus propoſitionis per hoc quod poteſt eſſe ſenſus, qđ perdet Hillam: ideſt amittet, vel quod deſtruet, &c. Hic ergo ſumitur occaſio fallacię ex amphibologia ipſius propoſitionis. Quia poteſt in varium ſenſū accipi. Vt hæc etiam propoſitio, hic eſt liber Platonis. Poteſt habere ſenſū, vel quod ſit ab eo poſſeſſus, vel quod ſit ab eo compoſitus . Item & hæc pecunia eſt Cęſaris, vbi erit ſenſus, vel quod poſsidetur a Cęſare, vel quod eius imagine ſit ſcripta. Vnde fiet ſic, omnis liber Platonis poſsidetur ab eo, hic Tunus liber eſt Platonis: ergo hic poſsidetur ab eo. Omnis pecunia Cæſaris poſsidetur ab eo, hæc tua pecunia, eſt pecūia Cæſaris: ergo hęc pecūia poſsidetur ab eo. Similiter omnes epiſcopi ſunt ſacerdotes, ſerui ſunt epiſcopi: ergo ſerui ſunt ſacerdotes. Vel equi ſunt epiſcopi, ergo equi ſunt ſacerdotes.

Oraculum Appolynis

Herodot⁹.

¶ Etiam contingit, quando propoſitio vltra ſuum principale ſignificatum, habet aliud metaphoricum. Vt littus arare, hic littus arare proprie ſignificat ſcindere terram aratro, & metaphorice dicitur de illo, qui fruſtra in aliquo negotio laborat. Ob id poteſt ſic paralogiſmus formari, qui littus arat terram proſcindit aratro, ſed qui operam perdit littus arat: ergo qui operam perdit terram proſcindit aratro.

Bossa Passa por aqui
Passa Bossa en horabuena

CAPITVLVM.IIII.

De fallacia compoſitionis & diuiſionis.

HEc fallacia contingit, vel eo quod a ſenſu diuiſo fiat argumentum ad compoſitũ, vel econtra, in propoſitione modali. Vel euenit extra modalem propoſitionẽ per hoc: quod fiat argumẽtum a ſenſu debito, ad ſenſum non debitũ. Penes hoc, quod poteſt in hoc vel illo ſenſu capi propoſitio.

¶Quantum ad primum contingit ſic fallacia ſedentem poſsibile eſt ſtare: ergo poſsibile eſt ſedentem ſtare. Eſt fallacia, quia eſt argumentum a ſenſu diuiſo: ad ſenſum cõpoſitum, ſ. a modali diuiſa, ad cõpoſitã. Et ſic antecedens eſt verum, & conſequens eſt falſum, nam antecedẽs eſt verum, quia ſtãs poteſt ſedere: & econtra. Tamen nõ eſt poſſibile quod ſtans ſedeat. Si ſedet enim non ſtat. Similiter ſic, iuſtus poteſt eſſe iniuſtus: ergo poſsibile eſt iuſtum eſſe iniuſtum. Pręſcitus poteſt ſaluari: ergo poſsibile eſt pręſcitum ſaluari. Antecedens eſt verum in ſenſu diuiſo, & conſequens eſt falſum in compoſito. Econtrario a compoſito ſenſu, ad diuiſum. Impoſsibile eſt ſtantem ſedere, aut humilem ſuperbum eſſe: ergo ſtans impoſsibiliter ſedet: & humilis non poteſt eſſe ſuperbus. Antecedens eſt verum, conſequens eſt falſum.

¶Verum fallacia non ſolum contingit in ꝑpoſitionibus modalibus vt exẽpla propoſita oſtendunt, ſed etiam quando propoſitio nõ ſumitur in debito ſenſu. Vt ſi quis argumẽtetur, Quicunq́ ſcit literas, nũc, didiſcit eas: Petrus ſcit literas, ergo Petrus nũc didiſcit eas. Poteſt capi iſta ꝓpoſitio in ſenſu debito, vt ly nunc, cõiũgatur cũ qui ſcit literas nunc, & iſte eſt ſenſus cõpoſitus. Vel poteſt facere ſenſum diuiſum, & tũc cõiungitur ly nunc, cum didiſcit eas, & iſte eſt ſenſus diuiſus, & vocatur indebitus. &c Sed ad cognoſcendum quis ſit debitus ſenſus, & quis indebitus ponuntur regulę.

Quando ꝑpoſitio nõ ſumitur in debito ſẽſu

1. Regula. ¶Si modus ponatur a parte vnius extremi ſic quod ſit ſubiectũ vel prędicatum, tũc eſt debitus ſenſus cõpoſitus, & nõ diuiſus. Vt poſsibile eſt album eſſe nigrum. Vel indoctum eſſe doctum eſt poſsibile. Sunt iſtę modales compoſitę (vt diſtũ eſt in modalibus)

¶Secunda regula, ſi mod⁹ copulã determinet, quia ponitur inter dictum, tunc ſenſus ẽ indebitus, & facit ſenſum diuiſum. Vt hominem poſsibile eſt eſſe doctum. Tunc facit ſenſum, quod doctrina poſsit contingere homini. In quo ſenſu iſta conceditur, prędeſtinatus poteſt damnari, & præſcitus poteſt ſaluari. Hæ duę regulę datę ſunt de modalibus, quę conſtãt ex ibidem dictis. 2. Regula

¶Tertia regula, ſi aliqua determinatio ponatur inter duo determinabilia ęque diſtantia: cum determinatio vtrunq́ determinabile poſsit reſpicere, & determinare: ſi primo loco poſitum determinet, dicitur ſenſus magis debitus, ſi ſecundo loco poſitum poſterius, eſt minus debitus, ſeu indebitus ſenſus. Et ſic primo modo facit ſenſu compoſitum, & ſecundo modo ſenſum diuiſum: vt in iſta, quicquid viuit ſemper eſt, Petrus viuit: ergo ſemper eſt. Ly ſemper poteſt determinare ly viuit, vel ly eſt. Si primo modo eſt ſenſus debitus, & compoſitus: & ſic ſi fiat paralogiſmus ſic, quod viuit ſemper eſt, plãta viuit: ergo ſemper eſt. Eſt fallacia compoſitionis, & diuiſionis. Eſt argumentum a ſenſu debito, ad indebitum. 3. Regula.

¶Quarta regula, ſi determinatio fuerit inter duo determinabilia non æque propinqua, ſi determinet quod propinquius, eſt ſenſus compoſitus & debitus: & ſi remotius eſt diuiſus, & indebitus. Vt hic, quicunq́ ſcit literas, nunc didiſcit eas. Ly nunc poteſt determinare ly ſcit, quod eſt remotius: vel ly didiſcit, quod eſt ꝓpinquius: ſi determinet ly didiſcit, eſt debitus ſenſus, & compoſit⁹: & ſi ly ſcit, eſt indebitus, & diuiſus. Si ergo quis argumentetur, quicunq́ ſcit literas nunc didiſcit eas, Petrus ſcit literas: ergo nunc didiſcit eas. Eſt fallacia a ſenſu indebito ad debitum. 4. Regula.

¶Quinta regula. Si ponatur determinabile inter duas determinationes æque diſtantes, ſi ordinetur cum pręcedenti determinatione ſitus ẽ magis debitus. Et ſic ſenſus cõpoſitus, & ſi cũ ſequenti eſt minus debitus, & diuiſus. Vt ſic, vidi imaginem auream 5.

veſtem habentem, ly aurea eſt determinabile inter imaginem & veſtem determinationes. Si ergo ly aurea determinetur a ly imago: ſenſus eſt, quod imago ſit aurea, & eſt debitus ſenſus, ſi vero a ly. Veſtis, tunc eſt ſenſus, quod veſtis ſit aurea, & eſt ſenſus diuiſus. Sic etiam malus artifex eſt bonus. Ly artifex poteſt coniungi cũ ly malus, & eſt ſenſus quod malus artifex eſt bonus. &c. Et eſt debitus ſenſus, & compoſitus. Si vero cum ly bonus, vt ſit ſenſus, malus artifex bonus eſt: eſt ſenſus diuiſus, & non debitus.

6. Regula. ¶Sexta regula, ſi ſit determinabile inter duas determinationes nõ ęquepropinquas: ſi cum propinquiori ordinetur, ſenſus eſt cõpoſitus, & magis debitus: ſi cum remotiori, eſt ſenſus indebitus & diuiſus. Vt in iſta, vidi imaginem hominis auream, veſtem habentem. Poteſt ly aurea determinari, a ly imago, vel a ly veſtis: ſi a primo, ſenſus indebitus, quia magis diſtat: & ſi a ly veſtis, debitus ſenſus, quia minus diſtat.

¶Ex prędictis ergo regulis facile eſt intelligere modum paralogiſmorum, vt ſiquis argumentetur. Quęcunq; poſsibile eſt ambulare, poſsibile eſt ambulet: ſed ſedentem poſſibile eſt ambulare: ergo fieri poteſt vt ſedẽs ambulet. Non valet, quia in maiori modus facit ſenſum compoſitum. & in minori diuiſum. Et in conſequenti facit compoſitũ, fit argumentum a ſenſu indebito, ad debitum. Non vtrobiq; ſumitur in eodem ſenſu. ſ. in antecedenti, & in conſequenti. Et vt vitem⁹ prolixitatem, eodem modo in aliis dicendũ iuxta regulas poſitas: deffectus: enim cõmittitur per hoc: quod fit argumentum a ſenſu debito, ad indebitum, vel econtra. Et tandem non ſumitur eodem modo in antecedenti, & conſequenti.

CAPITVLVM.V.
De fallacia accentus.

HEc fallacia contingit per hoc quod variata ſyllaba in quantitate, variatur & ſenſus. Vt ſic. Quidquid malũ eſt, eſt fugiendum, pomum eſt malum: ergo fugiendũ eſt pomum. Omnis populus ẽ arbor, aliqua gens eſt populus: ergo aliqua gens eſt arbor. Etiam contingit quando litera quæ nõ pronunciabatur cum aſpiratione aſpiratur, vt ſic. Ad aram fiunt ſacra, ſed porcorum hara eſt: ergo ad ſtabulum porcorum fiunt ſacra, eſt fallacia accentus, eo quod ara ſine aſpiratione eſt altare portatile: cum aſpiratione tamen eſt porcorum domus. Et etiam contingit quando dictio quæ minime diuidi debet diuiditur in partes, vt ſic. Tu es quies, ſed. Quies idem quod requies, ergo tu es reqes. Item etiã ex aſpiratione ſic: ſi abeo recedo. Sed argentum habeo, ergo recedo. Itẽ ſic. Quiſquis dicit abeo ſignificat ſe recedere, ſed qui aurum habet, dicit habeo: igitur. Significat ſe recedere.

¶Etiam contingit paralogiſmus qd ſi quid Deus facit inuite: id facit coacte, ſed Deus vinum facit in uite, ergo vinum faciat coacte, & ſic. Omnis terra quæ eſt in via pedibus teritur frequenter, terra deſerta eſt inuia, ergo terra deſerta pedibus teritur frequenter.

¶Etiam contingit fallacia accentus ex modo pronũciandi, ſecundum interrogationẽ vel ſine ea. Vt ſiquis paralogiſſaret ſic, quicunq; dicit Chriſtum regem ſalutãdo, eum veneratur: milites in domo Pilati dicebant eũ regẽ dicẽdo aue &c. Ergo eũ venerabãtur. Item ex verbis Cayphę, qui dixit, ergo tu es Chriſtus. &c. Quicunq; dicit Chriſtum eſſe filium Dei, eum agnoſcit: ſed Cayphas dixit, tu es Chriſtus filius dei: ergo Cayphas Chriſtum agnouit. &c Eſt paralogiſmus & fallacia quę accentus vocatur. Nam ex hoc quod verba proferuntur ironice affirmatiue, vel interrogatiue: ſenſus variatur. &c.

CAPITV.SEXTVM.
De fallacia figuræ. dictionis.

SEquitur fallacia figurę dictionis, quę contingit ex hoc, qđ vna dictio videtur habere eundem modum ſignificandi cum alia, & in veritate nõ habet. Et fit tribus modis, vt ſi

Quot modis contingat fallacia dictionis.

ſi dictio ſignificat maſculinum genus, & ſumitur ac ſi neutrum ſignificaret, vel fœmininum vel ecõtra. Quæcunq; ſubſtantia coloratur albedine, eſt alba. Papa coloratur albedine:ergo,papa eſt alba. Item ſic,penna eſt fœminini generis ergo, dogma eſt fęmininum. Muſa eſt fœmininum:ergo, & poeta.

¶Secundo modo contingit,quãdo eſt tranſitus de vno prędicamento,ad aliud. Vt ſic. Quicqd emiſti comediſti,carnes crudas emiſti:ergo,carnes crudas comediſti. Item ſic,quicquid heri vidiſti,hodie vides,heri album vidiſti:ergo, hodie album vides. Mutatur quid, in quale. Fit enim tranſitus de prædicamento ſubſtantiæ,ad prædicamentum qualitatis. Et ſic quos digitos habuiſti, modo habes:ſed olim paruos habuiſti:ergo modo,paruos habes. Fit tranſitus de quantitate diſcreta,ad continuam.

Quale qd dicitur ſecunda ſubſtantia.

¶Tertio modo contingit, quando dictio quæ ſignificat quale quid, ſignificare videtur hoc aliquid. Quale quid vocatur ſecunda ſubſtãtia,ſcilicet,ſpecies,vel genus. Hoc aliquid, eſt prima ſubſtantia, .ſ. indiuidua. Vt ſi fieret ſic paralogiſmus Petrus eſt alter ab homine, & ipſe eſt homo:ergo,eſt alter a ſeipſo,non valet, proceditur ab homine ſignificãte quale quid,ad Petrum ſignificantem hoc aliquid. Ad hanc fallaciam figuræ dictionis pertinet, quando paralogiſmus procedit ex variatione ſuppoſitionis,vt ſic. Homo eſt ſpecies,Petrus eſt homo:ergo,Petrus eſt ſpecies.

¶SEQVNTVR FALLACIÆ EXTRA DICTIONEM, QUARUM PRIMA EST FALLACIA ACCIDENTIS.

CAPVT. VII.

Fallacia accidentis multis modis cõtingit Et primo.

ISta fallacia multis modis contingit. Primo quando eſt proceſſus ab accidente,ad ſubiectum: vel econuerſo. Vt cognoſco Petrũ, & Petrus eſt veniens :ergo,cognoſco venientem. Eſt deffectus, quia Petrus & veniens ſunt vnum per accidens,& non per ſe: quare nõ ſequitur,quod ſi cognoſco Petrũ,& venientem cognoſcam. Vocatur fallacia accidentis. Similiter ſic, iſte equus eſt tuus, & eſt pater:ergo,eſt pater tuus. Non valet,quia equus,& pater,ſunt vnum per accidens.

¶Secundo modo contingit, quando illud 2. Modo.
quod conuenit ſuperiori,concluditur de inferiori. Vt ſic,homo ẽ animal,& animal eſt genus:ergo,homo eſt genus. Petrus eſt homo,& homo eſt ſpecies:ergo,Petrus eſt ſpecies. Non valet paralogiſmus quia inferior cum ſuperiori conueniunt de per ſe in aliquo,& tamẽ differunt in alio, ab illo in quo conueniunt, & ſunt vnum,non debet inferri quod ſint idem,in illo in quo differunt. Nam in eo quod animal eſt gen9,differt ab homine:quia homo eſt ſpecies. Ob id non poteſt de homine genus dici.

¶Tertio modo eſt fallacia accidentis,quan 3.
do eſt argumentum ab ſpecie,ad proprium Sic,homo eſt riſibilis,& riſibile eſt propriũ: ergo,homo eſt proprium. Non ſequitur paralogiſmus,quia riſibile,& homo,licet conuertantur,non ſunt tamen idem diffinitione. Ob id non ſequitur,quod id quod de vno dicitur,dicatur de altero.

¶Etiam dicunt, (vt notat & bene Titilma 4.
nus) fallaciam eſſe accidentis,quotiescunq; contingat aliquem ſyllogiſmũ peccare,contra aliquam regulam ſyllogiſmorum. Vt ſi fiat proceſſus ex puris negatiuis,vel ex puris particularibus,aut ſi altera prẹmiſſarum exiſtente particulari inferatur cõcluſio vniuerſalis,vel altera prẹmiſſarum exiſtente negatiua,concluſio ſit affirmatiua. Exempla horum in ſyllogiſmorum tractatu ſunt poſita. Sed tamen non pigebit de nouo ponere. Nõ valet hic ſyllogiſmus,animal currit,& homo eſt animal:ergo,homo currit. Ex puris particularibus. Item nõ valet,nulla arbor eſt homo,nullum animal eſt arbor ergo nullum animal eſt homo Ex puris negatiuis.

¶Item non ſequitur, aliqua oppoſita ſunt vera,omnia ſubcontraria ſunt oppoſita:ergo,omnia ſubcõtraria ſunt vera. Deffectus eſt:quia concluſio eſt vniuerſalis, exiſtente aliqua prẹmiſſarum particulari. Item non ſequitur,nullum animal eſt lapis, omnis ho

mo eſt animal : ergo omnis homo eſt lapis. Deffectus eſt,quia altera pręmiſſarum exiſtente negatiua , concluſio eſt affirmatiua. In omnibus iſtis datur pro deffectu,ſallacia accidentis.Quia apparet bona forma ſyllogiſtica,ſed non eſt. Sæpe vtuntur iſta reſpõſione antiqui doctores in ſolutione paralogiſmorum dicentes , eſt fallacia accidentis, ob id oportet diligenter conſiderare hanc fallaciã accidentis , quæ ideo tam communis quia adducitur ad reprobandum omnẽ ſyllogiſmum peccantem in forma contra aliquam regulam ſyllogiſmorum.

Vſ⁹ freq̃ns fallacie accidẽtis.

CAPITVLVM.VIII.
De fallacia ſecundum quid & ſimpliciter.

SEquitur fallacia quę eſt ſecundum quid & ſimpliciterquę contingit ex hoc, quod quis argumentatur ab id quod eſt ſecundum quid,ad id qnod eſt ſimpliciter. Vt ſiquis argumentaretur,ethiops eſt albus ſecundum dentes:ergo eſt albus.

Quando aliquid dicitur ſimpliciter tale.

¶ Eſt conſiderandum aliquid dici ſimpliciter tale , quando abſolute ponitur ſine aliq̃ determinatione reſtringente,vel diminuẽte. Vt homo abſolute ſũptus. Dicitur etiã totũ in modo vel ſimpł̃r, termin⁹ q̃n ſic abſolute ſumitur,& ſecundum quid dicitur,non ſicut pars in modo Sed tunc vocatur ſecundum quid,quando determinatio addita determinabili non reſtringit , ſed alienat , vel diſtrahit,vel ampliat. Et tunc eſt,quãdo totum ipſum vel quod ſimpliciter dicitur:non verificatur abſolute de eo quod dicitur ſecundum quid . Verbi gratia , homo dicitur, ſimpliciter , ſed homo pictus dicitur ſecundum quid,quia ly pictus diſtrahit,& alienat a proprio ſignificato. Ob id non dicitur abſolute homo pictus eſt homo: ſed eſt homo pictus . Item ly ſecundum dẽtes , vt ethiops eſt albus ſecundum dentes,non valet, eſt albus ſecundum dentes: ergo eſt albus ſimpliciter.Sed oportet addere eſt albus ſecundũ dentes.Sed quando non diminuit, ſed reſtringit ſolum:tunc eſt pars in modo,& non dictum ſecundum quid. Vt albus ſic,homo albus.Homo prudens.&c . Et velociter currere,animal ſanum.&c.Et tunc(vt dixim⁹) in locis dialecticis , in toto in modo valet a parte in modo,ad totum affirmatiue . Eſt homo albus,ergo homo. Eſt homo prudẽs: ergo eſt homo,homo velociter currit , ergo currit.

¶Quinq; modis ſolet contingere paralogiſmus in dicto ſecundum quid , primo quando determinatio addita habet oppoſitionẽ ad illud cui additur.Vt ſic,Ariſto.eſt homo mortuus:ergo eſt homo . Ly homo abſolute habet oppoſitionem cum ly mortuus.

5.modis paralogiſm⁹.

1. Modus.

¶Secundo modo contingit ,quando determinatio addita pertinet ad actum animę. Vt non valet , Chimera eſt animal opinabile:ergo eſt animal . Quia opinabile diminuit de ratione animalis. 2.

¶Tertio modo , quando determinatio addita aliquid ſignificat, in potentia . Vt ſemẽ hominis eſt in potentia homo : ergo ſemem eſt homo. Non valet , quia eſt determinatio diminuens de ratione actus, 3.

¶Quarto modo eſt , quando determinatio partem ſignificat , vt albus ſecundum dentes. Vt non valet , eſt albus ſecundum dentes:ergo eſt albus . Si tamen a parte totum denominaretur, valeret.Vt eſt criſpus ſecũdum capillos:ergo eſt criſpus. Ratio ẽ, quia creſpitudo non poteſt homini competere, niſi ſecundum capillos. 4.

¶Quinto modo contingit , quando determinatio addita cogit terminum cui additur ſtare materialiter. Sic, ſapiens vult amittere malum:ergo ſapiens vult malum.Quia in antecedenti capitur materialiter , quia vult amittere ideſt derelinquere : & tamen non ſequitur vt vellit abſolute, quia tunc ſequeretur quod ea ratione qua malum eſt vellet. 5.

¶Ariſto.huius fallacię ponit exempla , ſic. Hic eſt naturalirer ſtudioſus : igitur eſt ſimpliciter talis . Item in aliquo loco expedit, vti tali dieta : ergo ſimpliciter expedit ei. Aliquando expedit medicari.ſ.tẽpore morbi:ergo ſimpliciter expedit.

¶Etiam videntur huc pertinere paralogiſmi qui fiunt a coniuncta , ad diuiſam.Vt ſic, hic homo eſt bonus muſicus:igitur eſt bon⁹ & muſicus. Eſt laudabilis artifex : ergo eſt laudabilis,& artifex.&c. Etiam eſt fallacia,

argumentari

argumentari negatiue a toto ſimpliciter, ad
ſecundum quid. Non enim valet, non eſt al
bus : ergo non eſt albus ſecundum dentes.
Antichriſtus non eſt homo : igitur non eſt
homo futurus.

CAPITV. NONVM.
De fallacia quæ ignorãtia elenchi dicitur.

FAllacia ignorantia elen
chi. Eſt, quando ꝓpter
omiſsionem alicuiꝰ par
ticulę concluditur con-
tradictorium propoſi-
tionis datę. Vt ſi quis ar
gumentum formet ſic,
quadruplum eſt duplũ
ad duo, & non eſt duplum ad tria : ergo qua
druplum eſt duplum, & non eſt duplum.
Eſt fallacia ignorantia elenchi, quia non po-
nitur illa particula ad idem. Diffinitur elen
chus ſic ab Aris.

Diffinitio elenchi. ¶ Elenchus eſt contradictio vnius & eiuſ-
dem non nominis ſed rei, & nominis non
ſinonomi, ſed eiuſdem. Ex his quę data ſunt
non conumerato eo quod eſt in principio
ad idem ſecundum idem ſimiliter, & p idẽ
tempus. Exemplis conſtabit hæc diffinitio.
In exemplo propoſito quando dicitur qua-
ternarius eſt duplus ad binarium, & non eſt
duplus ad ternarium ; ergo eſt duplus & nõ
duplus. Deberet addi, ad idem. Et ſic, ſicut
conſequens eſt falſum, & antecedens pro il-
la parte, ſ. & non eſt duplus ad idem. Vel ſi
antecedens abſolute intelligatur, quando
concluditur: ergo eſt duplus, & non duplus
ad diuerſa: tunc antecedens eſt verum.

1. Modus. ¶ Iſte ergo eſt primus modus, quando pec-
cat elenchus ex deffectu particulæ ad idem
(vt patet in exemplo.

2. ¶ Secundus modus eſt, quando peccat con
trã particulam ſecundum idem, vt ſic. Hoc
eſt duplum ſecundum longitudinem, & nõ
eſt duplum ſecundum latitudinem: ergo eſt
duplum & non duplum. Deberet addi ſecũ
dum idem. Et hoc eſt falſum, quia ſolum ſe-
cundum diuerſa eſt duplum, & non duplũ.
Et ſi in conſequenti adderetur, eſt duplũ &
nõ duplũ ſecũdũ diuerſa: bõa eſſet collectio,

¶ Tertio modo peccatur contra particulã 3.
ſimiliter, ſic. Cęlum mouetur circulariter, &
nõ mouetur ſurſum: neq; deorſum: ergo mo
uetur & non mouetur. Eſt fallacia contra
particulam ſimiliter, nam ſi adderetur & nõ
ſimiliter mouetur ſuoſum, &c. Nulla eſſet
contradictio. Nam ſi ſimiliter moueretur,
& non moueretur eſſet contradictio. Et ſi
ad idem & ſecundum idem eſſet quid du-
plum, & non duplum. Sed modo non ſic cõ
tingit, ob id non eſt contradictio, & eſt igno
rantia elenchi contra particulã. Similiter.

¶ Quarto modo fit contra particulam. In 4.
eodem tempore, vt. Noctua nocte volat, &
die non volat: ergo volat, & non volat. Eſt
contradictio ſi eſſet in eodem tempore.
Sed quia non eſt in eodem tempore, eſt ig-
norantia elenchi : contra illam particulam.
In eodem tempore. Et ſic oculus meus eſt
clauſus pro iſto tempore. Et pro illo nõ eſt
clauſus: ergo eſt clauſus & non eſt clauſus.

CAPITVLVM. X.
De fallacia petitionis principij.

SEquitur alia fallacia
petitionis principii, q̃
contingit : quando a-
liquis petit ſibi conce
di propoſitum, quod
debet probare. Et tã-
dem tunc fit, vel quã-
do probatur idem per
idem, vel aliquid igno
tum, per id quod eſt ignotius. Vt ſi quis vel-
let probare quod omnis homo eſt animal,
ſic argumentetur, Omnis homo eſt animal.
Et oĩs hõ eſt animal, ergo oĩs hõ ẽ animal.
Hic probatur idem per idem, vel ſi ſic pro-
bet, omne animal rationale eſſe capax diſci
plinę, Omnis homo eſt capax diſciplinę. Et
omne animal rationale eſt homo : ergo om-
ne animal rationale eſt capax diſciplinæ.
Hic eſt petitio principii, quia magis nota eſt
concluſio, quam pręmiſſę, Quia propria paſ
ſio cum fluat ab eſſentia, magis notum eſt
prædicari de diffinitione, quam de diffi-
nito. Et tandem ponũtur aliqui modi in qui
bus eſt petitio principij.

¶ Primus

1.Modus. ¶Primus. Quando petitur diffinitum ad ꝓbationem diffinitionis, vel e cõuerſo. Vt ſi quis vellit probare hominem eſſe diſciplinabilem, & petat concedi: quod animal rationale eſt diſciplinabile, & tunc argumẽterur: animal rationale eſt diſciplinabile: ergo homo eſt diſciplinabilis. Dicitur petitio principii: quia dubium ita eſt de diffinitione, ſicut de diffinito. Sed tamen ſi quis vellet probare abſolute hanc hominem eſſe diſciplinabilem & ſic formaret argumentum, omne animal rationale eſt diſciplinabile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt diſciplinabilis: non eſſet petitio principii quia ego non peto vt quis mihi concedat iſtam: omne animal rationale eſt diſciplinabile, ſed ego ſumo in pręmiſsis ad concludendum intentum.

2. ¶Accidit etiam petitio principii, vt ſi quis petat vniuerſalem concedi ad probationẽ particularis. Vt ſiquis debeat probare iſtam omnium contrariorum eadem eſt diſciplina, petat ſibi concedi. Omnium oppoſitorũ eadem eſt diſciplina. Et ſic dato ille argumentetur. Sic, omnium oppoſitorum eadẽ eſt diſciplina: ergo omnium contrariorum eadem eſt diſciplina. Eſt fallacia, cum antecedens ſit minus notum ꝙ conſequens.

3. ¶Euenit aliqñ, quando petuntur omnia ſingularia, ad probationem vniuerſalis. Vt ſi debeat probari ſupradicta propoſitio, omnium oppoſitorum eadem eſt diſciplina: petat ſibi concedi quod contradictoriorũ eadem eſt, & priuatiuorum eadem eſt, & contrariorum eadem, & relatiuorum eadẽ. &c. Eſt petitio principii Nam in vniuerſali etiã dubitatur de omnibus ſingularibus.

4. ¶Contingit etiam quando petitur diuiſim quod coniunctim debet probari. Si probandum eſt quod medicina ſit ſcientia ſani, & ægri: ſumatur ſic argumentum. Medicina eſt ſcientia ſani, & eſt ſcientia ęgri: ergo medicina eſt ſcientia ſani & ægri, aſſumitur qđ eſſet probandum, obid petitio principii eſt.

5. ¶Etiam fit, quando petitur vnum correlatiuum, ad probãdum aliud. Vt ſi quis debeat probare Petrum patrem Pauli, petat Paulũ eſſe filium Petri: & tunc argumentetur. Paulus eſt filius Petri: ergo Petrus ẽ pater pauli.

Nota. ¶Notandum eſt tamen quod in iſta fallacia peculiare eſt, non cõmitti aliquem deffectum contra regulas ſyllogiſmorum. Sed ſolum peccatum committitur, quia licet ſeruetur modus & figura: non ſeruatur quod debeat probari ignotum per id quod eſt noti⁹ Et ſic omnes aliæ fallaciæ in forma peccãt, hęc ſola videtur in materia peccare. Verũ dicitur fallacia: quia non probat ſicut probare debet. Nam ſequitur in modo & figura, omne animal rationale dormit, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo dormit. Et tamen eſt petitio principii. Ratio eſt: quia magis nota eſt concluſio, quã præmiſſa maior. Nam prædicata accidentalia per prius de diffinito, quam de diffinitione. Ideo magis notum eſt hominem dormire, quam animal rationale dormire. Ecõtra eſt. Quando eſt pręedicatum quod eſſentialiter dicitur, quia per prius conuenit diffinitioni quam diffinito. Vt eſſe diſciplinabile: quia licet ſit proprium accidens, tamen fluit ab eſſentia, & ſic eſſentialiter dicitur de animali rationali quæ eſt eſſentia hominis per prius, quam dicatur de homine. Prædicata accidentalia magis đ diffinito ꝙ de diffinitione.

CAPITVLVM. XI.
De fallacia conſequentis.

HEc fallacia cõſtat ex eo quod quis putat quia ſi aliquid ſequitur ex aliquo, fiat ſimiliter e conuerſo. Vt quia ſequitur homo eſt, ergo animal eſt: ſic etiam ſequatur econtra, animal eſt: ergo homo eſt. Vel ſic, quia ſequitur non eſt animal: ergo non eſt homo, putet ſic ſequi: non eſt homo: ergo non eſt animal. Vel ſic, homo currit: ergo homo mouetur, putet etiam ſequi: homo mouetur: ergo homo currit. Fallacia cõſequentis.

¶Contingit hęc fallacia in multis modis argumentandi. Maxime quia quis putat in bona conſequentia, quod oppoſitum antecedentis inferat oppoſitum conſequentis. Nã licet ſit verum, quod oppoſitum conſequentis inferat oppoſitum antecedentis, (vt dictum eſt quando de conſequẽtiis agebam⁹) non tamen oppoſitum antecedentis infert oppoſitum conſequentis. Nam licet ſequatur

tur ſic,homo currit ergo homo mouetur.Et
nullus homo mouetur,ergo null9 homo cur
rit Non ſequitur, nullus homo currit: ergo
nullus homo mouetur. Eſt fallacia conſeq̄n
tis, Et tandem contingit quando quis argu
mentatur a toto vniuerſali, non vniuerſali-
ter accepto:ad partem ipſi ſubiectam. Vt a-
nimal eſt, ergo homo eſt. Aut a parte ad to-
tum vniuerſaliter ſumptum. Homo eſt:er-
go omne animal eſt Item a parte vna vel nõ
ab omnibus in quantitate,ad totum in quã-
titate. Vt homo currit: ergo omnis homo
currit Item quando negatiu. a toto integra
li,ad ſingulas partes. Vt non eſt domus er-
go non eſt tectum. Aut affirmatiue, ab ali-
qua partium.ad totum. Eſt fundamentum:
ergo domus. Item quando in communiter
accidentibus,a priori ad poſterius. Vt flo-
ruit:ergo habuit fructum vel negatiue, a po
ſterius ad prius. Non peperit: ergo non con
cepit. Et quando in oppoſitis mala fiunt ar-
gumenta, a negatione ad affirmationem.
Vt non eſt album:ergo eſt nigrum. Et a ma-
iori affirmatiue,vt rex poteſt debellare ciui
tatem:ergo & dux poterit. Et quando a mi-
nori negatiue, non poteſt miles: ergo nec
rex poterit. Et quando ab autoritate negati
ue, Ariſto.non dixit hoc:ergo non eſt dicen
dum. In omnibus iſtis modis, committitur
fallacia: quę conſequentis vocatur.

CAPITVLVM.XII.
De fallacia ſecundum nõ cauſam vt cauſam.

Fallacia ſe-
cundũ non
cauſam vt
cauſam.

ISta contingit, quando in-
ter pręmiſſas quę ſolent eſ
ſe cauſa concluſionis poni
tur aliqua propoſitio, quæ
nihil operatur ad conclu-
ſionem, & ſic non eſt cau-
ſa, Et videtur eſſe Vt ſi qs
petat. Nũquid anima & vita ſint idem? fiat
argumentum. Anima & vita ſunt idem, &
mors & vita ſunt contraria, & generatio &
corruptio ſunt contraria, ſed mors eſt cor-
ruptio, ergo vita eſt generatio: ergo viuere
eſt generari,quod eſt impoſsibile.Quia qui
viuit non generatur,ſed genitus eſt, conſe-
quens eſt falſum;ergo antecedẽs,ergo illud
anima & vita ſunt idem eſt falſum. Hic eſt
deffectus,quod nõ ſequitur: ſi concluſio eſt
falſa,quod illa pręmiſſa ſit falſa, quia illa nõ
eſt cauſa concluſionis, quia etiam ipſa ſeclu
ſa poſſet ſequi. Ob id ex eo quod concluſio
ſit falſa,non poteſt oſtendi illam eſſe falſam
Anima & vita ſunt idem. Quia non ſequi-
tur ex ea, ſed poſſet iſta inferri: ergo iſta:
mors & vita ſunt contraria;eſt falſa.quia ex
iſta ſeqtur cõcluſio falſa. Nã mors & vita nõ
ſunt contraria, ſed ſolum priuatiue oppoſi-
ta. Ob id eſt fallacia ponendo pro cauſa,
quod non erat cauſa.

CAPITVLVM.XIII.
De fallacia quando plu res interrogatio- nes; vt vna.

LIcet idem ſint ſecun-
dum rei veritatẽ, enũ
ciato,propoſitio, inte
rrogatio: & .cõ.:diffe
runt quantum ad hoc
quia enũciato dicitur
quãdo ſimpliciter ſig
nificat aliquid eſſe vel
non eſſe, vt homo eſt
animal. Et propoſitio dicitur quando ſumi-
tur ad aliquid probandum. Interrogatio,
quando ſub dubitatione proponitur. Con-
cluſio dicitur,quando ex alio,vel aliis infer-
tur. Et ſic ſicut enunciatio eſt vna vel plures
ſic interrogatio, propoſitio, & concluſio.

Quid enun
ciatio.
Quid ꝓpo-
ſitio.
Quid inter
rogatio.
Quid con-
cluſio.

Enunciatio vna dicitur, quando vnum de
vno. Vt homo eſt animal, vel homo eſt do-
ctus. Enunciatio plures dicitur, quando plu
ra de vno, vt Petrus eſt muſicus & dialecti-
cus,vel vnum de pluribus. Vt,Petrus & pau
lus ſunt Theologi.&c.

¶ Eſt tamen conſiderandum, quando plu-
ra pręedicantur dę vno, ſi illa faciant vnum
de per ſe:dicitur enunciatio vna. Vt homo
eſt animal rationale. Quia animal & ratio-
nale vnum faciunt. Si tamen illa plura vnũ
faciant de per accidens,vocatur enunciatio
plures:vt iſta Petrus eſt homo albus.

¶ Ad propoſitum ergo. Iſta fallacia proue-
nit

nit ex eo, quod ad interrogationem quę eſt plures:daturvna reſpōſio. Vt ſi quis querat nunquid Petrus & Paulus ſint theologi? reſponſio fiat de vno. Exempli cauſa, ſi quis interroget. Vtrū homo & aſinus ſint animal rationale? ſi quis reſpondeat quod ſic. Ergo aſinus eſt animal rationale: ſi dicat quod nō ergo homo non eſt rationale. Fallacia prouenit, quia ad interrogationem vt plures: ſolutio eſt vt vna. Et ſic deberent dari plures reſponſiones dicendo: homo eſt rationalis, & aſinus eſt irrationalis. Vt ſi quis dicat etiā. Putas ne tu es homo & aſinus? ſi reſpondet quod non, ergo non es homo: ſi reſpondeat quod ſic, ergo es aſinus.

¶Etiam contingit paralogiſmus, q̄ndo plura ſubiiciuntur vel prędicantur in plurali numero. Sicut putas ne mel & fel ſunt dulcia? ſi dicatur quod non, concluditur: ergo mel dulce non eſt. Si ſic: ergo fel dulce eſt. In iſtis eſt fallacia, quia vbi interrogatiões ſunt plures, plures oportet ſint reſponſiones. Et ſic finis fallaciarum.

¶Sed tamen pro complemento elenchorum ſolet poni, quomodo omnes fallacię reducuntur ad ignorantiā elenchi. (Vt Ariſ. probare contendit) nam nulla eſt fallacia: q̄ non peccat in aliqua particula poſsita in diffinitione elenchi. Nam vel erit contra particulam ad idem, vel ſecundum idem, ſimiliter: vel per idem tempus.

Ariſto primo elēcho. c.5. p totū.

¶Primo fallacia ęquiuocationis & amphibologię, & figurę dictionis, ideo fallacia eſt, quia ſyllogiſmus non conſtituitur ex eis, q̄ ſunt eadem ſecundum rem, & vocē ſimul. Nam licet in ęquiuocatione & amphibologia eadem ſit vox: non tamen eadem res. In figura dictionis non eſt eadem vox, & in fallacia compoſitionis, & accentus, nec idemptitas rei neq; vocis: ob id peccatur contra verum elenchum: qui requirit vocis & rei idemptitatem.

¶De fallaciis extra dictionem. Quæ accidētis eſt, peccat contra verum elenchum, quia in tali: extremitates ſic vniūtur interſe, vt nō ſic cum medio. Vt animal eſt album: coruus animal eſt: ergo coruus eſt albus. Ob id non dicitur ſecundum idem album de animali: & de coruo.

¶In fallacia petitionis principii, & non cauſę vt cauſa: fit contra elenchum. Quia quod primum eſt, vel medium: non debet cōnumerari in ſecundis. Vel quia boni elenchi ē conditio: quod a notioribus fiat proceſſus. Et etiam eſt conditio, vt cōcluſio procedat a pręmiſsis tanq̄ a cauſa. &c.

¶Fallacia ſecundum quid reducitur, quia in illis non eſt affirmatio & negatio eiuſdē de eodem. Neq; in eis ſequitur concluſio de neceſsitate. Et ſic etiam fallacia conſequentis, quia non recte ex oppoſito antecedentis infertur oppoſitum conſequentis. Item interrogationes plures. &c. Quia propoſitio plures non eſt propoſitio, & tñ in bono elēcho oportet ſit propoſitio vna, & non quæ ſit plures. &c. Et ſic tandem fallacia quęcūq; ſit, peccabit vel quia non ſeruatur idem, vel ſecundum idem, vel ſimiliter, vel per idem tempus.

¶Modus ſoluendi paralogiſmos, quando ab æquiuocatione, amphibologia, compoſitione vel diuiſione, accētus, & ſi quod ſumptum ſit multiplex, oportet diſtinguere prius: & ſic non procedet paralogiſmus in fallaciis quæ ſunt per accidens, & ſecundum quid, & per ignorantiam elenchi, & per conſequens, & non cauſam vt cauſam, & plures interrogationes vnam: oportet negare conſeq̄ntiam. Et dare rationem quare negetur.

Mod⁹ ſoluendi paralogiſmos

¶Fallaciæ.

¶In dictione.

Equiuocationis.
Amphibologiæ.
Compoſitionis.
Diuiſionis.
Accentus.
Figuræ dictionis.

¶Extra dictionem.

Accidentis.
Secundum quid: & ſimpliciter.
Ignorantia elenchi.
Petitio principii.
Conſequentis.
Non cauſę vt cauſa.
Secundum plures interrogationes vna.

EPIGRAMMA

EPIGRAMMA FRATRIS STEPHANI SALAZARII ILLIBERIENSIS AD LIBRVM IN ROSSOREM.

Peſtiferos morſus naſſuta ꝗ verba fugiſti,
Nam teres eſt autor maximus iſte tuus.
Rodit at inuidię virus mortale venenum.
Exiguum carmem,pono quod ipſe tibi.
Parce præcor cenſor:teſtarer nanꝗ ego crimem,
At Maro defendit crimem abeſſe mihi.

APOSTROPHE AD AVTOREM ET MAGISTRVM SVVM.

Culpa ſi ineſt tamen:lux ſumma ac obnubilat illam,
Fulgentis radíj: Titan Apollo tui.
Quod ſi Damaltheo lacte eſt Iuppiter altus
Tutus,& omnipotens a patre tectus erat.
Tutus erit pulex Iouis ac auxilio fretus,
Paſtus & a lacte docte ꝗ Alphonſe tuo.
Reſtat ꝗ vt ſpernat latratus:inuida verba,
Peſtiferum naſſum,Stephanus iſte tuus.
Modo degas fælix:per multa ꝗ ſecula tenens,
Mathuſaleneos:Neſtoreos ꝗ dies.





¶NONNVLLA ERRATA QVÆ DEPRÆ henſa ſunt inter imprimendum ſequntur.

¶In epiſtola nuncupatoria linea.10. vbi, e, equibus, lege equibus.
In eadem epiſtola linea.15. vbi redigerimus, lege redegerimus.
Fo 5.col.3.linea.9. Vbi rebus ſignificatis: lege pro rebus ſignificatis.
In eadem col.linea.40. vbi ſine, lege ſiue.
Fo.6 col.2.linea vltima. Vbi nam, lege non.
Fo.eodẽ col 3.linea.7. Vbi non, lege nam.
Fo.7.col 2.linea 21. Vbi ſine, lege ſiue.
Fo.eodem col.3.linea.40. Vbi tum, lege tamen.
Fo.8.col.3.linea 12. Vbi alio, lege alio modo.
Fo eodẽ colũ.4.linea.23. Vbi hypotentica, lege hypotetica.
Fo.eodẽ. col. 4.linea 30. Vbi capulam, lege copulam.
Fo.10 col.1.lenea 48. Vbi conceptum reflexum, lege conceptum reflexum ſignificare.
Fo.eodẽ colũna ſecunda linea.38. Vbi home, lege homo.
Fo.eodẽ colũ 3.linea vltima. Vbi infernorum, lege infirmorum.
Fo.11. colũna ſecunda linea octaua. Vbi ſignificat, lege ſignificet.
Fo.eodem colũna ſecunda linea ſecunda Lege ſubiectum.
Fo.eodem & eadem col.linea.29. Vbi ſignificant, lege ſignificat
Fo eodẽ col.3.linea antepenultima. Vbi mediatum, lege immediatum.
Fo.12. vbi titulus ſolum de diuiſione, lege de diuiſione terminorum.
Fo.eodem. col.2.linea.6. Vbi militari, lege militare.
Fo. eodem & eadẽ col.linea 36. Vbi imponerentur, lege imponeretur.
Fo.eodem & col.ea.linea.47. Vbi canẽ quędam, lege quendam.
Fo.13.in titulo lege de diuiſione terminorum.
Fo 13.col.3.linea.29. Vbi hominem album, deleas album
Fo.15.coluna ſecunda linea.22. Vbi adequante: lege adequate.
Ibidem linea.35. Vbi in comparatibiles, lege incompatibiles.
Ibidem colũna quarta linea.46. Vbi pro proprietates: dele pro.
Fo.18.colũna quarta. Ibi ſolent noſtri dialectici. Intelige gratia exempli poſitum quod a confuſa prius, & conſeqntia tenet per locũ extrinſecũ.
Fo.32.col.3.linea.35. Vbi in negatiue, dele.in.
Fo.33.col.1.linea antepenultima. Lege hęc inuenta.
Fo.eodem col.3.linea.10. Vbi ęquipollet: lege æquipollent.
Fo.49.col 1.linea.8. Vbi color, lege calor.
Fo.50 col.2.linea.24. Vbi infinita, lege nifinita.
Fo.52.col 1.linea.3. Vbi debilio, lege debilior.
Fo.eodem col.3.linea antepenultima, lege econtra.
Fo.59.col.1.linea.14. Vbi indiſtributus, lege indiſtributum.
Idem & in margine.

¶Diligens lector forte literę pro litera poſitionẽ inueniet, cuius cura erit ea diligẽter corrigere, quę (vt diximus in pręcedentibus) non ſatis corrigi potuerunt inter imprimendum, licet corrector perſpicaciſsimos habuerit oculos.*.

✠

LAVS DEO SIT VBIQVE.

EPITHOME SVMMVLARVM AD FACILE HABENDVM IN MEMORIA OMNIA QVAE IN eis tradidimus,& cæpimus ab oratione, omittentes ea quæ ad terminos,& ſuppoſitionem,& ad alia ſpectant, ſatis enim ſub compedio poſsita ſunt,quando qui dem ea breuiter ex propoſito (vt ſæpe ſæ pius retuli) edidimus.

✠

¶DE ORATIONE. Fo, 26.

¶Oratio eſt vox ſignificatiua ad placitũ. Cuius partes ſæparate aliquid ſignificant. Vt homo albus.

¶Oratio duplex,perfecta & imperfecta.Illa eſt perfecta, q̃ perfectum ſenſum cauſat.

¶DE PROPOSITIONE. Fo. eo.

¶Propoſitio eſt oratio vere vel falſe ſignificans,in dicando. Vt homo diſputat.

¶Nulla oratio alia ab indicatiuo dicitur ꝓpoſitio, quia ipſa indicando ſignificat ideſt cauſat aſſenſũ vel diſſenſum in intellectu.

¶Propoſitio etiam hypotetica poteſt cauſare talem aſſenſum, vel diſſenſum. Vt ſi homo curreret,homo moueretur.

¶Duplex propoſitio falſa & vera. Vera quę ſignificat ita eſſe ſicut eſt. Falſa quæ aliter eſſe quam eſt.

¶Propoſitio ſe falſificans eſt,quæ ad ipſam eſſe veram ſequitur eam eſſe falſam,vt hęc. Hęc eſt falſa,quæ ſe ipſam demonſtrat.

¶Propoſitio in creata eſt Deus ipſe,quia diſtinctius ipſe repręſentat hominem eſſe animal, quam ipſamet propoſitio.

¶Propoſitio de ly eſt de ſecundo adiacẽte eſt.Quando non exprimitur prædicatũ. Vt homo eſt. De tertio quando exprimitur. Homo eſt animal.

¶Propoſitio de actu exercito. Quando id quod ſignificat exercet. De actu ſignato. Quando ſignificat,ſed non exercet. Vt etiã ſi homo non ſit, eſt vera. Homo eſt animal rationale. Vbi eſt de actu ſignato. Fo. eo.

¶Propoſitio ſignificat & aliquid & aliqua. Et hoc aliqualiter ideſt vnitiue, Quia vnit pdicatum cum ſubiecto.

¶Canis eſt ſubſtantia in voce vel ſcripto poteſt dici propoſitio vna.& propoſitio plures. Vna,quia non niſi vnum ſubiectum. Et plures,quia correſpondet tribus in mente.

¶Propoſitio illa eſt vna,quæ ex terminis vniuocis conſtat.

¶Licet in voce vel ſcripto detur æquiuocatio,non tamen datur in mente.

¶Terminus ęquiuocus ſecundum quãlibet ſeorſum ſignificationẽ eſt vniuocus.

¶Propoſitio neceſſaria eſt, quæ neceſſario ſignificat ita eſſe ſicut eſt,& ſic de impoſsibili, quæ ſignificat impoſsibiliter ita eſſe ſicut ſignificatur vt Homo eſt aſinus.

¶In diuerſo ſenſu eadem propoſitio poteſt eſſe vera & falſa, Neceſſaria,& contingens. Neceſſaria, & impoſsibilis. Patet hęc non Deus eſt. Si ly non neganter,impoſsibilis. Si infinitanter, Rebus vt nunc, neceſſaria.

¶DE DIVISIONE PROPOſitionis in ſingulas ſuas partes, f.27.2S,

¶Propoſitio cathegorica eſt,q̃ habet ſubiectum,copulã, & prędicatum, tanquã partes principales ſui.

¶Subiectum eſt de quo aliud dicitur, prędicatum,quod dicitur de alio.

¶In hac tędet animam meam vitę mę, ille accuſatiuus eſt ſubiectum. Quia reddit ſuppoſitum verbo

¶Hęc, Sole lucẽte dies eſt clarus,poteſt dici cathegorica,& hypotetica. Quia æquiualet hypotetice, Sol lucet,& ideo dies eſt clarus.

¶Signum vniuerſale cuius virtus vltra terminũ immediatum tranſit nõ efficitur pars extremi. Vt hęc. Omnis homo eſt animal, ly homo ſolum eſt ſubiectum, in hac, non homo currit, ſi ly non infinitanter. Subiectum eſt non homo.

✠ ¶Hoc

¶Hoc non intelligitur de ſigno particulari, quia nunq̃ eſt pars extremi.

¶Si ſignum vniuerſale ſit a parte prędicati poſt copulam, efficitur pars extremi: nō tamen ſi ante.

¶Propoſitio vniuerſalis illa eſt cuius ſubiectum terminus communis ſigno vniuerſali, & particularis: particulari, indifinita, nullo, ſingularis, cuius ſubiectum eſt ſingulare.

¶Hæc, cuiuſlibet hominis aſinus eſt animal poteſt dici mixtæ quantitatis, & in difinita, ratione ſubiecti enunciationis. Et vniuerſalis, ratione ſubiecti diſtributionis. Nā ly hominis, eſt ſubiectum diſtributionis, & ly aſinus. ſubiectum enunciationis.

¶Propoſitio affirmatiua eſt, cuius copula principalis affirmatur, & negatiua cuius copula negatur.

¶Duę negationes cauſant affirmationem. Et prima negatio facit in ſecundam oppoſitū ponendo. Et ſic manet copula affirmata.

¶Quidquid mobilitat immobilitatū immobilitat mobilitatū, ideſt quidquid diſtribuit in diſtributum, in diſtribuit diſtributum.

¶Datur negatio in mente, ſicut in voce. Nā ſic intellectus concipit.

¶DE MATERIA PROpoſitionum. Fo. 29.

¶Triplex eſt materia propoſitionum. Naturalis, quando prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, vel proprium ei⁹, vt hō eſt animal. Homo eſt riſibilis.

¶Contingens, Quando poteſt adeſſe, & abeſſe, Vt homo eſt ſapiens.

¶Remota. Quando non poteſt prædicatū conuenire, vt homo eſt lapis.

¶Ad eſſe propoſitionem in materia naturali non ſufficit vnum extremū ſit de eſſentia alterius: ſed requiritur quod prędicatū ſit de eſſentia ſubiecti, nā iſta, animal eſt hō, non ē in materia naturali, q̄a eſt p̄dicatio indirecta

¶Licet hęc Deus eſt homo, ſit in materia naturali: non tamen eo eſt quia prædicatum ſit de eſſentia ſubiecti, cū humanitas non ſit de eſſentia deitatis, nec de eſſētia diuinę perſonę, ſed quia ſuppoſitum diuinum eſt ſubſiſtēs in natura humana dicitur in m̄ia naturali

¶Et licet prędicatū homo: poteſt adeſſe vel abeſſe, non eſt in materia contingenti: quia nā humana non in eſt diuino ſuppoſito accidentaliter, ſed ſubſtantialiter. Quia habet ſubſtantiale,

¶DE PARTICIPATIONE extremorum in propoſitione, & de earum oppoſitione. Fo. 30.

¶Propoſitionum cathegoricarum: quædā ſunt q̄ participāt vtroq; termino. Vt homo currit, Homo non currit, quędam nullo. Vt homo currit, Leo eſt Animal. aliæ ſolum altero Vt homo diſputat. Homo eſt rationalis.

¶Quæ participant vtroq; termino, Quædā ordine eodem, alię ordine conuerſo.

¶Quæ participant vtroq; termino eodem ordine. Aliæ contrariæ. Aliæ contradictorię Aliæ ſubcontrarię. Aliæ ſubalternæ.

¶Contrariæ. Vt omnis homo eſt animal. Nullus hō eſt animal ambe vniuerſales. Cōtradictoriæ. Homo eſt animal Nullus homo eſt animal. Subcontrariæ homo eſt animal. Homo non eſt animal. Sub alternę. Omnis homo eſt animal. Aliquis homo eſt animal.

¶Contradictoriarū lex. Nullo modo verę, neq; ſimul falſę, contrariarū eſt: quod licet ſimul poſsint eſſe falſæ, nunq̃ ſint ſimul verę. Subcontrariarum, Simul veræ, ſed non falſę, Sub alternarum. Si vniuerſalis eſt vera, & particularis erit, non econtra.

¶In contradictoriis. Omnis vniuerſalitas vnius debet mutari in particularitatem in altera, & econtra.

¶Vniuerſalitas in ordine ad determinatā: in alia confuſe, & quæ in ordine ad confuſam, in alia determinate.

¶Ad cōtrarietatē oīs p̄ticularitas vnius mutetur in vniuerſalitatē in alia: ſicut in ſubcōtrariis, vniuerſalitas in particularitatem.

¶In contrariis. Si terminus ſit diſtributus in ordine ad confuſam, oportet in contraria maneat vel determinate, vel diſtributiue

¶In ſubcōtrariis, diſtributa in ordine ad determinatā, nō maneat d̄termiate, ſed cōfuſe

¶In oī oppoſitiōe ad participationē terminorū op₃ non ſolū eſſe ſinonimitatē, ſed vnitatē. Et req̄ritur p̄ticipatio copularū, & modorū, & q̄d ſeruet̄ ſimilis acceptio termīorū, ſ. ſuppoſitio, āpliatio, appellatio reſtrictio

¶Oportet obſeruare nunq̃ fiat argumētū a confuſa ad determinatā, Ob id non valet. Nullū aīal eſt oīs homo, ergo non oīs homo eſt animal, Quia ly homo: ſtat confuſe in antecedenti & in conſequenti determinate.

¶DE

¶DE SIGNIS DISTRIBVENtibus complete vel incōplete. fo, 31, co.3 primo notabili.

¶Ly omne. Incomplete diſtribuit terminum genericum, & tunc eſt pro generibus ſingulorum, de qualibet ſpecie aliquod.

¶Particularizatio incompleta eſt, de aliq̄ ſpecie, quodlibet.

¶Complete diſtribuere, de qualibet ſpecie quodlibet. Particularizare, de aliqua ſpecie aliquod.

¶Li vterq̄, Complete diſtribuit, Quoruncunq̄ duorum quilibet, & incomplete, aliquorum duorum, quilibet,

¶Alter, in cōplete omniū duorū aliquis. Et complete aliquorum duorum aliquis. Sicut de ly homo.

¶Si in vniuerſali complete & in particulari in complete: non ſunt cōtradictorię, quia manet eadem vniuerſalitas. Et ſi in vniuerſali in complete, & in particulari, cōplete, manet eadem particularitas.

¶Determinatio ſemper reſtringit determinabile. Et non econtra,

¶Si determinatio ſit terminus connotatiuus in vnicis. Determinabile reſtringit, cum tali cōnotatione, Vt aſinus hominis albi eſt animal. Si tamen determinabile ſit cō notatiuus, ſēper reſtringitur, in vnica vel nō vnica: ſecundum connotationem. Vt Petri equus albus fuit currens,

¶Quando determinabile determinationis non vnice ſupponit diſcrete vel determinate, confuſa determinationis, ęquiualet deter minatæ, Vt in hac, A, hominis brunellus quilibet equus eſt,

¶In non vnicis nunq̄ ſuppoſitio determinationis reſpicit determinabile ꝓpriū, Sed aliud extremum ſic. Contradictoria huius cuiuſlibet hominis equ⁹.b.equus ē. Nō eſt iſta. A, hominis quilibet equus q̄libet equ⁹ eſt,

¶Quādo accipitur nō vnice, confuſa determinationis ęquiualet determinatę, & determinata determinabilis, confuſę,

¶Q̄n complexū capitur vnice, totū habet vnicā ſuppoſitionē, ſecūdū exigētiā ſignorū

¶DE AEQVIPPOLLENTIA propoſitionum. Fo, 33.

¶Si negatio p̄ponatur, ęquiualet contradictorio, Si poſtponatur, contrario. Si poſtponatur & p̄pōatur, ſubalterno, Pręcōtradic, Poſtcontra, Prępoſtq̄. Subalter

¶Si in aliqua propoſitione duę negationes ponantur primū ęquiualet contrario. Et ſecundum contradictorio, Vt nihil eſt nihil, valet quilibet eſt aliquid,

¶DE MODALIBVS. Fo, 33.

¶Modus eſt adiacens rei determinatio, Et modales cōſtituentes ſunt ſolum.6 neceſſario impoſsibile, cōtingens, poſsibile, verū, & falſū. Sed ſolū de q̄tuor primis ē cōſideratio

¶æquipollētia in modalibus ponitur in hoc qđ oēs propoſitiones in amabimus diſpoſitæ ſunt ęquiualentes, Et omnes in Edentuli ſimiliter, & Purpurea, & Illiace.

¶A, ſignificat dictum, & modū affirmatū, u, vtrunq̄ negatū, e, dictū, i, modū negatum. Vnde verſus, e, dictū negat, i, modum, a, nihil, u, totum,

¶Omnes propoſitiones de poſsibili & impoſsibli ęquipollent dicto ſimiliter ſe habēte & modo diſsimiliter. Et de poſsibili & neceſſario modo & dicto diſsimiliter ſe habētib⁹

¶Oēs propoſitiones de impoſsibili & neceſſe, ęquipollēt dicto diſsimiliter, & modo ſimiliter ſe habentibus,

¶Modalis diuiſa a cōpoſita differt, Quia in modali cōpoſita mod⁹ capitur nominaliter in diuiſa aduerbialiter, Itē quia mod⁹ in cō poſita ſemp ponitur a parte vnius extremi, In diuiſa ponitur inter dictū, Hęc eſt compoſita, Sortem currere eſt poſsibile, Et hæc diuiſa, Sortes poſsibiliter currit.

¶Quātitas in modalib⁹ & oppoſitio pōt ſumi ex parte modi, & ex parte dicti,

¶DE CONVERSIONE propoſitionum. Fo, 37.

¶Conuerſio ſimplex eſt, q̄n ſeruatur eadē quantitas & qualitas, & de ſubiecto fit p̄dicatū, & de p̄dicato ſubiectū, Sic cōuertitur vniuerſalis negatiua & pticularis affirmatiua,

¶Cōuerſio p accidēs eſt, q̄n ſeruatur eadē q̄litas, & nō eadē q̄ntitas, Et ſic vniuerſalis affirmatiua, & negatiua in ſuas particulares,

¶Conuerſio p cōtrapoſitionē eſt, q̄n eadē q̄ntitas & q̄litas manet, ſed mutātur termini finiti in infinitos, Et ſic vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua conuertuntur.

¶Conuertēs huius De⁹ neceſſario eſt creās

✠ 2 eſt

eſt hæc. Creãs quod neceſſario eſt creãs poſſibiliter ẽ deus, vt ſeruetur eandẽ ampliatio

¶Ab affirmatiua ad negatiuam prædicato variato penes finitum & infinitum valet. Omnis homo eſt animal, ergo omnis homo non eſt non animal.

¶A negatiua ad affirmatiuam poſita conſtantia prędicato variato penes finitum & infinitum. Vt homo non eſt animal, & homo eſt, ergo homo eſt non animal.

¶DE HYPOTETICIS. Fo. 38.

¶Propoſitio hypotetica eſt, in qua coniunguntur plures propoſitiones carhegoricæ, vel plura complexa propoſitionabilia: mediãte aliqua coniunctione.

¶5. Sunt ſpecies hypoteticarum. Conditionalis, ly. ſi, cauſalis, ly, quia, Rationalis, ly ergo, Copulatiua, ly, & Disiunctiua, ly, vel

¶In hypotheticis non conſideratur quantitas, ſed ſolum qualitas. Et hoc penes copulã hypoteticalem, quæ eſt coniunctio.

¶Negatio cadens in hypotheticam totam: vt eſt aduerbialis. Quę prępõitur & ſumitur neganter: ſolum cadit in ipſam hypotheticã totam, & non in partes. Quia ſolum eſt eius obiectum tota hypotetica.

¶Nihil facit in oppoſitione hypotheticarũ maneat eadem particularitas: vel vniuerſalitas.

¶DE CONDITIONAlibus. Fo. 39.

¶Ad veritatem conditionalis requiſitum: quod antecedens non poſsit eſſe verum ſine conſequenti. Vt ſi homo eſt, animal eſt. Et ſic oportet conditionalis ſit bona conſequentia. Et ſic hęc vera conditionalis Si homo eſt lapis: homo eſt ſubſtantia.

¶A tota conditionali cum poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis bona conſequentia Et non econtra a poſitione cõſequentis ad poſitionem antecedentis.

¶A tota conditionali, a deſtrutione cõſeq̃ntis, ad deſtructionẽ antecedẽtis. Nõ tñ a deſtructiõe ãtecedẽtis ad d̃ſtructionẽ cõſeq̃ntis

¶A tota cõditionali, ad disiũctiuã cõpoſitã ex cõſeq̃nti, & oppoſito añis: bõa cõſeq̃ntia

¶A cauſali ad conditionalẽ & rationalẽ bona. Et a rationali ad cauſalẽ. Nõ tñ ecõtra valet. Quia hõ eſt riſibilis; eſt ratiõalis, ergo hõ eſt riſibilis, ergo eſt rationalis, Non tñ econtra. Et valet, hõ eſt lapis, ergo hõ eſt ſubſtantia, ergo ſi homo eſt lapis. Homo eſt ſubſtantia Non tamen econtra.

¶Conſeq̃ntia iſta nõ valet. Si Deus nõ eſt. Deus eſt. Quia añs eſt impoſsibile, & talis conſeq̃ntia non ſequitur, nec dicẽda eſt conſeq̃ntia. Quia non ſequitur conſeq̃ns ex antecedenti, non. n. valet. Homo eſt lapis ergo homo eſt animal, quia intellectus non ſic cõcipit, quod eo quod homo ſit lapis, ſequatur quod hõ ſit animal. Ob id illa regula ab impoſsibile ſequitur quodlibet non videtur.

¶Ad contradicendũ in cõditionalibus cõſtituere vnã aduerſatiuã ex antecedẽti & oppoſito conſeq̃ntis. Vt iſtę contradicũt. Si homo currit. Homo mouetur. Quanuis homo currit, nullus mouetur. Et ſic, pręponendo negationem, non ſi homo currit. &c

¶Ad cõtrarietatem id ſufficit, excepto maneat eadẽ particularitas, ex parte antecedẽtis; & eadẽ vniuerſalitas ex parte cõſeq̃ntis.

¶Ad ſub contrarietatem idem quod ad cõtradictionem, excepto maneat eadem vniuerſalitas ex parte antecedentis, & eadem particularitas ex parte conſequentis.

¶DE CONDITIONALIBVS PROmiſsiuis, & de conditionatis. Fo. 40.

¶Ad veritatem conditionalis promiſsiuæ ſufficit non ſit ita ſicut per antecedens: q̃m ſit ita ſicut per conſeq̃ns, exceptis reflexiuis.

¶Propoſitio de conditionato extremo. Quando ly, ſi, inter terminos.

¶Capitur vnice conditionatum, quando a parte ſubiecti vel prædicati aliquo ſigno modificatur, & tunc non ampliatur. Chimera ẽ aliquod Petrus ſi eſt Petrus.

¶Pluribus acceptionibus ſumitur, quando ſine ſigno aliquo. Et tunc ampliatur, Petrus ſi eſt. Petrus eſt ens, & tunc veritas cognoſcenda per reductionem ad cõditionalẽ. Et ſi capitur vnice. Veritas probanda per aſcenſum vel decem ſum.

¶DE COPVLATIVIS. Fo. 41.

¶Copulatiua propoſitio eſt quando ly, &, coniungit

coniungit inter cathegoricas, vel inter complexa propoſitionabilia.

¶ Ad veritatem copulatiue requiritur veritas vtriuſq; partis. Si ſit affirmatiua. Et ad falſitatem ſufficit vna ſit falſa.

¶ A tota copulatiua ad alteram eius partem eſt conſequentia formalis. Non tamen ecōtra, etiam a copulatiua ad disiunctiuam cōpoſitam ex eiſdem partibus.

¶ DE COPVLATIS complexiue tentis. Fo. 41.

¶ Propoſitio de copulato extremo eſt, quā do copulatum ponitur a parte alterius extremi, petrus & paulus ſunt animalia.

¶ Copulatum eſt quando ly. Et, inter termi nos coniungit. Sumi poteſt & diuiſiue & cō plexiue. Tunc complexiue. Quando copula eſt pluralis numeri. Vel ponitur a parte p̄ dicati poſt copulam, vel a parte ſubiecti cū ſigno particulari. Vt homo eſt materia & forma. aliquid materia & forma eſt homo.

¶ Diuiſiue ſumitur, quando eſt copula ſingularis numeri, & tunc ad copulatiuam reducitur. Petrus & Paulus eſt homo. Valet enim petrus eſt homo, & paulus eſt homo.

¶ A copulato complexiuo ad diuiſiuum nō valet neq; ad disiunctiuam compoſitam ex partibus. Neq; ad disiunctum. Non ſequitur. Petrus & paulus ſunt homines, ergo. Vel petrus ſunt homines. Vel paulus ſunt homines.

¶ Iſta eſt vera. Petrus & paulus portant lapidem. Caſu quod nullus ſeorſum portet, neq; poſsit portare. Nec valet petrus & paulus portant lapidem, ergo petrus & paulus ſunt portans lapidem, & portans lapidem. Sed debet inferri, ergo ſunt portans & portans lapidem.

¶ Petrus & paulus ſciūt. 7. Artes liberales complexiue, ſuppoſito vnus 3. alius 4. ſciat. Quia ſunt ſciens & ſciens 7. Artes. Nec valet ergo ſimiliter ſunt non ſciens ſeptem. Quia ſunt non ſciens. Et non ſciens In caſu poſito. Ratio eſt quod non valeat: quia in negatiua ly, non, ſciens vel neſciens dicit priuationem omnis ſcientiæ, quia diſtributiue ſumitur.

¶ Copulatum ſumitur vnice, quando ponitur a parte prędicati poſt copulam, vel a parte ſubiecti, ſed cum aliquo ſigno determinato. Vt homo eſt materia & forma. Et aliquid quod eſt materia & forma, eſt homo. Sed in hac, Omnis materia & forma eſt homo: ſumitur non vnice Quia ly omnis ſupra primam partem cadit.

¶ Omne animal & ſubſtantia ſunt animalia Si vnice, eſt vera. Quia ſupra totum. Ly omne. Et ſi non vnice, falſa. Quia ſupra primā partem ſolum.

¶ DE COPVLATIS DIVIſiue tentis. Fo. 43.

¶ Copulatum diuiſiue ſumptum probatur penes copulatiuam, ad quam mediate vel immediate reducitur. Mediate (inquam) ſi ipſum pręcedat terminus reſolubilis.

¶ In copulato diuiſiue tento ly. Et, eſt vniuerſalitas. Ob id non valet. Nullum piper venditur Pariſius & Rome, ergo Pariſius & Rome non venditur piper. Argumentum eſt a particularitate ad vniuerſalitatem ex parte de ly, et, nec valet. Nullum piper venditur Pariſius & Rome, ergo Pariſius vel rome non venditur piper. Eſt argumentum a cōfuſa ad determinatam ex parte de ly, &. Negatum in antecedenti.

¶ DE DISIVNCTIVIS. Fo. 43.

¶ Ad veritatem disiunctiue ſufficit vna ſit vera, ſicut ad poſsibilitatem, & neceſsitatē, & contingentiam.

¶ Ad falſitatem requiritur vtriuſq; falſitas.

¶ A parte disiunctiue ad totam, formale argumentum. Non tamen econtra.

¶ A tota disiunctiua cum deſtructione vnius partis ad poſitionem alterius. Homo currit. Vel petrus diſputat. Sed nullus homo currit ergo Petrus diſputat.

¶ Copulatiua affirmatiua & disiunctiua de partibus contradicentibus contradicunt.

¶ Disiunctiua negatiua de partibus contradicentibus æquiualet copulatiuę affirmatiuę.

¶ Omne animal eſt rationale, vel ipſūmet eſt irrationale, eſt tota disiunctiua vera, &

quęlibet pars eſt falſa, nec in conuenit, quia venit probanda vt cathegorica, etiam ſi ſit Hypotetica.

¶ Hęc. Homo eſt lapis, vel hæc disiunctiua eſt falſa, eſt disiunctiua falſa, & tamen vna pars eſt vera. ſ illa hęc disiunctiua eſt falſa. Quia eſt reflexiua, ad illam eſſe veram ſequitur eſſe falſam. &c.

¶ DE DISIVNCTIS. Fo. 44.

¶ Propoſitio de disiũcto extremo eſt. Quã do ly. Vel. Inter terminos. Capitur diuiſiue & complexiue. Hæc homo vel Chimera nõ eſt homo, eſt vera diuiſiue, & eſt falſa complexiue, quia complexiue huic æquiualet. Homo non eſt homo.

¶ Quando ly, vel, diuiſiue Reducitur ad diſiunctiuam mediate, vel immediate. Sicut d̃ copulato diuiſiue ſumpto.

¶ Quando eſt in affirmatiuis, non refert capiatur diuiſiue vel complexiue.

¶ Quando capitur complexiue, debet probari per reſolutionem extremorum, vel per ſuppoſitionem.

¶ Quando ponitur disiunctum a parte prædicati, vel a parte ſubiecti, cum aliquo ſigno particulari, capitur complexiue & vnice.

¶ A parte disiuncti ad totum valet. Dũmodo nõ ponatur disiunctum ſingulariter, vel vniuerſaliter, valet. Petrus diſputat, ergo petrus vel Paulus diſputat. Sed non valet. Homo diſputat, ergo hic homo vel Paulus diſputat. Quia ſic eſt a ſuperiori ad inferi⁹. Nec ſic. Homo diſputat, ergo omnis homo, vel petrus diſputat.

¶ Iſtę non ſunt contradictorię. Omnis homo vel equus non eſt animal. Et homo non vel equus non eſt animal. Quia manet ly animal confuſe, ſed eſt hæc. Homo non vel equus non eſt, b, animal.

¶ Iſtę non ſunt contradictorię. Omne animal b, homo vel, b, equus eſt, a, animal. Non homo vel equ⁹ eſt. Sed debet eſſe, c, animal non homo vel equus eſt. Quia ly animal diſtribuebatur in ordine ad determinatam & ad confuſam totius disiuncti.

¶ DE EXPONIBILIBVS & primo de excluſiuis. Fo. 45.

¶ Propoſitio exponibilis, & poteſt dici hypotetica, quia ęquiualet hypoteticę & cathegorica. Quia ſub ordinatur in mente vni cathegoricę, in qua eſt ſignum exponibile.

¶ Ab vniuerſali ad excluſiuam de terminis tranſpoſitis eſt validum argumentum. Omnis homo currit. Ergo tantum currens eſt homo.

¶ Ly tantum. Sumitur excluſim. Et excluſiue. Excluſim Facit propoſionem de excluſo extremo. Petrus eſt tantum animal, quę ſic exponitur. Petrus eſt animal. Et illud non eſt non animal.

¶ Excluſiua Vbi totum affirmatur. Vt tantum homo eſt animal, exponitur ſic. Homo eſt animal. Et nihil non homo eſt animal, vbi ly, non, infinitanter.

¶ Non tantum homo eſt animal, nõ homo eſt animal, vel non homo eſt animal. Primũ non, neganter, ſecundum, non, infinitanter.

¶ Tantum homo non eſt animal. Homo nõ eſt animal. Et omne non homo eſt animal. Ly, non, infinitanter.

¶ Non tantum homo non eſt animal. Omnis homo eſt animal. Vel aliquid nõ homo, non eſt animal.

¶ Ab exponibili copulatiue ad alteram exponentium bona conſequentia. Et ad omnes exponentes. Et ab exponentibus ad exponibilem. Non tamen ab vna exponentiũ ad ipſam exponibilem.

¶ Ab vna exponente ad exponibilem diſiunctiue valet. Non tamen a tota ad partẽ. Sed valet a tota disiunctiua ad ipſam exponibilem, & econtra.

¶ Ly tantum, excludit gratia alteritatis, & alietatis, & pluralitatis. Petrus eſt tantum albus Alteritatis. Tantum homo eſt animal. Alietatis tantum quatuor ſunt elementa. Gratia pluralitatis.

¶ DE OPPOSITIONE IN excluſiuis. Fo. 45.

¶ Propoſitiones vbi ly tantum affirmatur, & in vna copula negatur, ſunt contrariæ. Tantum homo eſt animal. Tãtum homo nõ eſt animal. Et vbi ly tantum negatur. Et vna eſt affirmatiua, alia negatiua. Erunt ſubcontrarię. Non tãtum homo nõ eſt animal.

Non

Non tantum homo eſt animal. Contradictorię ſunt. Tantum homo eſt animal. Et nõ tantum homo eſt animal.

¶Quando vtraꝗ exponibilis exponitur copulatiue: & vna exponentium alteri contrariatur, erunt exponibiles contrarię: & ſi vna alteri ſubcontrariatur erunt ſubcontrariæ.

¶Si vna exponitur copulatiue. Et alia diſiunctiue. Et vna exponentium vni eſt cõtraria. Et reliqua reliquæ. Sunt contrarię. & ſi vna vni. Subcontrarię: & reliqua reliquæ. Sunt ſubcontrarię.

¶Terminus ante ly tantum: ſupponit ſecũdum exigentiam ſignorum.

¶DE SVPPOSITIONE in excluſiuis. Fo. 46.

¶Qui ſequitur immediate poſt ly tantum, ſupponit confuſe Si non alio ſigno determinetur. Et qui mediate, diſtributiue. Tãtum homo eſt animal. Ly homo, confuſſe, & animal diſtributiue. Et hic. Tantum homo eſt. b. animal. Ly animal, determinate.

¶DE ASCEN. ET DESCEN. in exclu. Fo. eo.

¶In propoſitione excluſiua de copula negata non licet ſub prędicato aſcendere neꝗ deſcendere. Vt in iſta: tantum Deus nõ eſt creatura, non licet ſic. Tantum Deus non eſt hæc creatura. Et tantum Deus non eſt hęc creatura. Quia alia a Deo non ſunt hæc creatura

¶DE EXCEPTIVIS. Fo. 46.

¶Propoſitio exceptiua in qua ſignum exceptiuum. Pręter, continet terminum a quo fit excluſio, & eſt terminus prędedens ly præter. Et extracaptũ immediate ſequitur, & in quo fit exceptio, qui mediate, vt ly animal in iſta. Omne animal prędter hominem eſt irrationale: eſt a quo fit exceptio. Ly homo. Extracaptus, Ly irrationale in quo fit exceptio.

¶Debet terminus a quo fit exceptio eſſe ſuperior ad terminum extracaptum, & debet ſumi vniuerſaliter.

¶Omne animal præter hominem eſt irrationale. Sic exponitur. Omne animal nõ homo eſt irrationale: & omnis homo eſt animal: & nullus homo eſt irrationalis.

¶Non omne animal præter hominem eſt irratiõale ſic: aliquod animal non homo: nõ eſt irrationale: vel aliquis homo non eſt animal: vel aliquis homo eſt irrationalis.

¶Omne animal præter hominem non eſt irrationale ſic. Omne animal non homo: nõ eſt irrationale. Et omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt irrationalis.

¶Non omne animal præter hominem non eſt irrationale ſic. Aliquod animal non homo, eſt irrationale, vel aliquis homo non eſt animal. Vel aliquis homo nõ eſt irrationalis

¶DE OPPOSITIONE in exceptiuis Fo. 46

¶Si duæ exponentes repugnãt in veritate erunt contrarię. Si vtraꝗ copulatiue, ſicut primus & tertius modus.

¶Si vna disiunctiue, & alia copulatiue: & duę exponentes duabus contradicunt ſequũtur aliarum duarum legem. Vt iſtę duę. Omnis homo præter Petrum currit. Et omnis homo non prętrer Petrum currit, ſunt cõtrariæ. Quia primæ exponentes ſunt contrariæ, & ſecunda & tertia. Sunt contradictoriæ ſecundæ & tertiæ alterius. Vt iſte duæ. Petrus eſt homo. Petrus non currit. Iſtis, petrus non eſt homo. Petrus currit.

¶DE SVPPOSITIONE. in excep. Fo. 47.

¶Terminus prędedens dictionem exceptiuam ſupponit ſecundum exigentiam ſigni. Sed tamen non valet aſcenſus vel deſcẽſus ſub illo. Non ſunt congrue hoc animal præter hominem eſt irrationale & hoc animal.

¶Terminus qui immediate ſequitur ly prętrer ſupponit diſtributiue, & valet aſcenſus copulatiuus ſed non deſcenſus. Non valet. Omne animal præter hominem eſt irrationale ergo omne animal pter hũc hominem.

¶Prędicatum in excluſiua non plene diſtribuitur: quia in vna diſtribuitur, ſ, in tertia, & in prima non diſtribuitur.

¶ Omnis propoſitio vniuerſalis in parte vera & in parte falſa poteſt redi vera per exceptionem ſuppoſitorū; Vt omne anımal præter hominem:eſt irrationale.
¶ Omnis exceptiua copulatiue exponibilis repugnat ſuæ preiacenti. Non tamen ſi diſiunctiue eſt neceſſarium.
¶ Omnis exceptiua primi ordinis vbi vtrūq; affirmatiue infer duas ſubcontrarias in quibus ſubiicitur terminus a quo fit exceptio: & prædicatur prædicatum exceptiuæ.

¶ DE REDVPLICAtiuis. Fo. 47.

¶ Ly in quantum poteſt capi ſpecificatiue: & quia actum: & quia cōceptum. Vt ens in quātū ens eſt ſubiectū Metaphiſicę. Peccatorem in quantum peccatorē odit Deus. In primo, actum. In ſecundo, conceptum. Diminutiue, ethyops in quantum dentes: vel ſecundum dentes eſt albus. Reduplicatiue; quando facit reduplicatiuam.
¶ Primus ordo per quatuor exponentes Omnis homo in quantum rationalis: eſt riſibilis. Omnis homo eſt riſibilis. Et omnis homo eſt rationalis. Et omne rationale eſt riſibile. Et quia aliquid eſt rationale: illud eſt riſibile.
¶ Secundus ordo. Non omnis homo inq̄ntum rationalis eſt riſibilis. Sic non omnis homo eſt riſibilis. Vel non omnis homo eſt rationalis. Vel non omne rationale eſt riſibile. Vel non quia aliquid eſt rationale: illud eſt riſibile.
¶ 3. Omnis homo inquantum rationalis: non eſt riſibilis. Omnis homo non eſt riſibilis. Et omnis homo eſt rationalis. Et omne rationale non eſt riſibile. Et quia aliquid eſt rationale: ipſum non eſt riſibile.
¶ Quartus ordo. Non omnis homo inquātum rationalis eſt riſibilis. Aliquis homo eſt riſibilis. Vel aliquis homo non eſt rationalis Vel aliquod rationale eſt riſibile. Vel non quia aliquid eſt rationale: ipſum eſt riſibile.
¶ Primus & tertius ordo contrariantur. Secundus & quartus. Subcontrariantur. Primus & ſecundus. Contradicunt Sicut tertius & quartus.

¶ DE SVPPOSITIONE. In reduplicatiuis. Fo. 48.

¶ Subiectum in reduplicatiua ſupponit ſecundum exigentiam ſignorum.
¶ Terminus reduplicatiuus mixtim ſupponit. Quia neq; plene diſtribuitur: neq; plene particularizatur. Diſtribuitur in tertia. Omne rationale eſt riſibile. In ſecunda. Et quarta, non diſtribuitur. Ob id neq; valet aſcenſus aut deſcenſus copulatiuus vel diſiuntiu⁹
¶ Iſta vniuerſalis eſt vera. Omnis homo in quantum rationalis eſt riſibilis. Et quelibet ſingularis eſt falſa. Et econtra. Iſta. Petrus inquantum animal: eſt homo eſt falſa. Et ſingularis vera.
¶ Prædicatum reduplicatiuę ſubiecto diſtributo ſupponit confuſe tantum.

¶ DE LY IMMEdiate. Fo. 48.

¶ Petrus immediate poſt hoc erit albus. Sic exponitur. Petrus poſt hoc erit albus: & quocunq; inſtanti dato poſt hoc: inter illud & hoc Petrus erit albus.
¶ 2. Ordo Petrus non immediate poſt hoc erit abus diſiunctiue ſic Petrus non poſt hoc erit albus vel non quocunq; inſtāti dato poſt hoc inter illud & hoc Petrus erit albus.
¶ 3. Petrus immediate poſt hoc non erit albus. Petrus poſt hoc non erit albus. Et quocunq; inſtanti dato poſt hoc: inter illud & hoc petrus non erit albus.
¶ 4. Petrus nō immediate poſt hoc nō erit albus. Petrus non poſt hoc non erit albus, vel non quocunq; inſtāti dato poſt hoc: inter illud & hoc. Petrus non erit albus.
¶ Sicut in iſtis de futuro: ſic in de præterito mutatis mutandis. Petrus immediate ante hoc fuit albus. Petrus ante hoc fuit albus. Et quocunq; inſtāti dato ante hoc: inter illud & hoc fuit albus.

¶ DE SVPPOSITIONE TERMInorū in ꝓpoſitiōe de ly immediate fo. 48.

¶ Terminus qui pręcedit ly immediate: debet reſolui. Si tamen ly immediate præcedat: debet exponi. Et termini qui ſequūtur ſupponunt confuſe: ſi non modificentur aliquo ſigno.

¶ Ly

¶Ly immediate eſt ſignum vniuerſale affirmatiuũ, Diſtribuens ly inſtans.

¶DE OPPOSITIONE. Fo. 48.

¶In oppoſitiõe obſeruandum: vt ly immediate neq; in contradictoriis: neq; ſub contrariis: maneat affirmatum: neq; in vtraq; contrariarum negatum.

¶Homo immediate poſt hoc erit albus. Et homo immediate poſt hoc non erit albus, nulla lege opponũtur. Non ſunt contrariæ. Quia manet eadem particularitas ex parte de ly homo. Neq; ſunt ſub contrariæ. Quia eadem vniuerſalitas ex parte de ly immediate. Neq; contradictoriæ. Quia eadem vniuerſalitas: & particularitas manet.

¶DE LY DESINIT ET incipit. Fo. 49.

¶Ad incipiẽdũ ſunt duo inſtãtia. ſ. primũ eſſe & vltimũ non eſſe. Sic ad deſinendum vltimum eſſe vel primum non eſſe.

¶Res permanens non deſinit eſſe per vltimum eſſe: ſed per primum non eſſe. Suppoſito neq; duæ formæ ſubſtãtiales ſimul, neq; materia ſine forma. Loquẽdo de inſtanti cõpleto patet. Quia cum forma ſubſtantialis ꝑ primũ eſſe incipiat eſſe: vel in inſtanti tranſmutationis eſt forma corrumpenda: vel nõ Si ſic ergo duę formę ſimul. Si non ergo: vel immediate ante hoc fuit: vel non. Si non ergo mã fuit ſine forma. Si ſic ergo per primum non eſſe deſiuit eſſe.

¶Oppoſitio in iſtis, ſicut in cathegoricis: hoc ſolo notato quod cum ly incipit. Et deſinit, eſt vniuerſalitas: neq; maneat in cõtradictoriis: neq; in ſub contrariis.

¶Termini qui pręcedunt ly incipit. Et deſinit. Supponunt ſecundum exigentiam ſignorum. Sed qui immediate ſequitur: licet formaliter diſtribuatur: non tamen valet aſcenſus vel deſcenſus: ſed immobiliter ſupponit. Et ſic debet probari per expoſitionẽ.

¶DE LY DIFFERT. Fo. 49.

¶Differt exponitur ſic. Vt Petrus differt a Paulo, Petrus eſt, & Paulus eſt: & Petrus nõ eſt Paulus. Et Petrus non differt a Paulo Diſiunctiue contradictorio modo.

¶In hac. Eſſẽtia differt a patre. Ly differt. Poteſt ſumi ſincathegorematice exponibiliter. & eſt ſalſa. Et ſic tertia exponens eſt falſa: & poteſt ſumi cathegorematice, vt ly differt ſubſtantiue, & ſic erit vera. Nã eſſentia eſt filius differens a patre. Si vero ly differens ſit adiectiuum, de ly eſſentia tunc ẽ falſa. Quia non licet demõſtrare niſi ſolam eſſentiam. ſ. eſſentia differens. Quia in cõplete ſumitur.

¶DE COMPARATIVO. Fo. 50.

¶Comparatiuum exponitur ſic. Leo ẽ fortior homine. Leo eſt fortis: & homo eſt fortis, & nullus homo eſt ita fortis: ſicut leo.

¶Diſtribuitur terminus qui immediate ſequitur comparatiuum, & qui precedit debet prius reſolui, & poſt propoſitio debet exponi ratione comparatiui. Alias daretur exponibilis falſa, & exponentes verę: vt caſu quod homines ſint fortes magis & minus, a non gradu, vſq; ad quatuor: & leones ſimiliter. Hæc eſt falſa. Leo eſt fortior homine: & omnes exponentes ſunt verę.

¶DE INFINITO. Fo. 50.

¶Infinitum cathegorematice: quando magnitudini tribuitur: valet res ſine termino. Et multitudini cuius non reperitur vltima vnitas.

¶Sincathegorematice: non tantum quin amplius. Et quando multitudini: non tot quin plures.

¶Sincathegorematice, conceditur infinita ſunt finita: & infinitę partes proportionales ſunt in hoc continuo Et infinitum põdus poteſt muſca portare.

¶DE LY TOTVS. Fo. 50.

¶Totus cathegorematice & pro ente quod non eſt pars alterius: vel quia habet partes & eſt per ſe. Et ſic totum quod eſt in mundo eſt in manu mea conceditur.

¶Sincathegorematice. Valet quælibet pars. Et ſic totus Sortes eſt minor Sorte: quia quælibet pars Sortis eſt minor eo.

¶DE LY AETERNVM. Fo. 50.

¶Cathegorematice ęternum eſt velut nomem. Sincathegorematice facit propoſitionem exponibilem: & cũ verbo præteriti, facit ſenſum ante quodlibet tempus verum vel imaginariũ. Et ſi ſit copula d̄ futuro, poſt quodlibet tempus verum vel imaginarium.

¶DE LY CONTINgenter. Fo. 50.

¶Contingenter generaliter. Valet vt ly poſsibiliter, vt in modalibus. Si tamen ſpecialiter ſumatur: valet poſsibiliter: & poſsibiliter non. Et ſic ait Ariſto. 1. priorum Propoſitionem de contingenti conuerti in oppoſitam qualitatem: quia iſtę ęquiualēt. Petrus contingenter currit, & Petrus contingēter non currit.

¶Hęc, petrus non contingenter currit, exponitur ſic. Petrus impoſsibiliter currit: vel petrus neceſſario currit.

¶DE SYLLOGISMIS. Fo. 51.

¶Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis & conceſsis pręter ea quę poſita ſunt neceſſe eſt aliud euenire.

¶Neceſsitas eſt duplex. Conſequentis, quę abſoluta eſt. Vt deũ eſſe. Hominem eſſe animal rationale. Et conſequentię. Quæ conditionata. Vt ſi homo currit, neceſſario mouetur.

¶Dici de omni eſt. Quod nil ſit ſubſumere ſub ſubiecto de quo non dicatur prædicatũ. Et dici de nullo. Quod nil ſit ſubſumere ſub ſubiecto a quo nō remoueatur prędicatum.

¶Syllogiſmi affirmatiui regulantur per dici de omni. Et negatiui per dici de nullo.

¶Omnis ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis. Medio, Maiori extremitate. Et minori.

¶Medium bis ſumitur in pręmiſsis. Maior extremitas cum medio in maiori. Minor cum medio in minori.

¶Tres termini quia bis quilibet ſumitur cōſtituunt tres propoſitiones. ex quibus perfectus conſtat ſyllogiſmus.

¶Modus in ſyllogiſmis eſt, præmiſſarum debita ordinatio Et ſunt 19. Modi. Nouem primę figuræ. Qua tuor ſecundę: & 6. Tertię figuræ.

¶Figura eſt. Medii debita diſpoſitio in pręmiſsis. Itaq; ſi in vna ſubiiciatur, & in alia p̄dicetur. ſit prima figura. Si in vtraq; prædicatur. Eſt ſecunda figura. Si in vtraq; ſubiicitur eſt tertia.

¶Requiritur generaliter in omni ſyllogiſmo. vt nō omnes pręmiſſæ ſint particulares vel ſingulares. Quia ex illis nil ſequitur. Sicut quod non ſit vtraq; negatiua. Quia ex puris negatiuis nil ſequitur.

¶Medium non debet intrare concluſionē, niſi ſit ad explicandam ſuppoſitionem, vel aliquam proprietatem. Vt hic. Pater generat: eſſentia diuina eſt pater ergo eſſentia generat. Oportet inferri ergo eſſentia diuina eſt pater generans.

¶Quod ſe tenet ex parte medii in maiori, debet poni ex parte minoris extremitatis in concluſione, & quod ſe tenet ex parte medii in minori, ex parte maioris extremitatis in concluſione.

¶DE DEFFECTIBVS ſyllogiſmorum. Fo 52.

¶Deffectus intrinſeci ex parte medii. Si tenetur æquiuoce, vel in vna vnice, in alia nō vnice, vel in nulla præmiſſarum complete diſtribuitur, vel accipitur magis ample vbi non diſtribuitur, vel in affirmatiua quam in negatiua.

¶Deffectus extrinſeci ex parte extremitatum, vt ſi ęquiuoce, vel in vna vnice in alia non vnice, vel a non diſtributo ad diſtributum. Vel a confuſa ad determinatam. Vel a non amplo ad amplum cum diſtributione ampli. Vel ab amplo ad non amplum.

¶DE MODIS PRIME figure. Fo. 53.

¶In prima figura ſunt, 9. modi, quatuor p̄fecti concludunt directe, & quinq; indirecte.

¶In prima figura minori exiſtente negatiua nihil ſequitur. Nec maiori exiſtente particulari.

¶DE MODIS SECVNdæ figuræ. Fo. 53.

¶In ſecunda figura vbi medium in vtraq; præmiſſarum prædicatur ſunt quatuor modi concludentes directe, ſ.Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco.
¶In ſecunda figura concluſio eſt negatiua. Ob id oportet, ſemper alteram præmiſſarum eſſe affirmatiuam. Nam ex puris negatiuis nil ſyllogiſtice ſequitur.

¶DE MODIS TERtiæ figuræ. Fo. 54.

¶In tertia figura vbi medium in vtraq; eſt ſubiectum, ſunt, 6, modi concludentes directe. Et ſemper concluſio eſt particularis.

¶DE SYLLOGISMO CIRculari & conuerſiuo. Fo. 54.

¶Syllogiſmus circularis eſt, quando cõcluſio rurſus infert præmiſſam. Sicut hic. Omne riſibile eſt ſubſtantia. Omnis homo eſt riſibilis ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Rurſus fiat. Omnis homo eſt ſubſtantia. Omne riſibile eſt homo, ergo omne riſibile eſt ſubſtantia.
¶Syllogiſmus conuerſiuus eſt, quando ex oppoſito contrario vel contradictorio concluſionis infertur oppoſitum alicuius præmiſſæ, Sicut in Baroco. Reducẽdo ad Barbara ſumendo pro minori oppoſitum concluſionis cum ipſa maiori, infertur oppoſitum minoris. Et in Bocardo. Sumendo pro maiori oppoſitum cõcluſionis: ſeruando ipſam minorem, infertur oppoſitum maioris.
¶Omnes alii ſyllogiſmi reduci poſſunt iſto modo, in virtute illius regulæ. In omni bona conſequentia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis.

¶DE REDVCTIONE PER impoſsibile. Fo. 55.

¶Syllogiſmus ad impoſsibile eſt, quãdo infertur propoſitio contradictoria ad conceſſam ſic. Si quis concedat iſtam, Petrus non eſt riſibilis: fiat argumentum. Omnis homo eſt riſibilis. Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt riſibilis. Conſequẽtia bona: & antecedens verum ergo & conſequens, ergo vel duæ cõtradictoriæ veræ, vel male conceſsit, Petrus non eſt riſibilis. Iſte modus differt a conuerſiuo, quia hic non eſt opus duos formare ſyllogiſmos, ſed vnus ſufficit.
¶Ponũtur iſtæ dictiones, Neſciebatis, Pro quinq; modis primæ figuræ. Vbi primus Baralipton ad cellarent. Quia ly. E denotat vniuerſalem: quæ ſolum in cellarent concluditur. Et cellantes ad darii. Dabitis ad cellarẽt Fapeſmo ad Barbara Et Friſeſomorum, ad darii. Et odiebam ponitur pro quatuor ſecũdæ figuræ. Et Letare Romanis pro ſex tertiæ figuræ, ordine ipſarum ſyllabarum.

¶DE ARTE INVENIendi medium. Fo. 56.

¶Circa artem inueniẽdi medium ponitur figura pons Aſinorum vocata, Vbi dictiones, Fecana denotat quod ad ſyllogiſſandum vniuerſalem affirmatiuam, pro medio ſumatur conſequens ad ſubiectum, ſignificatũ in litera, f, & antecedẽs ad prædicatũ. Notatũ in litera. c Nam. b. denotat cõſeqns ad prædicatum, Et, c, antecedens, d, extraneum f. conſequens ad ſubiectum, G, antecedens. Et, h, extraneum. Sic in Cageti. & Daſenes. Et gedaco. Et Hebare. Et Gebali. ſunt præmiſſæ vtiles & diſpoſitæ ad concludendum ſyllogiſtice.

¶QVID SIT DARE TERminos in quibus omni, & nulli. Fo. 58.

¶Dare terminos in quibus omni eſt, dare vniuerſalem affirmatiuam, quæ ſtet in veritate cum præmiſsis, Vt in iſtis. Omne animal eſt ſubſtantia. Omnis homo eſt animal, Sunt habiles præmiſſæ, quia dantur termini in quibus omni. ſ, omnis homo eſt ſubſtantia. Quæ ſtat cum præmiſsis.
¶Iſtæ præmiſſæ in quibus dantur termini in quibus omni non poſſunt inferre concluſionem negatiuam, nec particularem, neq; vniuerſalem. Quia ſic. In bona conſequẽtia oppoſitum conſequentis ſtaret cum antecedenti.
¶Dari terminos in qbus nulli eſt, datis duabus

bus præmiſsis, dare vnam negatiuam vniuerſalem, quę ſtet in veritate cum illis. Vt in iſtis. Nullum animal eſt lapis. Omnis homo eſt animal. Datur nullus homo eſt lapis. Et in iſtis contingit, quod tales pręmiſſæ nõ poſsint inferre concluſionem affirmatiuã, neq; vniuerſalem, neq; particularem. Quia ſi inferrẽt. In bona conſequentia oppoſitũ conſequentis ſtaret cum antecedenti.

¶ Quando ſunt præmiſſæ pure particulares in prima figura inſtatur, ponendo pro medio terminũ qui ſit ſuperior ad duas extremitates, interſe ſpecie differentes. Vt animal eſt leo. Et equus eſt animal, ergo equ9 eſt Leo.

¶ Ad inſtandum quãdo ex puris negatiuis. Extremitates ſint termini conuertibiles. Medium extraneum. Vt nullus lapis eſt homo. Nullum riſibile eſt lapis, ergo nullum riſibile eſt homo.

¶ Ad inſtandum quando concluſio eſt vniuerſalis aliqua pręmiſſarum exiſtente particulari, Medium & maior extremitas cõuertibiles. Et minor ſuperior. Vt omnis homo eſt riſibilis. Aliquod animal eſt homo, ergo omne animal eſt riſibile.

¶ DE MODO ARGVENDI in modalibus, Fo. 58.

¶ Si vtraq; præmiſſarum neceſſaria vel cõtinges vel de poſsibili, ſimiliter & concluſio.

¶ Si maior de neceſſario, & ſecunda de poſſibili, concluſio, de neceſſario vel de poſsibili. Si tamen econtra, ſolum de poſsibili ſequitur, non valet. Omnis Deus poſsibiliter creat. Eſſentia diuina neceſſario eſt Deus, ergo eſſentia diuina neceſſario creat.

¶ DE SYLLOGISMO expoſitorio. Fo. 59.

¶ Syllogiſmus reſolutorius qui maxime in tertia figura, eſt quando medium eſt termi nus ſingularis. Sortes eſt homo. Et Sortes eſt ſubſtantia, ergo aliqua ſubſtantia eſt hõ.

¶ Non ſequitur. Hoc animal eſt equus. Et hoc animal eſt homo, ergo homo eſt equus. Quia non eodem modo medium vtrobiq; ſumitur. Sed æquiuoce. Nec valet. Eſſentia diuina eſt pater. Et eſſentia eſt filius, ergo filius eſt pater.

¶ DE MODO SYLLOGIſſandi in terminis diuinis. Fo. 59.

¶ In terminis diuinis etiam valet ſyllogiſſatio, & tenent verum tradita in materia ſyllogiſmorum. Quia iſtę ſunt contradictoriæ. Omnis eſſentia diuina eſt pater. Et eſſentia diuina non eſt pater. Et affirmatiua eſt vera Negatiua eſt falſa. Neq; opus eſt diſtinguere per complete & in complete.

¶ Iſtę ſyllogiſmus in darii non valet. Omnis eſſentia diuina eſt pater, Filius eſt eſſentia diuina, ergo filius eſt pater. Quia ex puris particularibus particularitate medii fit argumentum Nam illa maior non æquiualet vni de omni, eo quod non poteſt diſtribui ly eſſentia.

¶ Iſtę non eſt ſyllogiſmus expoſitorius. Hęc eſſentia diuina eſt pater. Et hęc eſſentia diuina eſt filius, ergo filius eſt pater. Quia ly eſſentia non eſt medium in ſyllogiſmo expoſitorio. Eo quod licet ſit terminus ſingularis, tamen habet aliquid de termino communi, propter perſonas diuinas cum quibus eſt idem.

¶ Nobis ad certam regulam loqui licet: vt non demus occaſionem errandi. Ob id nõ eſt opus loqui ſicut aliqui catholoci loquuntur: ſuppoſita diſtinctione, de diſtributione completa vel in completa. Nam ſic concedũt iſtam. Eſſentia diuina generat. Et eſſentia diuina eſt genita. Quæ tamen ab eccleſia eſt damnata cõtra abbatem Iohachin, c. fir. extra, de ſumma, tri & fi ca. Itẽ concedunt iſtas duas. Aliqua eſſentia diuina eſt pater. Aliqua eſſentia diuina non eſt pater. Cum tamen eſſentia ſit vna ſimplicißima res in qua non poteſt eſſe diuiſio.

¶ Item concedunt, Pater eſt filius. Cum tamen eccleſia dicat Alius pater. Alius filius. Imo & concedũt pater eſt non pater.

¶ Licet De9, Et eſſentia, Et deitas idem ſignificent. Tamen Deus in concreto habet vt pro perſonis ſtet & ſupponat, & eſſentia in abſtracto pro natura & non pro perſonis. Nam ad hoc quod terminus aliquis ſupponat pro aliqua re non ſufficit idemptice illã ſignificet, ſed formaliter.

¶ Quando

¶Quando nomem eſſentiæ in propoſitione affirmatiua & a parte alterius extremi ponitur nomem perſonale diſcretum nõ valet vni de omni. Vt hic. Omnis eſſentia diuina eſt pater. Valet aliqua eſſentia. Tamen hic. Omnis eſſentia eſt perſona: valet vni de omni.

¶Si tñ in negatiua, valet vni de nullo. Vt eſſentia diuina non eſt pater ideſt nulla res quæ eſt eſſentia eſt pater.

¶Si a parte ſubiecti ſumatur nomem diſcretum perſonæ, valet vni de omni in affirmatiua. Pater eſt eſſentia, valet omnis res quæ eſt pater eſt eſſentia. In negatiuis nunquam valet nam hęc. Null⁹ pater eſt eſſentia, æquiualet. Aliqua res quę eſt pater non eſt eſſentia. Et nullus pater eſt filius. Aliqua res quæ eſt pater non eſt filius.

¶Idem eſt nomem eſſentiale abſolutum & abſtractum. Et nomem perſonale diſcretum diſtribui vel particularizari aut ſingularizari.

¶DE SYLLOGISMIS IN exponibilibus. Fo. 61.

¶In ſyllogiſmis in exponibilibus ſimiliter valet modus arguendi Vt ſic. Tantum homo eſt animal. Tantum riſibile eſt homo: ergo tantum riſibile eſt animal. Neq; eſt argumentum ex puris particularibus. Quia medium in minori diſtribuitur, ratione de ly tãtum,

¶Quando concluſio exponitur copulatiue oportet quælibet exponentium inferatur ex præmiſsis. Quia a parte ad totam nõ valet conſequentia. Si tamen exponatur diſiunctiue, ſufficit quod vna pars inferatur. Quia a parte ad totam valet.

¶DE MODO SYLLOGISſandi in obliquis. Fo. 61.

¶Quãdo aliqua extremitatum ponitur in obliquo, etiam debet poni in concluſione in obliquo. Et terminus qui ſumitur cũ medio in maiori, debet poni ex parte minoris extremitatis in concluſione. Et qui cum medio in minori: ex parte maioris extremitatis.

¶Si medium in vna in obliquo, & in alia in recto extremitas quæ cum medio in recto, debet poni in obliquo, & cum medio in obliquo, debet eſſe in recto. Cuiuſlibet hominis eſt animal. Petrus eſt homo, ergo Petri eſt animal.

¶Si aliqua præmiſſarum eſt de obliquo, dũ modo ſit negatiua, cõcluſio erit de obliquo: non tamen ſi affirmatiua eſt de obliquo. Quia ſequitur bene. nullius animalis eſt ęternitas. Omnis homo eſt animal, ergo nullius hominis eſt æternitas. Sed tamen non ſequitur. Nullus homo eſt Deus. Iumentum eſt hominis, ergo iumentum non eſt Dei.

¶Sicut oſtenſiue omnes modi reducuntur ad q̃tuor primos primæ figurę, ſic reductiue ſicut Baroco & Bocardo ad Barbara. Alii omnes ad quatuor perfectos, in virtute illi⁹ regulę. In omni bona conſequentia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis.

¶DE DEFFECTIBVS SYLlogiſmorum. & quibuſdam preſuppoſitis. Fo. 62.

¶Tres deffectus ſunt ſyllogiſmorum. ſ. petitio principii. Quando idem per idem, & ignotum per ignotius. Secundus eſt. Non propter hoc accidicere falſum. Tertius eſt. Fallacia contrarię opinionis. Exemplũ primi. Vt omnis homo eſt homo, ergo omnis homo eſt homo. Secundi. Sol lucet Et omne animal eſt homo, & omne brutum eſt animal, ergo omne brutum eſt homo Sed cõſequens eſt falſum, ergo antecedens, ergo illa. Sol lucet. Exemplum tertii Si quis concedit quod omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt riſibilis, & quod omne animal eſt ſenſibile. Tamẽ negat ſenſibile dici de riſibile. Et ob id probatur quod duæ cõtrariæ ſunt ſimul verę. Vel duæ contradictorię ſic. Omne animal eſt ſenſibile, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſenſibilis. Et rurſus. Nullum riſibile eſt ſenſibile. Et omnis homo eſt riſibilis, ergo nullus homo eſt ſenſibilis. Antecedens eſt verum, quia conceſum, ergo conſequens, & ſic duæ contrariæ ſunt ſimul verę.

¶Propoſitio minus ſyllogiſſabilis eſt vniuerſalis affirmatiua. Quia ſolum in prima figura,

figura. In primo modo. Vniuerſalis negatiua eſt magis:quia in prima figura, & in ſecũda. Particularis affirmatiua magis: quia in prima figura, & in tertia. & in pluribus modis. Particularis negatiua magis: quia in prima, & ſecunda, & tertia figura ſyllogiſſatur.

¶DE SYLLOGISMO dialectico. Fo. 63.

¶Syllogiſmus dialecticus ex probabilibus procedens cauſat opinionem, & non ſcientiam.

¶Illa dicuntur probabilia, quæ ſic videntur omnibus, aut pluribus, aut maxime probatis.

¶DE SYLLOGISMO. litigioſo. Fo. 63.

¶Syllogiſmus litigioſus eſt, procedens ex illis quæ videntur probabilia, ſed tamẽ non ſunt. Aut ex eis quæ probabilia videntur Peccat in materia, & peccat in forma, & peccat vtroq; modo.

¶In materia. Nulla oppoſita ſunt vera. Subcontraria ſunt oppoſita, ergo non ſũt vera.

¶In forma. Oppoſita ſunt ſimul vera. Contraria & contradictoria ſunt oppoſita, ergo ſunt ſimul vera. Peccatur, quia ex puris particularibus nil ſequitur.

¶In materia & forma. Nulla oppoſita ſunt vera, ſed ſubcontraria ſunt oppoſita: ergo nulla ſubcontraria ſunt ſimul vera. In materia ratione maioris, & in forma, quia infertur concluſio vniuerſalis, exiſtente aliqua p̄miſſarum particulari.

¶Syllogiſmus falſigraphus. Quando ex ꝓpriis principiis male intellectis procedit. Vt ſic. Omnes lineę deductę ab eodem puncto ad idem punctum ſunt æquales. Linea curua: & linea recta, ſic ſe habẽt: ergo ſunt æquales.

¶DE ENTHYMEMATE. Fo. 64.

¶Enthymema eſt oratio in qua non omnibus pręmiſsis poſitis feſtinata infertur concluſio. Vel vt Aris. eſt procedens ex icotib⁹ & ſignis. Vt homo currit, ergo homo mouetur. Deberet enim ſic. Omne quod currit mouetur. Sed homo currit, ergo homo mouetur.

¶Signum dicitur in pręſentiarum, quando infert aliud neceſſario. Vt lac habet inmãmillis, ergo viro iuncta eſt. Ex probabilibus vel icotibus eſt. Sic, omnis mater diligit filium ſuum: ergo hęc diligit ſuum.

¶Semper in enthymemate ad reductionẽ ad perfectum ſyllogiſmum oportet ſupplere vnam præmiſſarum, aliquando maiorẽ, aliquando minorem.

¶DE INDVCTIONE ET exemplo. Fo. 64.

¶Inductio eſt ſyllogiſmus, quando a ſingularibus ad vniuerſale fit argumentatio.

¶Exempli poſitio. quando ex vno ſingulari exemplo aliud probatur. Vel ex multis ſimul ſumptis.

¶SEQVITVR DE LOCIS dialecticis ex quibus ſumuntur argumẽta ſub compendio, & primo de intrinſecis. Fo. 66.

¶Loci intrinſeci ſunt.

¶A diffinitione. Omne animal rationale eſt diſciplinę capax. Et omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt diſciplinæ capax. Fo. 67.

¶A deſcriptione, quod habet magnum cerebrum, Bonum tactum. Et peſsimum odoratum. Eſt animal rationale. Sed homo eſt huius modi ergo. Fo. 68.

¶Ab interpretatione, qui philoſophus eſt ſapientiæ amator eſt. Sed Ariſto. eſt philoſoph⁹: ergo ipſe ſapientię amator eſt. Fo. 68.

¶A differentia, omne rationale diſcurrit. Homo eſt rationalis, ergo diſcurrit Fo. eo.

¶A proprio, omne quod eſt admiratiuum: eſt riſibile. Omnis homo eſt admiratiuus, ergo eſt riſibilis. Fo. eo.

¶A ſinonomis eſt enſis, ergo eſt gladi⁹. f. eo

¶A toto vniuerſali vt eſt homo, ergo eſt animal. Fo. eo.

¶A toto integrali, eſt homo, ergo habet caput. &c. Fo. 69.

¶A toto in quantitate. Omnis homo eſt animal, ergo homo eſt animal. Fo. 70.

¶A toto

¶A toto potentiali,eſt homo,ergo habet in tellectum, Fo. eo.
¶A toto in modo. Eſt homo ſapiens, ergo eſt homo, Fo. eo.
¶A toto in loco, eſt vbiq̃ ,ergo eſt hic , &
¶A toto in tẽpore,eſt ſemper ergo nũc.f.71
¶A cauſa finali,efficienti, formali,materiali. Finis virtutis bonus, ergo ipſa bona, efficiẽs bonũ,ergo effectus,f 71.&,72 &.73.
¶A generatione.Generatio bona, ergo corruptio mala, Fo. 74.
¶A corruptiõe,corruptio bona ergo ipſum malum, Fo. eo.
¶Vſus virtutis bonus ergo ipſa bona.f.eo.
¶Fructus habet ergo floruit,&c,Fo. 75.

¶DE LOCIS EXTRINſecis, Fo. 75. &. 76.

¶Ab oppoſitis relatiue. Eſt pater,ergo non eſt filius.
¶Priuatiue, Eſt cęcus, ergo non eſt videns,
¶Contrarie, Eſt album,ergo non eſt nigrũ.
¶Contradictorię, Eſt homo ,ergo non eſt non homo,
¶A diſparatis.Eſt lapis,ergo non eſt aĩal,
¶A contrario & in ipſo , Homo eſt animal, ergo non animal eſt non homo. Fo, 76.
¶A maiori.Ariſ, hæc ignorauit,ergo hic homo, Fo. eo,
¶A minori.Homo imbecilis poteſt,ergo fortis poterit, Fo. 77.
¶A ſimili Petrus eſt diſciplinę capax , ergo & Ioannes erit. Fo. 77.
¶A proportione Sicut ſe habet nauta in Naui,ſic magiſtratus in republica,ſed ille forte non eſt eligendus . ergo nec iſte. fo. 77.
¶A tranſmutata proportione , A diſsimili & diſproportione. Fo. 78.
¶Ab autoritate. Ariſ.hoc dixit, ergo ſic erit non tamen valet negatiue.Ariſ.hoc non dixit, ergo non eſt dicendum:multa enim poſteris indaganda reliquit. Fo. 78.
¶A tranſſumptione. Vt ſi quis quęrat de philoſopho & tranſeat vt de ſapiente loquatur, Fo. 78,

¶DE LOCIS MEDIIS, Fo, 78.

¶A coniugatis, Vt iuſtitia eſt bona,ergo iuſtus eſt bonus.
¶A caſibus, Vt ſapientia bona, ergo ſapienter loqui eſt bonum,
¶A diuiſione.Vt omne animal eſt ſanũ vel ęgrũ,ſed ẽ ſanũ,ergo,nõ eſt ægrum , fo. 80,
¶A magis ad ſimpliciter, Vt eſt doctior alio,ergo eſt doctus,
¶Ab appoſitione. Vt atramentum redit papirum albam,nigram,ergo nigrum eſt.

¶DE FALLACIIS IN dictione. Fo, 81,

¶Fallacia ęquiuocationis , Vt omnis canis latrat. Sidus eſt canis, ergo ſid⁹ latrat. f.83,
¶Amphibologię,quod qs ſcit:hoc ſcit. Lapidem ſcit,ergo lapis ſcit. Fo. 83,
¶Compoſitionis & diuiſionis. Albũ poſsibiliter eſt nigrum,ergo album eſſe nigrum eſt poſsibile, Fo. 84,
¶Accentus, Oẽ malũ comedendũ, peccatũ eſt malum,ergo eſt comedendum, fo. 84.
¶Figuræ dictionis, Omne habens albedinẽ eſt album:papa habet albedinem, ergo papa eſt alba,

¶DE FALLACII EXTRA dictionem, Fo. 85,

¶Accidentis Homo eſt animal,& animal ẽ genus ergo homo eſt genus,
¶Eſt quid ẽ ethiops ſecũdum dentes albus, ergo eſt albus, Fo, 85,
¶Ignorantia elenchi, quatuor eſt duplũ ad 2, & non eſt ad 3, ergo eſt duplum & non duplum. Eſt pater & eſt filius,ergo eſt pater & filius, Fo, 86.
¶Petitio principii, Omnis homo eſt homo, ergo omnis homo eſt homo Fo. eo,
¶Conſequentis , Vt ſi ſic,homo eſt,ergo animal eſt, homo non ẽ ergo animal non eſt,
¶Non cauſam vt cauſam, Vt ſic, Sol lucet. Omne animal eſt homo, omnis equus eſt animal ergo omnis equus eſt homo . Sed conſequens eſt falſum, ergo antecedens, ergo illa ſol lucet.
¶Plures interrogationes vnam facere, Vt ſic Petrus & brunelus vel ſunt rationalia vel irrationalia, Si rationalia,ergo brunelus eſt rationalis, Si irrationalia, ergo Petrus eſt irrationalis, Fo. 87,

¶Ad dei magni gloriam explicitum fuit opus tertio idus Iulii Anno, 1554,

29106

March 942

L.C. Harper

DIALECTICA reſolutio cum textu

ARISTOTELIS EDITA PER
REVERENDVM PATREM
ALPHONSVM AVERA CRVCE
Auguſtinianum, Artium atq; ſacrę Theo
logię magiſtrum in achademia Me
xicana in noua Hiſpa-
nia cathedræ pri
mæ in Theo
logia
moderatorem. ab eodé autore
nuc ✠ 2° edita et in aliq́bꝰ
locis addita.

MEXICI

Excudebat Ioannes paulus Briſſenſis.

Anno. 1554.

B554
A47r
1-size